J. M. J.

Protocolum Conventus Inchoatum Anno 1788.

Kupiono od antykwarza J. Münnicha w Krakowie, dnia 10.XI.1936, za 12 zł.
Na nowo oprawił i wyrestaurował introligator Jan Wyżga w r. 1936.
Szyldzik na przedniej okładce pochodzi ze starej oprawy, która była b. zniszczona.

PROTOCOLUM

CONVENTÛS PINCZOVIẼSIS

Inchoatum à die 1. Julii. 1788.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Fr Joachimus Maykiewicz Ord. Minor
S. P. N. Francisci Reformator. Provinc. Sma
Vs MARIÆ Angelor. in Minori-Polonia
Minister Provincialis & Servus.

Admodum Reverendis, R̃ndis, Multum Ṽndis, Venerandisq P. Pbus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus, salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

SUmma Officii maximiq Muneris Nostri est, Patres ac Fratres Dilectissimi, ut
omnes impendamus vires conservando in suo flore, ampliandoq Religiosæ
Reipublicæ bono, Reformatæ videlicet curæ nostræ commissæ Provinciæ, observan-
dis in ea ad unguem sancitis ab antiquo Legibus, necnon amovendis, ut fas est,
quibuscunq contrariis moribus, sive potius, ut verius loquar, probrosis abusibus,
puræq observantiæ Regulæ Franciscanæ ad præscripta Reformationis quam
profitemur corruptelis, tum demum excitandis aliis ad virtutis profectum,
confirmandisq reliquis in statu perfectionis Subditorum animis, quibus Nos
præesse Altissimi Providentia disposuit. Onus hoc, omni ex parte gravissi-
mis circumseptum iisque difficillimis negotiis, vix portabile jam exhaustis viribus
esse, ipsâ experientiâ edocti, Divinis tamen Judiciis supportare coacti, veremur
ne forte ob minorem quàm par est sollicitudinem, animarum Nobis subjectar.
sanguis de manu nostra requiratur. Enimvero, constituti sumus in eo pe-
riculoso statu, in quo non solùm propriæ saluti invigilare, sed et Universo Gre-
gi; pro omnibusq rationem stricto Judici ideo reddere debemus. Literis ergo
præsentibus salutantes Vos Patres ac Fratres Dilectissimi atq Paterno
in Visceribus Christi amplexantes affectu, donec contingat personaliter in-
visere singulos, hortamur in Domino Apostoli monitis: Fratres satagite, ut
per bona opera certam vestram Vocationem et electionem faciatis. Status nãq
ad quem vocati estis, causâ famulatus Altissimo, ipse inclamat quotidie, obstrictos Vos
esse talibus continuò intendere operibus, quæ omnes Deo, Angelis, et hominibus spe-
spectabiles efficiant, per clara Religiosæ Perfectionis exempla." Spectaculum (:quippe:)
facti sumus Mundo, et Angelis, et hominibus; per susceptionem istius quem profi-
temur status; Plurimos etiam habemus spectatores nostri, quorum alii digna tan-
tæ Vocationi anhelant intueri Sanctitatis in Nobis exempla, alii studiosè nostros
speculantur mores, si quid in eis decrium advertere queant, ad justificandas suas ca-
villationes, quibus his temporibus mundus premit permaximè Religiosum Clerum.
O quàm certè arma hostibus nostris à Nobis ipsis subministrarentur, si loco exem-
plorum omnis perfectionis, probrosa scandalorum monstra secuti, sectatoribus ami-
ca conspexerint facta? vel audierint dicta?" Professio tandem Religionis arctissi-
mæ non minori stimulo corda singulorum sollicitare videtur ad sequenda Crucis Sal-
vatoris, humillimiq simul et Pauperculi Patriarchæ quô gloriamur, vestigia dura,
in conspectu fastus Mundani omnisq illecebræ carnis. Ipsa quoq emissa coram
Deo sponte, deliberatè, vota, quid à nobis exigunt? nisi ut suppressis inordinatis affe-
ctibus, posthabitis suæ voluntatis, proprii Amoris et Judicii, iniquis Passionibus, tota
sinceritate mentis, integra propensione voluntatis profectui spiritus unicè intendamus
in quiete externa internaq conscientiæ, mundo per exemplum, nobis ipsis proficiendo per
vitæ meritum continuum, sicq pace interna et externa fruamur perpetuò. Hæc S.
Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri Status munia, quæ ex obligatione Officii Vobis
in memoriam revocanda duximus, ut per illorum in opere executionem scopus cujusq
Vocationis impleatur et certificetur argumentis talibus, ne Vestrum et Nostrum Mi-
nisterium vituperetur unquam in oculis hujus seculi nequam. Hunc in finem
initô maturô Venerabilis Definitorii Consiliô, in peracta secunda annua Congre-
gatione, eôq fulti, ut Muneris nostri expleremus partes, et bono Observantiæ sanctæ opor-
tunè succurreremus, et singulorum tum profectui spiritus, tum paci, sive justis desideriis
secundum DEUM provideremus pro posse, et missâ novâ Communitatum dispositione,
Officialium institutione, operum munerumq commissione, præmeditatè adjuvante O-
pe Superna facta, nil aliud ab omnibus prætendimus, nisi ut dignè ambuletis Vocati-
one qua vocati estis, injunctis in meritum Sanctæ Obedientiæ muneribus sollicitè respon-
deatis, et sic per bonorum operum suæq Professionis executionem certam dignamque
electi-

clectionem non minus ac præsentem institutionem Vestram faciatis. Superest tantum
notificare Vobis quæ videbantur statuenda Venerabili Definitorio non novitatis sed
antiquæ Observantiæ Legumq; manutenentiæ in pristino vigore gratiâ aliquas videli-
cet paucas Ordinationes, quæ sunt: 1mô. Sicut seriò omnes adhortamur ad sollici-
tam executionem promptamq; impletionem Officiorum suorum ita specialiter Patribus
ad excipiendas Confessiones deputatis non minus Junioribus quam antiquioribus Ven.
Definitorium commendat inculcatq; seriò majorem curam et diligentiam lectionis The-
ologiæ Moralis, nam plures in resolutionibus Casuum insufficientes, pariter ac in
examinibus parum doctos apparuisse, compertum delatumq; est. 2dô. Quia ex trans-
missis Schedis ad Congregationes dubia oriuntur de aliquibus demortuis Fratribus sub
tempus mutationis quod in una plures, in altera pauciores à diversis temporibus
facta computatione porrigantur in Testimonio celebrationis Missarum, ideo Ven. De-
finitorium statuit ut deinceps Patres Guardiani omnem computum Missarum
Defunctorum, Cursorianum Eleemosynæ perceptæ et expensæ cum sua annotatio-
ne fideli; semper incipiant à die ipsa præteritæ Expeditionis Schedarum includen-
do totum tempus Præsidentiæ et actualis Regiminis, ut sic præcaveatur omnis ne-
gligentia ex qua sequeretur jactura Suffragiorum cum detrimento Animar. Defunctorum.
3tiô. Cum in aliquibus Conventibus conservetur Eleemosyna pecuniaria à Dominis
Substitutis pro necessitatibus Fratrum oblata à Benefactoribus ob varia pericula;
et alicubi non in seorsivo loco ast communi pro aliis Depositis à quo solet ordinariè cla-
vis remanere penes Patres Guardianos; proinde in tali casu consulendo indemnitati
Regulæ Legumq; nostrarum, ordinatur à Venbli Definitorio, ut in his Conventibus
destinetur seorsivus locus tutusq; pro servanda dicta Eleemosyna admodum Deposita
Benefactorum, et clavis ab eo semper penes DD. Substitutos non PP. Guardianos maneat.
4tô. Revocatur ad praxim antiqua dispositio ut excepto Novitiatu et Seminario in reli-
quis Conventibus destinetur à PP. Guardianis idoneus Pater pro instructione Spiri-
tuali Fratrum Laicorum et Clericorum juniorumq; Patrum; ad Recollectionem octi-
duanam absolvendam exactè non perfunctoriè, sed diversus à Patre Spirituali desi=
gnato in Tabula ad excipiendas confessiones in circulo manentium. 5tô. Ob carita-
tem lanæ hoc tempore, auctumq; pretium ejus Pannorumq; cum Pannificina ex conspe-
ctu Conventuum contributione subsistere nequeat, Venrble Definitorium ordinavit, ut quilibet Con-
ventus tantisper quousq; non decrescat pretium lanæ et pannorum contribuat pro una Petia
panni florenos Polonicales 120 dico nº centum viginti, et hoc indispensabiliter. Haec i-
gitur pauca quæ ad manutenendam antiquam Reformationis nostræ Observantiam or-
dinanda visa sunt Venrbli Definitorio suscipite, ut fideliter Vocationi suæ unusquisq; re-
spondeat. Penes quæ demum Vobis omnibus fore commendandum ducimus impenden-
dam Nostris Benefactoribus debitam gratitudinem, quorum Munificentiâ etiam in hac
angustia temporum sustentamur, protegimurq; Benevolentiâ. Quare vivis quorum re-
creamur favore, Cælestes precemur Gratias, demortuis verò præcipuè exigentibus à nobis
Animarum suarum efflagitemus auxilia. Hac enim spe nixi sua nobis præstabant et præ-
stabant Beneficia in hac mortali vita degentes, ut ex nostris Orationibus habere valeant
indubitata tam in vita, quam post mortem Suffragia. Satagamus ergo Ipsorum repende-
re votis, ut Divina Providentia vivis uberrimas subministret gratias, demortuis donet
pacem æternam. Ecce et nunc hoc ipsum efflagitat à Nobis Primò Illustrissima
Magnifica D. Ludovica Ankwiczowa Castellana Conar. Quæ cum timore et tremore volens
operari salutem suam sequitur viam animarum timoratarum et ut Domui suæ tempestivè o-
mni qua par est vigilantiâ Christianâ provideat antequam ingredietur portas æternitatis.
Proinde ut et gratitudini tantæ Benefactricis ac Charitati Christianæ à nobis justa solvant
injungimus præsentibus ut in quolibet Conventu absolvantur Missæ trium dierum, in qui-
bus una cantetur Votiva, et Psalmi Pœnitentiales in Choro recitentur, Fratres Clerici ter e-
osdem Psalmos et Fratres Laici ter centum Pater, et Ave, ac Gloria Patri dicant. Secundò
Similem obligationem exigit à Nobis Illustris M. Dña Anna Łętowska Vexillifera Cracovi-
quæ suâ Beneficentiâ hoc pridem promeruit sibi à nobis fieri ut pro Anima Illius tanquam
pro Fratre Nostro absolvantur Suffragia integra. Quare, mandamus ut in compensationem
Cordonensium Conventuum in quolibet nostræ Provinciæ Conventu altera Missa Requiem
pro anima piè defunctæ Annæ cantetur et secundum Officium Defunctorum in Choro re-
citetur. Missæ verò lectæ tot persolvantur quot præsenti Numero exprimuntur; videlicet:
Cracoviæ 80. Lublini 64. Casimiriæ 54. Solecii 60. Sandomiriæ 58. Stopnicii 59. Pinczoviæ
68. Piliæ 56. Glivicii 65. ad S. Annam 47. Fratres Clerici 3. Officia Defunctorum et FF.
Laici 300 Pater et Ave ac totidem Requiem æternam recitent. Præsentes verò Li-
teras explicatas ac recommendatas Communitatibus Superiores Locales ingrossari Proto-
colis faciant et ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ aforis annotatum quo-
totius remittant. Valete PP. ac FF. Dilmi Nostri ac Benefactorum in orationibus
memores. Datt. in Conv. Nro Cracovien. ad S. Casimir. Patronum Regni Poloniæ
et M. Duc. Lithu. Die 9. Augusti Annô Dñi 1788vô

Fr. Joachimus Ref. Mnr Provinciæ

L. S.

Fr. Joachimus Maykiewicz Ord. Minor. S. P. N. Francisci
Reformatorum, Provinciæ Virginis MARIÆ Angelorum, in Minori Pol.

Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis Reverendis multum Venerandis Vdisq. PPbus, ac
Dilectissimis in Christo JESU Fratribus. Salutem et Copiosam Benedic-
Perseverantiæ in bono; Gratiaq. Finalis magnum et Singulare Donum /: cui soli Regna Cæ-
lestia patent :/ cum Deus, omnibus citra specialem revelationem occultum haberi voluerit
quem

Patres ac Fratres Dilectissimi in hoc nobiscum modo procedendi sibi praefixisse finem, nisi ut nos incertos futuri status cautiores in malis vitandis, diligentiores in mediis adhibendis ad salutem conducentibus efficiat. Non enim alia de causa Divina miseratio sinit nos in hac vita mortali laborare hac ignorantia atq certitudine, ut nesciat viâ ordinariâ homo, an amore vel odio dignus sit? nisi ut adhortante Apostolo Paulo- Dum tempus habemus, instanter omne quodcunq potest manus nostra operemur bonum, atq sic cum tremore et timore operemur salutem. Si enim magnus ille Antistes et Doctor Augustinus ansius de sua Praedestinatione reclusa revocabiliter in Decretis aeternis impersuasibilibus, dicere solebat: Si non es praedestinatus, cura ut praedestineris, ac iterum Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris mutare delictum quid incertis de finali in bono perseverantia et Gratia inferendum exinde, quidve agendum propterea sit? recte fluit Principis Apostolorum verissime prolatam, in praxi fore amplectendam sententiam: Satagite ut per bona opera certam vestram Vocationem et electionem faciatis. Certe singulare Perseverantiae finalis Donum, et specialis Dei misericordiae erga suos Electos est gratia ex Concilii Tridentini sententia, et singularis per actus frequentatos aquisitus habitus virtutis, juxta unanimem Ascetarum Orthodoxam Doctrinam. Ut ergo hujus virtutis Nobilissimae aquiratur habitus frequentanda continuo seduloq varia Pietatis exercitia, et e contra fugienda eidem opposita vitia. Ut vero apud Deum valeat tam praestans promereri Donum, continuis enixe precibus efflagitandum venit, cujus rei exempla proposuit olim Fidelis David et innocens Job; unus continuo Annos aeternos et dies antiquos in mente habens, qua ratione praecaveret mala, alter obsecrans ut paululum dimitteretur deplangere dolorem suum, antequam descenderet ad terram tenebrosam opertam mortis caligine. Ast recens ideoq efficacius Nobis dat exemplum anxiae salutis Illustrissima ac Magnifica Domina Christina Lętowska Succameraria Cracoviensis Benefactrix Singularissima, quae continuo bonis operibus intenta, plenius volens certificare suum futurum statum pro impetranda sibi gratia finali cum dono Perseverantiae in Articulo mortis ad nostra recurrit Suffragia. Admiremur igitur piam anxietatem salutis in Saeculari Persona tam Nobilissima, atq inde excitati ad similem provocemur, et nos votisspius ad satisfaciendum praestitis magnis Beneficiis annuamus fideliter, ut sic et nobis impetremus idem efficaciter, dixit enim Christus aeterna Veritas: Qua mensura mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis. Igitur ut et gratitudini tantae Benefactricis, et piis desideriis a nobis justa solvantur, unde Nobis quoq ob Charitatis meritum Uberiora Dei Gratiarum Obveniant bona, Injungimus Suffragia duarum dierum pro impetranda praefatae Illustrissimae ac Magnificae Dominae Gratia finali ac Perseverantia, nempe ut in quolibet Conventu cantetur Votiva, et Psalmi Poenitentiales in Choro semel recitentur. Omnesq Sacerdotes duas absolvant Missas, Fratres Clerici Psalmos Poenitentiales cum Litaniis et orationibus bis repetant, ac Fratres Laici bis centum Pater et Ave, totidemq Gloria Patri numerent. In privatisq Orationibus suis Ejusdem Illustrissimae Benefactricis, tum Nostri ac aliorum Benefactorum Nostrorum memores sint. Praesentes vero Literas intimatas Communitatibus, Protocollis ingrossatas, Superiores Locales juxta Ordinem Cursoriae a foris adnotatam ad viciniorem Conventum remitti curent. Datum in Conventu Nostro Stopnicensi ad S. Mariam Magdalenam Poenitentem Die 10. 7bris. Anno Domini 1780

L. S.

Fr. Joachimus Ref: Mnr Prolis. mpp

Fr. Joachimus Maykiewicz Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Virginis MARIAE Angelorum in minori Polonia Minister Pvlis et Serv. Admodum Reverendis Rndis Multum Venerandis Venrdisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et copiosam a Domino Benedictionem.

Sicut quaevis opera hominum meritoria eidem esse non possunt, nisi propter Deum fiant, et ad Eum diriguntur; ita fas est Patres ac Fratres Dilectissimi inferre et concludere, quod quae Nobis Pauperibus praestantur, a gratiosis Benefactoribus, haec omnia hoc motivo fieri, ad huncq dirigi finem; Hinc Principalis Primariaq Nostrum Omnium censetur obligatio, continuo exorare Divinam Majestatem pro impetrandis Spiritualibus specialiter Gratiis ad salutem felicemq aeternitatem consequendam necessariis Iisdem Benefactoribus Nostris. Quodsi haec obligatio Communis et continua censeri debet; Expenda etiam Singularius Singularibus quibusdam qui hanc et singularibus gratiis ac favoribus promereri et expresse requirere curarunt a Nobis: Tales sunt Ilmo Illustrissimus Dominus Mathias Sołtyk Palatinus Sandomiriensis cum Illustrissima Conjuge Sua Anna de Dębinskiis Sołtykowa. Dixerunt Hi, et praemiserunt iam satis multa opera bona, quibus felicem hancce aeternitatem promereri possint. Testari posset de his sufficientissime vel ipsa tota Provincia, si non dicam, omnes mendicantium Ordines expertur id, et quidem copiosissime, attestariq compellitur Conventus Stopnicensis. Attamen his non contenti praefati Illustrissimi Benefactores, Tutiores quasi de sua Salute cupientes esse Singulari Beneficio procurarunt a Nobis et exquisierunt Suffragia quam citissime peragenda, pro impetranda sibi Finali Gratia. Quare et Beneficiis aliis satis a longo tempore in ante ampleq iam

praestitis

præstitis, et singulari Beneficio in Vim horum Suffragiorum præstito commoti, injungimus
omnibus locorum Superioribus, ut receptis hisce Nostris Literis, sine mora peragi faciant a
suis respective Communitatibus Suffragia integra pro impetranda Finali Gratia prælaudatis
Illustrissimis Mathiæ et Annæ; videlicet: Quilibet Sacerdos ad hanc Intentionem nempe ad impe
trandam præfatam Gratiam utriq simul, Horum Illustrissimorum, tres Missas celebret, Quilibet
Frater Clericus, ter Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis de Omnibus Sanctis ac suis adjunctis
et Orationibus recitet. Quilibet Fr. Laicus, ter Centum Pater & Ave. cum totidem, Gloria Patri
absolvet. Insuper iidem Psalmi ut supra in Choro peragantur, ac Missa una Votiva ad hancce
intentionem decantetur. Est et alter singularius etiam addictus ac suis nos afficiens gratiis Be
nefactor, qui similem similiq modo a Nobis explendam sibi requisivit obligationem: Hic est Illu
stris, Adm Rndus Dominus Franciscus Pawełkiewicz Vicarius & Comendarius Goszłoviensis
Multa huic debet Provincia Nostra ob ejus Affectum et Beneficia, Interim dum hæc a Nobis poposce
rit ut ad impetrandam Ei Finalem Gratiam integra peragantur nunc Suffragia, ea etiam integra
trium dierum ut Superius specificata in omnibus punctis similiter imponimus peragenda
et injungimus.

3tio Tandem iniungimus Suffragia duorum dierum eaq tali, ut præscribitur methodo
compertum est deberi a Provincia Nostra integra Suffragia Perillustri Magnificæ Dnæ
N. Grajewska Thesaurariæ Parnaviensi post ejus Fata peragenda, Sed quia nunc po
stulat ex his persolvenda duorum dierum uno videlicet pro finali Gratia sibi impetranda
Altero pro Peccatoribus, Tertium vero diem reservando sibi post mortem. Itaq præfata
duorum dierum Suffragia peragantur hoc modo: Una die Quilibet Sacerdos unam Missam
celebret ad impetrandam prædictæ Perillustri Benefactrici Finalem Gratiam. Altera quoq
die Quilibet item celebret Unam Missam pro Peccatoribus secundum Intentionem dictæ
Benefactricis. Fratres Clerici semel Psalmos Pœnitentiales, ut superius pro impetranda
Finali Gratia dictæ Benefactrici, Altera vice pro Peccatoribus expresso modo persolvant
Fratres Laici Centum Pater et Ave cum Gloria Patri pro impetranda eidem Benefactrici
finali Gratia, Aliud Centum pro Peccatoribus ut supra recitent. Missa vero Cantata una
duntaxat celebretur iunctim ad utramq intentionem. et Psalmi Pœnitentiales cum Lita:
niis de Omnibus Sanctis in Choro semel tantum similiter iunctim ad utramq Inten
tionem peragantur. Iniungimus igit locorum Superioribus ut omnibus et singu
lis expressis accurate satisfacere curent. Præsentes Communitatibus intiment ex:
plicent, sufficienterq comendent, ac ingrossatas Protocolis ad viciniorem Conventum
iuxta Ordinem Cursoriæ a foris adnotatum transmittere quam citius poterint
faciant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi et dum ista Vobis peragenda
iniungimus, volumus ut pro Sospitate etiam dictorum Benefactorum, tum
pro Omnibus aliis oretis. Nostri quoq in Orationibus vestris memoriam facite.
Datum in Conventu Nostro Gliviciensi, ad Ædes Sæ Crucis Die 23 10bris
Anno Domini 1788.

Fr Joachimus Rett. Mnr Pr.
mp

L. S.

Fr. Joachimus Maykiewicz Ordinis Minor S. P. Francisci Reformat
Provię SSæ Vgis Mariæ Angelorum in Minori Polonia Mnstr Prialis et
Admodum Reverendis Rndis multum Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in
Fratribus salutem & copiosam in Domino Benedictionem.

Quod summopere animos nostros mæstiti tangit, quodq ad exsolvendum iustitiæ censum stimul
gratitudinem nostram: illud est quod experimur in fatis Illustrissimæ Dominæ Annæ de Dębiensiu
Sołtykowa Palatinæ Sandomiriensis, Hæc Benefactrix nostra quæ communem mortalium vitam
gressa est tot vulnere sauciavit corda, quodquod viventibus decoris virtutis ab beneficentiæ reliqu
documenta, Nonne hæc altissima generis prosapia orta Domui suæ conciliavit Decus? Nonne fuit
Nobilis in portis Vir ejus, plus quam Sederet cum Senatoribus terræ. Nonne laudabilis suem
ejus floruerat magnanimitate æque ac mansvetudine? Nonne affectus ejus in famulos ac Subdit
elucescebat Maternus. Nonne Ministris Christi honorem & reverentiam exhibebat, de sinceritat
Religiosi Cordis manantem & Pauperibus Christi largam aperiebat manum. Talem Mulierem
Salomonis præconio laudatam vidit et expertus est quisquis novit pie defunctam, et ideo quia

sit, dolet vivis ereptam, sed temperandum est lacrymis, ploranda est quidem mors charorum sed Fideles consolari oportet super iis, qui morte Iustorum dormierunt in Christo, ad Colosen Apostolus dicit: Consolari dein oportet super Muliere timente Deum, quae etiam in portis aeternitatis invenit laudem, quam sibi piis operibus vitae conciliavit. Hoc satagebat vivens pie Defuncta Illustrissima: utique expiationi animae suae a peccatis ac conciliandae gratiae finalis de salubri remedio providit. Utique de mammona iniquitatis largis eleemosynis tempestive fecit sibi amicos qui eam reciperent in aeterna tabernacula. Sed quos amicos et quos Debitores nonne nos Patres ac Fratres Dilectissimi quibus cor et aula semper aperta fuere, Nos quibuscum piam conversationem ducere saeculi vanitatibus animo praetulerat semper. Nos quos innumeris cumulabat Beneficiis, Nos denique quorum moderationi et convictae pretiosissimum nunc pias lacrymas piae Benefactrici nam amisistis talem cui similem non reperiatis, dubito. Sed magis exolvite pietatis justa animae ejus, quia obligationem omni titulo contraxistis, Quarum Superioribus et in omnibus respective Conventibus absolvi faciant Suffragia pie expressa compensando etiam ea ad quae Cordonenses obligabantur conventus, videlicet in Conventu Cracoviensi 98. Lublinensi 63. Casimiriensi 5t. Solecensi 55. Sandomiriensi 5t. Stopnicensi 57. Pinczoviensi 68. Pilecensi 57. Gliwicensi 65. ad S. Annam 77. privatae absolvantur Missae, Insuper in quolibet Conventu Provinciae nostrae bis cantetur Missa de Requiem, et bina vice recitetur in Choro Officium Defunctorum pro Anima Defunctae Annuae Benefactricis nostrae. Fratres Clerici ter recitent Officium Defunctorum, et Fratres Laici quinquies 100 Pater et Ave ac totidem Requiem aeternam dicant. Praesentes vero Literas recommendatas Communitatibus Superiores Locales Protocollis ingrossari faciant, et ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris adnotatum quantocius transmittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Lublinensi ad S. Casimirum Patronum Reg: Pol. et Magni Ducat. Litt. Die 30. Aprilis Anno Domini 1789.

L. S.

Fr Joachimus Reform Mnstr Provialis mpp

Fr Epiphanius Parbowski Ordinis Mnr. S. P. N. Francisci Reformatorum. S. T. L. Custodiae Russiae Polonae Exlector Regiminis, ac hujus Almae Provinc. Bsmae Vgnis Mariae Angelorum Commissarius Visitator Generalis et in Domino humilis Servus.

Adm Reverendis Rndis multum Venerandis Undique Patribus ac Dilectissimis Fratribus. Salutem a Domino. ac affluentiam Gratiarum copiosam.

Cum supremus Noster Moderator Honorandissimus Reverendissimus Pater Paschalis a Varisco ad desideria Majorum vestrorum Patres ac Fratres Dilectissimi, me gratiose ad servitia vestra delegaverit datis ad id patentalibus 13tia Xbris Anni immediate elapsi 1788. dubius haesi: utrum deberem hoc grave onus humeris meis impositum acceptare, et illud exequi? an potius humilibus precibus exorare Reverendissimum, quatenus dignetur pro benignitate sua Paterna, hocce onus in alium transferre? Causa hujus fluctuationis meae fuit, infirmitas virium mearum, tam se animae quam corporis; Etenim in anima fateor exiguitatem ingenii mei ad visitandam hanc inclitam Provinciam, In corpore vero, varios experior defectus, uti privilegia inceptae iam senectutis meae, Ast evicit coegit, erexitque trepidantem ac fluctuantem animum meum, non tantum Supremi Superioris Imperium, et consequenter Dei Omnipotentis voluntas, verum etiam specialis mea; erga Inclitam Provinciam, olim Matrem meam Dilectissimam, propensio; Matrem inquam meam, quae me in susceptione concepit, in Novitiatu quasi in utero portavit, in Professione peperit, ac baptizavit, Lacte Spirituali pavit, tandem Doctrina asceticae et Humaniorum cibavit, crebris Sacramentis confortavit, ad contemptum omnimodum hujus saeculi informavit: et tandem ad Custodiam olim Russiae ex suo gremio charitative dimisit. Verum quidem est quod non mea electione haec transmigratio facta est, quoniam obligavi me etiam inclitae Matri, subscribendo me, sed ad exigentiam praelaudatae Custodiae penuriam studiosorum protunc habentis, Addiderunt mihi calcar hocce Onus praeclarae Dotes, in toto Seraphico orbe rarissimae hujus Almae Provinciae. Porro hanc strictissimam praecipuam agnosco scilicet Observantiam Regulae nostrae Seraphicae, quam ista alma Provincia a principio suae institutionis in Polonia, inviolabiliter tenuit tenet et intacte observat; Hinc Jure merito applicari Eidem potest illud praeclarum Elogium datum Religioni nostrae primis saeculis admodum florescenti, datum inquam a Sanctae Memoriae Clemente V. Summo Pontifice, Qui in declaratione Regulae nostrae haec habet. Hic Hortus siquidem Fratrum Minorum Sancta Religio, --- Ad hunc Dei Filius veniens, mortificationis poenitentiae myrham metit cum aromatibus, quae suavitate mira, odore sanctimoniae circumfunduntur. In hoc itaque amenissimo Horto /: Provinciam hanc intelligo :/ videre est faecundas arbores fructus praeclaros bonorum operum germinantes. Videre est odorare suave selectissimos flores variarum virtutum: uti Rosarum S. Obedientiae, etenim Obedientia habet pro fundamento abnegationem sui, porro haec vere spinosa est, hinc Obedientia merito comparanda Rosae, Videre est mire fragrantia Convallia quae cum in campestribus locis, obscuris et incultis passim nascuntur, merito assimilantur paupertati. Videre est Lilia Castitatis, violas humilitatis, aliosque Virtutum flores, qui mire exornant hunc Mysticum Hortum, (: Inclitam dico Provinciam :). Haec itaque sunt incentiva quae

quæ me attraxerunt, et velut coegerunt ad suscipiendum Munus, admodum grave humeris meis, Visitatoris Hujus Almæ Provinciæ, confidens optime tum de Omnipotentis Dei auxilio, tum in Vestro Admodum Reverendi, ac Reverendi Patres Venerabilis Definitorii adminiculo, & Consilio, tum deniq in Sanctis Orationibus Singulorum Individuorum, quas supplex exposco.

Ambulabimus itaq per hunc amœnissimum Hortum, jucundantes, et nos delectantes, verumtamen non solius spatiandi ac Delectationis gratia, hoc enim esset contrarium officio nostro, sed ut videamus observemusq: utrum omnia fiant in flore? utrum Cuncti spargant suavem Sanctimoniæ odorem utrum sarculo Paternæ correctionis aliqui non indigeant ad purgandas inutiles herbas, Quæ omnia sub tempus Visitationis Nostræ Canonicæ curabimus exequi. Exhortamur autem in Domino eos, si forte inventi fuerint, qui quadam temeritate ducti, Visitationes Commissariales Generales erronee putant esse Ceremoniales, quæ quidem oppinio, non tantum est erronea, sed etiam admodum est injuriosa, tam Visitatoribus, quam Ipsi Reverendissimo. Unde serio admonemus tales, quatenus deponentes hujusmodi pravam oppinionem nequaquam ea silentio premant, quorum Correctio ad Majorem Dei Gloriam. & ad perfectionem aut salutem aliquorum Fratrum cessura speratur. Et hic finis fieri debet omnium depositionum: quatenus scilicet non ex Odio, et livore erga aliquem Fratrem (: quod Deus a suis Servis avertat:) sed ex puro Zelo Honoris Divini, & boni Spiritualis Fratris, hujusemodi depositiones fiant: Quæ etiam jam sunt correcta per suos respective Superiores, hæc amplius non renoventur, nisi forte insufficientia correctionis oppositum suaserit. Si quis autem consulto aliqua reservaverit ad Nostrum adventum, non revelando prius, neq deponendo coram immediatis Superioribus, de his minime audientur.

Quoniam Amor Subditorum erga Superiores est speciale Dei Donum, & ad Regimen Eorundem Superiorum admodum perutile, Idcirco hunc Nos amorem a Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi toto corde efflagitamus, desideramus, ac humiles exposcimus. Cum autem talis amor, generet confidentiam ad amatum, hanc pariter expetimus. Quapropter si qui forte habeant aliquas necessitates, sive Spirituales sive Corporales, dum modo sint iustæ, non prætestuosæ, nec Legibus dissonæ, aut Jurisdictionem nostram excedentes, confidenter eas manifestent; Nos autem ad effectuanda hujusmodi desideria paratos invenient.

Ut autem gaudium nostrum sit plenum ex intuitu plenarum Communitatum, utq omnes & singulos salutare, ac Paterno affectu amplecti valeamus, Patres Locorum Superiores moneo quatenus pro actu Canonicæ Visitationis nostræ, omnes Patres & Fratres suæ Curæ subjectos in Conventu detineant, nullo prætextu vel levi causa Eos foris mittentes, nisi sit aliqua publica vel gravis necessitas, judicio Venerabilis Discretorii ponderanda. Demum ut has Encyclicas Litteras nostras in Communitate publicent, Protocollo inscribi faciant; & ad viciniorem Conventum, per fidelem Emissarium transmittant.

Valete Patres ac Fratres mei Desideratissimi; et pro Exaltatione Sæ Matris Ecclesiæ; pro publica totius Christianitatis tranquillitate, ac specialiter pro Necessitatibus Patriæ Nostræ, in modernis circumstantiis multum periclitantis; & pro me indigno Peccatore Deum Clementissimum orate. = Datum in Conventu Nostro Lublinensi ad Sm Casimirum Patronum Regni Poloniæ & M. D. Lith. Die 1ma Maji. Anno Dni 1789no

L. S.

Fr Epiphanius Def. Commissarius
ac Visitator Gnrlis mpp

Fr. Epiphanius Garbowski Ord: Minr S. P. N. Fran: Reformatorum Sacræ Theologiæ Lector Custodiæ Russiæ Polonæ Ex-Custos Regiminis, ac hujus Almæ Provinciæ Bssmæ V. Mariæ Commissarius, Visitator Generalis et in Domino humilis Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandis Patribus. necnon Dilectissimis Fratribus Salutem à Domino ac Affluentiam Gratiarum copiosam

Consumaturi brevi cursum nostrum. P. P. ac F. F. Dilectissimi Notum Vobis facimus: Minime nos errâsse nuncupando in Nupernis Encyclicis Inclytam Provinciam Vestram Hortum amœnissimum. Est enim uti oculis nostris perspeximus, delectati, et ædificati sumq. Ubi verò quid incultum et neglectum, secundum fragilitatem humanam advertimus, Sarculo Paternæ Correctionis purgavimus. et Suo decori ac Ornamento restituimq. Sint ergo Perennes Laudes Cœlesti ac Supremo Agricolæ, quod Cœlesti Suo rore perfundat indesinenter Hunc Mysticu Hortum, Subministrando ei Vicarios Suos, Qui cum Magna Solertia et labore, colunt ac perficiunt hunce Hortum. Videt hæc in Verbo Divino Sanctissimus Patriarcha Noster ac exultat, accidentiali scil gaudio. Et si fieret huic Mundo Superstes, certe hæc utereq Benedictio

super hanc Almam Proviam, quae olim inter vivos versando utebat, super Fratres Observantiae Sanctae, ac Zeli animarum studiosos, ajebat enim. Benedicti vos à Domino, qui errantes ad Dominum adducitis. Vosq[ue] metipsos in Observatione Sancti Evangelii puros et sinceros custoditis. Nullam in Vobis Potestatem Sathan exerceat, supra id, quod potestis, non tentet ac. Patris Vos adjuvet Potentia. Filii vos dirigat Sapientia et Spiritus S. vos foveat Clementia. Ego quoq[ue], uti Delegatus Successoris Ejusdem Sanctissimi Patriarchae, hoc votum adjicio. Ut hac Alma Provincia duret ad supremum Judicii Diem, in eodem nitore et Observantia Sancta pro Subsidio Ecclesiae, et aedificatione Populorum.

Quantum ad Negotium Officii nostri: Scitis perbelle PP. ac FF. Dilectissimi quid nos amplius agere oporteat; quod scilicet debeamus Electionibus Vestris Capitularibus praesidere, imò etiam cum aliis eligere, secundum Gratias à supremo Moderatore nostro nobis gratiosè communicatas. — Et hoc negotium prae omnibus aliis, gravissimum est Nobis, vobisq[ue] (: Patres Electores alloquor :) subest enim periculum Ei, tam animarum eligentium, si scilicet à recta Intentione deflexerint, quam Boni Publici, cui maximè interest: habere Praelatos benè morigeros, sapientes, zelosos, ac exemplares. Noverint itaq[ue] Patres Electores, quod non sint Domini Votorum Suorum, sed nonnisi Dispensatores, Dispensator autem, non secundum beneplacitum suum, sed secundum praescriptum et Justitiam Distributivam muneri suo satisfacere debet, ac tenet, et vel maximè ubi Juramentum praecedit, prout fit in Electionibus Canonicis. Subordinationes quoq[ue] et factiones, tanquam pestis morbida fugiendae. Et qui secus fecerit poenam Excommunicationis incurret. Praecipua autem Cura et Sollicitudo adhiberi debet, in electione Capitis hujus Almae Provinciae, quatenus talis eligatur. Ut dignis suis Antecessoribus, exemplo, dotibus, meritisq[ue] adaequet. Postulat id omnino Bonum Publicum Provinciae: ut quo ad majorem quis Praelaturam, sive Dignitatem promovetur, eo majori debet pollere Perfectione, ac dignitate qualitatum.

Itaque satisfaciendo Muneri nostro, intimamus Vobis PP. ac FF. Dilectissimi, breviimminens Capitulum hujus Almae Provinciae, quod de Expressa Licentia Reverendissimi Supremi Nostri Pastoris, ac de Consensu Venerabilis Diffinitorii (: DEo dante :) celebrabimus in Conventu Stopnicensi ad S. Magdalenam. Die 2. Mensis Julii. Anni currentis 1789. Et ad hoc Capitulum invitamus Omnes hos, quibus de Jure id competit. Et praeprimis: Admodum Rndos. Reverendos Patres Definitorii hujusce Almae Provinciae. scilicet: Admodum R. P. Joachimum Maykiewicz, adusque Dignissimum Caput Provinciae. Admodum Rndum P. Nepomucenum Wielowieyski: Provinciae Prem et Actualem Custodem Vocalem. Rndum Prem Christophorum Dobrakowski. Rndum Prem Georgium Oraczewski. RP. Benedictum Dzierzgowski. RP. Eustachium Adamowski. MVP. Henricum Dzidowski Secretarium Provinciae. Admodum Rndos. Reverendos Multum Venerandos PP. Guardianos. Quos omnes aperto Corde ac desiderio, in praefato Conventu Capitulari Stopnicensi praestolabimur. Venerabile quidem Definitorium Die 28. Junii ad Vesperam. Patres verò vocales Die 30 Junii pariter ad Vesperam. — Praeter hos autem mox recensitos, nulli comparere licebit, nisi à Nobis Vocatus, et requisitus fuerit. Hortamur autem in Domino Omnes Patres Vocales: quatenus hujusmodi iter, exemplariter et pedester conficiant. nisi forte aliquem impotentia Physica excuset. Praeterea haec addenda veniunt.

1mò Commendantur Patribus Locorum Superioribus Suffragia in Statutis Generalibus praescripta, quatenus exacte absolvantur; cum Missa Cantata ipso Die Electionis. Etiam in particularibus precibus omnes PP. & FF. sint memores hujus Magni Negotii. quatenus D. T. O. M. dignetur per fortem instinctum Gratiae Suae ostendere Patribus Electoribus, quos ipse ab aeterno in Suis Decretis praeelegit, ne scilicet hisce Decretis Divinis, aliquod praejudicium fiat, contra ea agendo, et votando, quod esset cum ruina Conscientiae Eligentium et Boni Communis.

2dò Fratres Clerici et Laici ipso die Electionis Confitebuntur et Communicabunt devotè. Quibus pro hac vice concedimus liberam electionem Confessarii, intra Ordinem tamen. Sicq[ue] Electis Confessariis, damus Potestatem absolvendi à Reservatis, si ab Admodum Rndo Pre Prli. hancce Potestatem non habuerint.

3tiò Meminerint PP. Guardiani ferre secum Scripturas conformiter ad Sanctiones Summorum Pontificum. scilicet de Celebratione Missarum. Caeteraq[ue] scripta secundum Consvetudinem hujus Provinciae.

4tò Patres Lectores (: ubi terminantur Studia :) dabunt Conscientiosum Testimonium de Capacitate et Profectu suorum respective Studiosorum. Patres verò Discreti Conventus, dabunt Testimonium de Probitate Vitae Eorundem Studiosorum.

5tò Ne Conventus maneant sine Legitimis Superioribus post recessum Patrum Guardianorum jam in Visitatione Canonica Nostra Praesidentes instituimus. Monemus autem eos in Domino, quatenus sint zelosi, pro tuenda observantia, exemplares Charitativi, pacem diligentes, ac promoventes, et ne audeant dilapidare Eleemosynam.

5tò Patres Superiores Locorum, post receptionem praesentium Encyclicarum, curabunt illas inscribi in Protocollo, in Refectorio publicari, et ad Viciniorem Conventum per fidelem emissarium transmitti.

Quoniam autem amplius Vos non alloquemur Patres ac FF. Dilectissimi, mox consumaturi Nostrum Officium ac reversuri ad propria; hinc incumbit Nobis, quatenus Vobis condignas Grates persolvamus pro vestra Benevolentia et affectu: quod scilicet infirmitatibus Nostris Compassi estis, fragilitati parcentes, hortationes libenti animo suscipientes, in tractatione humani, in Conversatione reverentes et affabiles. Et licet hae exhibebant a meae Personae sed Reverendissimi Principalis mei, tamen sum hujus fidentiae quod nec meam Persona excluditis à Favore vestro. Pro his itaq[ue] aliisq[ue] vestrae Benevolentiae Documentis. Gratias vobis solemnes exhibemus, cum hac contestatione omnino sincera, quod quousq[ue] in vivis versabimur, semper Vobis Bona quaeque precabimur, nec non ad Altare DEI memores erimus. Vicissim à vobis eandem Gratiam humillimè exposco, ut mei indigni peccatoris in vestris Orationibus memineritis; pro impetranda mihi Gratia finali, quoniam tempus resolutionis meae, forte non procul instat, ob varios defectus Corporis quos experior. Insuper post felicem mortem, piis me vestris suffragiis juvare dignemini.

Valete in Domino Patres ac Fratres mei Dilectissimi, et pro Exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae, pro Publica Totius Christianitatis Tranquillitate, ac specialiter pro Necessitatibus Patriae Nostrae, in modernis circumstantiis multum periclitantis, et pro me indigno peccatore Deum Clementissimum orate. Datum in Conv. Nrô Cracoviae ad S. Casimirum. Patr. Regn. Pol. Die 1. Mensis Junii A. D. 1789.

L. S.

Fr. Epiphanius Reform. Commissarius
ac Visitator Generalis. mpp

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N.
Francisci Reformatorum Provinciæ SS^mæ V^s Mariæ Angelorum
Mi^ster Provincialis & Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq
Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus salutem, & Copiosam
a Domino Benedictionem.

Post Nostri notam vobis PP. ac FF Dilectissimi Electionem in Ministrum Provinci
alem, præprimis in animum duximus, per Pastorales Literas notum Vobis facere, certosq
Vos reddere; Quo animô quo finê, præsens Officium susceperimus. Deo ordinante aut per-
mittente Vestra PP ac FF Dilectissimi erga nos propensio repræsentata in Personis Vocalium
tanquam ad Comitia missorum Legatorum præseferentium Provinciam voluit Nos habena
Provinciæ tenere, cum adinstar simus Reipublicæ in qua non nascuntur Reges, sed amore &
libertate eliguntur Incolarum; Cujusmodi erat, Ille Populus Deut: 7. qui dicebat: Constitua
super Me Regem. Tantam hæc benevolentia Vestra juremerito exigebat a Nobis vicissitudinem, u
obliti molestiarum, incomodiq, quæ in munere gubernandi necessario veniunt, et quorum ex
perti sumus in primo Ministeriatu Nostro, non attendentes ad quæsitam Semotæ Vitæ dulcedi
nem, et optatam requiem, et quod repetituri simus Verba Sancti Gregorii: Alta quietis mea gau
dia perdidi. Hoc singulari Motivô ut Vestræ Satisfaceremus voluntati. Illiq subjicientes offer
rentesq nos ad Obsequia vestra, secundum Vestros nutus, timendo, ne aut notam ingratitudin
incurreremus, aut videremur minus æstimare semper a Nobis enixe optatam, & Studiosissim
quæsitam Fraternam Vestram benevolentiam, quo animo inquam injunxistis Nobis onus Regi
nis Nostri, hoc animo subdidimus humeros nostros ad portandum illud. Parimodo et de
fine impositi susceptiq præsentis Officij Nostri actum est. Quid quæso intendunt eligentes
suum Moderatorem? nisi ut Electus quæ mala et nociva sunt avertat a Subditis, quæ reddun
illos felices, ea habere hosce satagant. Quemadmodum Ille Populus I. Machab: 9. V. 30. dec
ravit Jonathæ dicens: Nunc itaq Te hodie elegimus esse pro eo nobis in Principem & Ducem
bellandum bellum Nostrum. Nempe ut Infensos nostræ integritati repellas, felicitati Regni e
Incolarum ejus providendo. Quid inquam voluit Patrem ac Pastorem sui instituendo? nisi i
volunt, quod ex Natura sua Officium Patris ac Pastoris exigat, ut nempe tanquam Filio
diligat, subveniat necessitatibus eorum, Corrigat errantes, præmiet virtuosos, pascat doctrina
et ostendat eis viam rectam, ponat animam suam pro Ovibus suis. Hocce et Vestrum in e
tione nostra ad Ministeriatum adesse scio et video intentum PP ac FF Dilectissimi scitote
pariter, et indubitanter existimate, ac utinam Deus tribuat, in amplissimo id demonstrari effe
hunc et Nos habere præsentis Officij Nostri finem. Ut prosperrima Vobis succedant, quæ
locatis in assequendo Deo et comparanda Salute Animæ, et quæ temporalia ad hæc habenda
serviunt. Ut nociva Statui Vestro Spirituali repellantur, ut augeatur virtus in Vobis, ut reg
pax et Charitas, servetur Iustitia, habeatq Mæstus solatium, Infirmus robur, egens juva
in laudem Dei Cujus Nomen ut glorificetur in Vobis: ad quæ consequenda, Studium viresq
stras consecramus. Pro cujus rei argumento utor Verbis Apostoli ad Phil: I. Testis enim
mihi Deus quomodo cupiam omnes Vos in Visceribus Jesu Christi. Et hoc oro ut Charitas
magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis Sinceri
sine offensa in diem Christi, Repleti fructu Justitiæ, per Jesum Christum in laudem et
riam DEI. Tali animo et in hunc finem ex suscepto a Nobis præsentis Ministeriatus offi
primum sequitur. Agnoscite, juremerito Nos a Vobis exigere et petere, Faternam anim
erga Nos perseverantiam. Esto enim Nos præesse Vobis fecistis, Fratres tamen Vestri Nome
tenemus, prout dicebat Moyses Exodi. 4. Qui esto portabat Virgam Dei in manu sua, V
inquam designatam Regimen, ajebat tamen. Vadam et revertar ad Fratres meos. Evexistis N
quidem in Supremam Provinciæ Potestatem, recordamur tamen admonitionis Ecclesiasti
Cap: 32. Rectorem Te posuerunt esto in illis quasi unus ex ipsis Alterum necessario eru
aliquibus in memoriam revocare, aliquibus commendare ea vi muneris Nostri, a quib
dependet integritas Status Religiosi salus ac prosperitas Vestra. Hæc autem sunt. Vi
Fratres Vocationem Vestram. Videte quid Deo promisistis, quem statum assumpsistis, qu
tenemini Legibus, Ordinationibus Majorum Vestrorum. Videlet non Cognoscendo ista d
taxat, non certando et discurrendo de illis, sed ad effectum deducendo. Quare diligentes
omnibus, servate Regulam omnes & Singuli tam Juniores, quam provectioris ætatis, ta
sine officiis, quam in Officiis existentes, obedite reverenter suis Superioribus etiam
arduis et molestis. Superiores pariter Locales, obedite Altioribus Potestatibus. Qu
Satagite adimplere Leges, Ordinationes, Dispositiones Majorum Vestrorum, et adimpler
retis. Dum enim Vobis regimen et cura committitur Fratrum ac Conventuum, non eo
conceditur, ut tanquam independentes Domini, aut Legibus non subjecti secundum pri
Iudicium fungeretis Officio Prælati: Inde non excedatis limites suæ Iurisdictionis, u
construendis, reformandis, vel reparandis ædificiis, in puniendis Subditis, in mittendi
tribus extra limites suorum Conventuum, in dispensandis Sejunijs, Devotionibus, cum
onibus, aliisq: Paupertas exacte servetur. Non fiat questa sine necessitate, ne Eleem

pecuniaria tanquam apud Divites in Thesauris intactè, scilicet sine sui usu, et dispensatione conservetur.
Ne sit indifferens. Invigilent Superiores ne Subditi procurent, et ne habeant indifferentes Eleemosinas;
sed si alicui oblata fuerit Eleemosyna pecuniaria, illico exquirant a Subdito, pro qua necessitate sit conver-
tenda. Id autem non solum respectu Juniorum, ast etiam Seniorum servetur. Disponant Eleemosynas
secundum mentem Benefactorum. Non congregentur superflua, quæ Superiores suis Subditis adi-
mant. Conversatio honesta et modesta, Domi forisque sit omnium, sine jocis, verbisq lascivis, aut
lasivis. Currisatio sine manifesta necessitate vel infirmitate, per Regulam prohibita sub peccato mortali
vitetur, quæ ad præsens minus observari videtur; Qualiscunq ratio vel petitio Benefactoris vel animus
excurrendi causa recreationis adsit, libenter tam Juniores quam Seniores discedunt. Pariter exac-
tè Leges et Ordinationes servate PP. ac FF. Dilectissimi, quidquid præscribunt de Silentio servando,
de non potationibus diurnis et nocturnis, de frequentia ad Chorum meditationes aliasque Devotiones
tam respectu Officialium quam aliorum, de Charitate erga Infirmos, de exemplo bono, de benigna
susceptione hospitum, de pace conservanda, de simplicitate, et fuga Sæcularium, de jucundissima
in Cellis solitudine, de pacientia in molestiis, sive accidentibus a Superioribus, sive a Fratribus,
sive ex defectu lautioris Cibi et potus, sive ex infirmitate, aut aliquo alio incommodo, de non
admissione Sæcularium ad Cellas Fratrum, et superiores ambitus, de humilitate erga omnes,
de verbis execratoriis, lasivis, lascivis, et de omnibus pertinentibus ad Statum Religiosum,
ad Statum Nostræ Reformationis respective hujus Provinciæ. Quorum omnium infallibiliter
videbitur executio, si unusquisque attendet et perficiet ad quæ obligatur, tam ex parte Status
Religiosi, quam ex parte Officii sibi Collati: Si Superiores invigilabunt serio, ne aliquid Regula
vel Leges vel Ordinationes detrimentum patiantur, si invigilabunt inquam, ut Subditi eorum
proficiant, non deficiant. Quare puniant vitiosos, corrigant peccantes, non permittant iniqua.
Patres etiam Vicarii non sint Nomen solum Officii tenentes. Retardantes aut negligentes
ad Chorum sive PP. sive Fratres corripiant, vel deferant Superioribus suis. Juvenes edo-
ceant Mysticam Theologiam et Ceremonias. De Virtutibus et Meditationibus examinent, ne-
scientes mortificent. Assistant laboritiis, adsint in Refectorio tempore hyemis ad Servan-
dum Silentium, non permittant Juvenes otiari, silentium violari, congressus inutiles in
Cellis fieri. Quorum PP. Vicariorum interest et ad Frēs Laicos attendere. Quare modernum
Deffinitorium sic Statuit Sessione. 6. Ut ubique Fratribus Laicis Officina aliqua determinatè
non occupatis assignetur quotidie aliquis labor et occuptio statim de mane post Missam Con-
ventualem, idque a Patre Vicario, prout etiam jam ordinatum, et renovatum Encyclicis Pasto-
ralibus sub Anno 1705. quod et nunc Ordinatur. Comittiturque Invigilantiæ Superiorum
Localium, quatenus Fratres Officinis determinatis non occupatos otiari omnino non patian-
tur, sed labori competenti continuo vacare curent et faciant. Patres Lectores attendant
ne Studiosi horis designatis ad Studia sint otiosi, aut aliqua opera vel laboritia faciant
visitent dictis horis Cellas eorum, et negligentes puniant, vel puniendos remittant Supe-
rioribus. Patres Prædicatores prout excitant ad Devotionem, sint etiam ipsi devoti. Viam
Crucis diebus designatis cum Populo obeant, alias videntur adinstar Campanæ jucunde Convo-
cantis ad Orationem, nunquam tamen Orantis. Et suspicionem parerent, quod ex Officio suo
commoditatem Corporis, non Animæ quærunt. Patres Confessarii incumbant Lectioni Librorum
Moralium, et Spiritualium, ad quam sub peccato Mortali obligantur. Quare caveant prætermittere
eam indulgendo somno et variis conficiendis operibus, maxime autem otio. Omnibus et singulis
repetimus Verba D. Pauli: Videte vocationem Vestram Fratres. Commemoramus et adhortationem Do-
mini Deut: 23. Facies sicut promisisti Domino DEO Tuo. Neque intelligimus Vos ægre ferre
præsentes admonitiones Nostras ordinatas ad Vestram Salutem & Beatitudinem. Nam Ipsimet
quæritis desideratisq ea, quæ vos incitare queunt, quæ Vobis modum commemorant serviendi DEO,
& fruendi Eo. Et si aliqui aliqua ex causa præsentia audientes contristati sunt. Dicimus illis
prout dicebat D. Paulus Corinthianis 2 Cor. 7. Gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati
estis ad pœnitentiam Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex
Nobis. Nos prædicta Vobis recommendando satisfecimus amori Munerique Nostro, repetentes D.
Pauli verba 2 Corint: 2. Non ut contristemini sed ut sciatis quam Charitatem habeam abundan-
tius in Vobis Vos autem recommendata executioni mandate. In quem finem PP. Superiores Locales
suis respective Communitatibus, lingua vernacula explicent interpretenturque seorsive quamlibet
periodum præsentium Nostrarum literarum. Et ob memoriam curent ut Protocollis inscribantur
& ad Conventum secundum Ordinem Cursoriæ remittantur. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi
Memores Nostri in suis Orationibus, pro quibus et Nos Deum perseveranter exoraturi sumus.
Datt in Conventu Nostro Cracovs ad Ædes S. Casimiri Patroni R. P. & M. D. Litvaniæ Die
22 Augusti 1789no

(L. S.)

Fr Nepomucenus Refs Mnstr Prolis.

Fr Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. Nostri
S. Francisci Reformatorum Provinciæ SSmæ Vs Mariæ Angelorum
Minister Provincialis & Servus.
Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisq Patri-
bus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem & Copiosam a Dno Benedictionem

Verum quidem est, tam fortiter imprimi memoriæ Beneficia, eaque incitare ad præstanda Illi
debita officia, et gratitudinem, ut nulla series temporum, oblivioni ea tradere, aut penitus prospe
sionem Cordis, quam meruerunt, extingvere valeat. – Hæc siquidem tanquam prætio vendicant
sibi, et quasi Iure hæreditario possident Corda. Quo tamen recentiora sunt beneficia, eorum viva
cior memoria, fervidior gratitudo, censetur, quæ enim sunt proximiora menti et sensibus Patris, ea
perfectius percipimus, sentimus, et quæ exigunt, ad ea præstanda incitamur. Talia dum Vobis
declarabimus beneficia recentissime Nostræ Collata Provinciæ a Duobus Præclarissimis Viris,
certe alacriter Vos consensuros inveniemus pro exsolvendis Illis tum Iustitiæ tum gratitudinis
Officijs. Horum Primus est Per Illu: Rndus Dnus Adamowski Præpositus Chmontoviensis
Qui præter alias excellentiores animi dotes, pollens pietate erga Pauperes Christi: Nostræque
Religioni singulariter addictus insigniorem Eleemosynam ante Capitulum immediate præter
tum tribuit pro reparanda Ecclesia et Conventu Solecensi succurens desolationi & ruinæ eorum
Qua ejus beneficentia intuens Deffinitorium Provinciæ, decrevit in vim grati Animi aliqua
persolvenda suffragia pro Impetranda Ei finali gratia. Prout et statuit quæ Nos absolvenda
injungimus nempe. In quolibet Conventu Cantetur Missa Votiva Die Sabbathi; In Choro
Psalmi Pænitentiales. cum Litaniis de Omnibus Sanctis et Orationibus dicantur semel. Qui
libet Clericus semel itidem eosdem Psalmos cum Litaniis ac privatim recitet. Quilibet Frater
Laicus Centum Pater & Ave: ac totidem Gloria Patri absolvat. In Conventu vero Solecensi præ
ter hæc suffragia, insuper unius diei Missæ celebrentur, et applicentur ad Intentionem dicti
Benefactoris. Alter est A.R.P. Epiphanius Parbowski Comissarius ac Visitator Generalis
qui immediate præterito Mense finivit suam Paternam solicitudinem, suaque Opera circa bo
num Provinciæ Nostræ quæ subibat, nec provectiori ætati, nec imbecillitati virium indulgendo.
Et cum Provincia regratificando Ei post sera fata ejus absolvenda promisit suffragia trium die
rum. Ille ex his unam diem elegit pro finali sibi impetranda gratia. Quare satisfaciendo Ejus
voluntanti, injungimus, ut in quolibet Conventu unius diei absolvantur Missæ, et quilibet Clericus sem
Psalmos Pænitentiales cum Litaniis de OO. Sanctis ac adjunctis Orationibus. Quilibet Fr Laicus Centum
ter & Ave: totidem Gloria Patri ac recitet ad dictam Intentionem. Reddamus bene nobis facientibus, quæ
reddenda sunt, alias Virtute Iustitiæ merebimur Dei clementiam quæ suggeret nobis Benefactores et Sollic
tos circa bonum Commune Nostrum. Valete in Dnô PP. ac FF Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Ora
tionibus memores. Præsentes vero Communitatibus intimatæ ac Commendatæ Protocollis ingrossatæ ad vi
ciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ a foris adnotatum transmittantur. Datt in Conventu
Nostro Cracoviensi ad S Casimirum P.R.P. & M.D.L. Die 23. Augusti 1789.

(L.S.) Fr Nepomucenus Refor Minister Prlis.

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci
Reformatorum Provinciæ S^{ae} V^{s} Mariæ Angelorum Minister Provincia
lis & Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisque Pa
tribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem & Copiosam a Domi
no Benedictionem.

Plurimi quidem modi sunt tendendi in Regnum Cælorum, plurima dona Divina quibus in Via Salu
excitamur et adjuvamur. Unum tamen est medium, a quo ultimate necessario dependet Salus Nos
nempe: in gratia Sanctificante ex hac Vita ad æternam transferri. Aut enim pauci numerari possunt
qui currebant per bona opera ad bravium æternæ Beatitudinis, qui sufficientibus ad id gratiis
muniti videbantur. Quid tamen profuit? adepti-ne sunt Cælestem Gloriam? Minime, dum sine fina
gratia, utpote Cujus indigni inventi sunt, in Odio Dei clauserunt ultimam Vitæ suæ periodum. Et
quam non induti Veste nuptiali rejecti sunt a Cælesti Convivio. Quam itaque jucundum nobis Cæ
quantum solliciti sumus de Eo possidendo, tantum exorare Deum necesse est, tantum satagere, ad
finalem gratiam. Sic laudabiliter ac tutissime providet suæ æternæ felicitati Per Illu: Adm Rndus
Andreas Gokulski Canonicus Collegiatæ Cracoviensis OO. SS., Curatus Ecclesiæ in Villa Saspow,
bendarius Capellæ in Grodzisko Beatæ Salomeæ. Qui præter adimpletionem Officiorum boni Sacer
tis, Optimi Pastoris, præter vitam exemplarem, donum finalis perseverantiæ, finalis gratiæ a Deo me
reri satagit, et exposcit. Cujus argumentum præbet dum Suffragia pro impetranda Illi finali grati
a Nobis persolvenda curat, tribuendo in hunc finem Eleemozynam. Quare satisfaciendo Ejus Votis, et
Iustitiæ, præsentibus injungimus, ut in Unoquoque Conventu Provinciæ Nostræ ad dictam Intenti
onem absolvantur integra Suffragia; Scilicet: quilibet Sacerdos tres Missas privatas legat. In quoli
Conventu Una Missa Votiva Cantetur, ac in quolibet Conventu Psalmi Pænitentiales cum Litaniis de
Sanctis ac Orationibus suis in Choro ab omnibus recitentur. Quilibet Clericus tribus vicibus dicat
Psalmos Pænitentiales cum trinis prædictis Litaniis et Orationibus. Quilibet Frater Laicus ter
tum Pater Noster et Ave Maria et totidem Gloria Patri ac recitet. Deus suscipiat preces Nostras
spiciat Studium et desiderium Prædicti Benefactoris. Nos autem hocce exemplo excitet ad quæren
studiosissime mediis competentibus Nobis finalem Gratiam. Præsentem Nostram dispositione
Superiores Locales notificent, et recommendent suis respective Conventibus. Protocollis ingros
ri Curent, & secundum Ordinem Cursoriæ remittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi
Nostri & Benefactorum Nostrorum memores Coram DEO. Datt in Conventu Nostr
Cracoviensi Die 27. Augusti 1789.

(L.S.) Fr Nepomucenus Refr Mnistr Prlis

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Minoris Poloniæ S^ma V^s Mariæ Angelorum Minister Provincialis & Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus. Salutem a Domino.

Spes et metus duo sunt viæ et vitæ Nostræ mortalis individui Comites. Dum enim ex una parte, certificamur multis argumentis fidei Nostræ de infinita Misericordia DEI erga Nos, inde erigimur in Spe felicis Nostræ Sortis æternæ. At ex altera, considerantes rectum Judicium et Justitiam DEI, hinc metu plurimo officimur sæpius, qui, eo magis augetur in Nobis, quo magis vivimus incerti an amore vel odio digni simus in Conspectu Ejus, qui etiam in Angelis reperit pravitatem, & in cujus abyssalis Scientiæ et Sapientiæ Thesauris quid repositum sit de salutis Nostræ Sorte investigare nequimus. Taliter metuentes de salute æterna, consolatur Princeps Apostolorum 2. Petri 1. porrigens modum quo tutiores fieri de futura gloria assequenda valemus dicens: Fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram Vocationem et electionem faciatis. Similiter instruxit unumquemque X^tus præcipiens Math: 26. Vigilare et Orare. Impressa menti I. M. Dnæ Grodzicka Castellanæ Oswiecimensis videntur esse hæc salutaria monita. Hæc enim sollicita de propria salute, pietatis ac misericordiæ operibus, nec-non frequenti oratione certam suam electionem facere satagit. Neque his contenta suis studiis, conducit Nos ad Orandum pro Ea, quatenus obtineat remissionem peccatorum, donum finalis perseverantiæ et gratiæ. Tam piæ et laudabili voluntati consentiendo, absolvamus (quod et præcipitur) integra Suffragia ad dictam Intentionem I. M. D. Castellanæ, nempe in unoquoque Conventu Missa Cantetur, quilibet Sacerdos tres Missas celebret; et in Choro Psalmi Pænitentiales cum Litaniis de Omnibus Sanctis et Orationibus suis dicantur. Quilibet Clericus tribus vicibus Psalmos Pænitentiales cum Litaniis de omnibus Sanctis dictis, recitet. Quilibet Frater Laicus ter centum Pater et Ave et totidem Gloria Patri &c dicat. Insuper aliis Charitativis Suspiriis adjuvemus hanc Benefactricem Nostram in procuranda Salute æterna, quæ pio Nos prosequitur affectu, et beneficiis alit. Hæc a Nobis vobis injuncta præsentibus, recommendata prius Communitatibus, Superiores Locales Protocollis ingrossari faciant, et remittant secundum Ordinem Cursoriæ. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi membres Nostri ac Benefactorum Nostrorum Coram DEo. Datt in Conventu Nostro Stopnicensi ad S. Magdalenam Pænitentem. Die 15 Septembris Anno 1789.

(L. S.) Fr. Nepomucenus Refor. Minister Prov^lis

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minor^m S. P. N. Fci Reformator. Provinciæ S^ma V^s MARIÆ Angelor^m in Minori Polonia M^nr Provincialis & in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem & Copiosam a Domino Benedictionem.

Honori non oneri ducere debemus PP ac FF Dil: dum ad cooperandum saluti Proximorum provocamur per nostros Gratiosissimos Benefactores; Non enim omnes sumus Prophetæ, non omnes Doctores, aut quicunque alii ab Apostolo Paulo enumerati, qui valeamus, peragendo Orbem terrarum exire et sanare Verba nostra per fines ejus. Ast non deest nobis modus Vocationis Charitatis, et Justitiæ quo omnibus uti licet, ac tenemur omnes. Servi quippe licet inutiles Dei vocatione sumus, attamen DEus Omnipotens Dominus hunc honorem dare servis suis consuevit, & propter eos, eorumque obsequia exaudiantur, alii salventur plurimi. Quid non leve poterit efficere charitas, si diffundatur in Cordibus nostris, erga DEum et Proximos? certe sine his alias non elevari ab onere sed gravari potius æternum deberemus. Beneficia, quibus a Benefactoribus Nostris quotidie fovemur, nonne sint Justitiæ debita illis in Vita et morte ac post mortem assidui Executores? quibus provocamur ad Continuo exorandum DEum, ut Benefacientibus et præstantibus Gratias suas nobis Deus retribuat Vitam æternam: At multo plus debemus PP ac FF Dil: facere ampliusque exorare Deum Optimum dum præsertim Benefactores Nostri specialibus Beneficiis suis, speciales exigunt a Nobis preces et Suffragia, ut certius exaudiantur in bonis operibus usque in finem. Certum est enim quia in Vita bonum fuisse non sufficit, sed ad mortem ac in morte bonum perseverasse; Unde et Ipse Christus Dominus Lucæ 12. monuit omnes; Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus invenerit ita facientem. Et Paulus Apostolus ad Gal. 6. hortatur; Benefacientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes: Hinc ex una parte studiose invigilans saluti suæ per bona opera, et ex altera confisa Nostris Orationibus adjuvantibus se, poscit Generosa Domina Catharina Więckowska Virgo a Nobis persolvenda Suffragia pro impetranda sibi Gratia finali, ad assecurandam eo magis salutem salutem suam in eo momento a quo pendet æternitas. Quamvis enim in vitæ decursu studeat placabilem sibi reddere Deum Judicem Christianæ pietatis, atque Virginitatis meritis, ne tamen in congressu cum Sponso Lumen Charitatis Misericordiæ operibus nutritum Eidem

deficiat, ast potius plene parata cum Lampade non vacua in gaudium Ipsius admitti mereatur procerto, nunc ecce qu
labore manuum, laboriosis obsequiis sibi comparaverat, id sponte ac tempestive juxta monitum Divi Chrisosthomi
Homilia in hocce Evangelium, totum Nobis offert in Eleemosinæ Subsidium, ut Nos quoque Animæ illius in Vit
ac post mortem necessarias feramus suppetias per Orationum congrua Suffragia. Justitiæ igitur et pietati præ
tæ Generosæ Dominæ Catharinæ Wyckowska ex parte Muneris Nostri ut fiat satis hac in parte, assignamu
ad nunc atq demandamus Locorum Superioribus, ut absolvi faciant in suis respective Conventibus sequen
tia Suffragia pro impetranda finali Gratia Generosæ Dominæ Catharinæ, videlicet: In quolibet Conventu. Quil
Sacerdos unam Missam celebret. Et præter id in quolibet Conventu. Cantetur Missa. Psalmi Pænitentiales
cum Litaniis de Omnibus SS. bina vice dicantur in Choro. Quilibet Clericus bina vice absolvat Psalmos
Pænitentiales cum Litaniis de Omnibus SS. Quilibet Frater Laicus Pater & Ave <u>200</u> et totidem
Gloria Patri &c recitet.

Demum accepta notitia de obitu pio sub tempus Recollectionis (: quas absolvebat in Monasterio
Coprivnicensi:) Perillustris Adm Rndi Domini Mathæi Sowicki Curati Niekrsoviensis, gratitudinis vin
culo stimulati, ut quantumcumque rependamus ejus Beneficentiæ affectuique in Ordinem Nostrum ad
dictissimo, Animam Ipsius Charitativis Suffragiis Vestris PP ac FF Dilectissimi Commendamus eun
quem olim bene notum ex suis Beneficiis omnibus Vobis supponimus. Scilicet: Per tres dies scribatur
Memento in Missis Animæ Defuncti Mathæi Sacerdotis In Choro Officium Defunctorum absolvatur
Et tres Communiones Frater Clerici & Laici offerant pro Anima Ejus. Sicut ergo in vita participastis
tam prope manentes, quam itinerantes multa, de Gratiis hujus pie Defuncti Benefactoris nostri ad
dictissimi, sic nunc Anima ejus partem suam habeat in Singulis Vestris Orationibus, bonisq operi
solvite nunc debitum gratitudinis et Charitatis, insuper et per alias Devotiones. Non Vobis grave
videatur huic opem ferre ex Charitate de cujus beneficentia, pluries alleviati, quia saturati, refecti, ad
jutique in Vestris indigentiis fuistis, ut hæc gratitudo et Animam illius nunc reficiat, & Dei Clementia
Nobis similes Amicos Benefactores provideat. Præsentes igitur Literas Nostras suis respective Com
munitatibus lectas ac recommendatas dein Protollis ingrossatas Superiores Locales juxta Ordinem
a foris adnotatum remittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum No
strorum in suis Orationibus memores. Datt Cracoviæ ad S Casimirum P R P & M. D. Lit
Die 7ma Januarii Anno 1790.

(L.S.) Fr. Nepomucenus Resp. Mnstr Prvlis

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ SS.mæ V. MARIÆ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis & in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multumq Venerandis, Venerandis Patribus, a
Dilectissimis in Christo Fratribus, salutem & Copiosam a Domino Benedictionem.

Si rei alicujus, quo est excellentior, et utilior amissio, afficit majori corda mortalium mœrore. Quid dice
dum est? de jactura Viri, qui Nomine, ac dignitate Patriæ excellentissimus, conversatione jucundissimus,
tute sublimissimus, erga Religionem Christi, ac ejus Ministros piissimus, in subveniendo indigentiis P
perum largissimus. Quid inquam dicendum est? quanto dolore afficiuntur corda, dum e numero ac gre
viventium tollitur. Moritur Samuel præstantioribus a Domino cumulatus donis; illico congregatur unive
Israel, plangitque Eum, ut narrat Scriptura: 1. Reg: XXVI. Potentes viribus. Primi in Israel. <u>Saul & Jonata</u>
<u>amabilis experiuntur jacula mortis.</u> <u>En quantum ingemiscit David super mortem eorum dicens: 2 Reg</u>
<u>Saul et Jonatas amabiles et decori in vita sua – aquilis velociores, Leonibus fortiores – quomodo ceciderunt for</u>
<u>in prœlio!</u> Et non solum Ipsemet David doluit vehementer, sed et Filias Jerusalem provocat ad flendum su
ruinam Saul, incitando eas beneficiis præstitis Eisdem; dicens: <u>Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vo</u>
<u>coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.</u> Tantoq David tactus intrinsecus dolore
it, ut maledixisset loco super quem cecidit magnus Vir in Israel. <u>Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant</u>
<u>per vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abjectus est Clypeus fortium.</u> Meruit hunc planctum Mathat
clarus virtute erga DEum et Patriam. Tempore mortis et Sepulturæ ejus, Teste Scriptura: <u>Planxerunt eum o</u>
<u>Israel planctu magno.</u> 1. Macha: 2. 70. Sic primo ad primum nuntium implevit cor nostrum tristitia, qu
vobis tenemur communicare, denuntiando Vobis e vivis sublatum esse Illustrissimum Joannem Zam
Palatinum Podoliæ, Equitem Aquilæ albæ, olim Ordinatum Zamoscensem. Sindicum Apostolicum
Conventus Lublinensis ac Generalem Totius Provinciæ. Plorat Patria lumine suo privata, Incolæ
les ejus, destituti amabili socio. Tristatur virtus. Religio Christi orbata Zelosissimo sui Promotore,
miscit pauper carens suo subsidio, et Nutritio. Quid autem Singulariter sentiendum est de Provinciæ
stræ mœrore. Experitur hunc communem cum aliis Patriæ Viris, Experitur & Singularem, Exceditque aliorum pla
quia excessit Idem Illustrissimus Zamoyski in amore, protectione ac beneficiis suis respectu Provinciæ Nostr
Hanc protegebat Armis plurimis Officium gerens Syndici Apostolici tam Generalis, quam Conventus Lublinen
Integritati ejus quodam olim tempore (ut acta Provinciæ testantur) providit. Amantissimo vultu respiciebat
Nostros, largis Eleemosynis alebat eos, Nomen Religionis ac Provinciæ Nostræ, Splendore sui Nominis, dig
tatis, suaq æstimatione reddebat clarum. De Tanti itaque jactura Viri nonne Nobis PP. ac FF. Dilecti
per= vehementius plangendum est? Plangendum Nobis certe jure merito venit, sed non sistendum in p
ctu. Solvamus Ei et alia Benevolentiæ ac gratitudinis Officia, nempe DEum precemur pro Anima Ejus, S

adhuc

adhuc exsolvit pœnam temporalem. Tali autem Methodo succurramus Animæ Ejus, nempe: Integra Suffragia, quæ debentur Fratri Provinciæ Nostræ, unusquisque absolvat Conventus, Nostræ subjectus Jurisdictioni. Insuper et Charitativæ addantur preces, quod uniuscujusque pietati relinquitur. Quæ tam debita, scilicet Integra Suffragia, quam Charitativa recommendent suis respective Communitatibus Superiores Locales. Præsentes Literas, Protocollis ingrossatas, ad viciniorem secundum Ordinem Cursoriæ remittant Conventum.

His adjungimus et Suffragia Charitativa absolvenda in unoquoque Conventu, pro Anima piè Defuncti Michaelis Boguçki Substituti plus viginti Annis Benefactorum Conventus Casimiriensis. Pro Ejus Anima in unoquoque Conventu, per tres dies, scribatur in Sacristia Memento, ut quilibet Sacerdos ad Missam meminerit ejus. Fratribus Clericis et Laicis assignentur tres Communiones pro Anima Ejusdem Michaelis Offerendæ. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in suis Orationibus memores. Datt in Conventu Nostro Sandomiriensi ad S. Josephum Spon: Beatissimæ V. Mariæ Die 10. Mai. Anno 1790.

(L. S.) Fr. Nepomucenus Refor. Mrû Prôlis.

Frater Nepomucenus Wielowieyski Ord. Minor. S. P. N. Franc: Reformator. Prov. SSmæ V. Mariæ Angelor. in Minori Polonia Minister Provincialis et in Domino servus.

Adm. Reverendis Reverendis Multumq Venerandis, Venerandis Patribus Ac dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et Copiosam a Dnô Benedictionem

Et naturæ Creatæ, Et Creatæ naturæ peccato orignali fedatæ, et eidem in hujus Sæculi vicissitudine Constitutæ, quid magis proprium est? aut quid frequentius audire contingit? quam subjici mutationi, eamq experiri. Natura ut Creata est, præter id quod principium sui denotat, si spiritualitte gaudet, ab omni potenti in nihillum redigi potest, si materialitte affecta, minui et corumpi illi convenit; insuper judicii et voluntatis subjicitur diversitti. En præsefert nunc alium, in quo non fuit, Nunc alium in quo est, nunc alium mutationis statum in quo valet esse. Prævaricatione Primor. Parentum debilitta, judicii voluntatis ac corporis obnoxia infirmitti, nequit stabiliter in eodem permanere situ. Tanquam in medio tempestatis hujus Sæculi existens, tantisq Circumvalata denovo occurentibus circumstantiis, plurimæ succumbere tenetur varietti. Verum quidem est, his ex causis aliquando vituperabilem nasci mutationem, non tamen ita, ut ex eodem fonte, non profluat necessaria, utilis Convenienssq statui præsenti mortali vicissitudo. Quis enim non intuetur: alium cessare in officio molesto alium impediri a Lege ac circumstantiis ad ulterius tenendum illud. Hunc altiora munia ad se provocant, illum major utilitas exercere alia obsequia mandat. Huic animus viresq deiciunt quiescere petit ille alii succedere tenetur. Elegit possidetq quidam quasi immobilis in eo perseveraturus mansionis suæ locum. En ad obsequendo bono Communi ad primam quærendo utilittem. aut subveniendo proximor. indigentiis, aut deniq præsus irruentibus circumstantiis aliam petere Regionem. in alium transferri locum cernitur. Hinc diceremus quibusdam, Unde vester error est? quare tam pernicio sum judicium? Capere audetis famam moderatoribus Vestris, aut alior. murmurando: Nonne hic potuit manere in officio vel ex eodem non mutari loco? nonne illi laboris et operis eadem ratio, hac ac in alia Regionis Parte? attendito Cæco impetu ita obloquentes ad Causas vicissitudinis Vosmetipsos attingentes. Pensate necessittem variæ et plurimæ mutationis, cognoscite si hæc non fieret, quanta damna et temporali et æterno bono evenirent, quantum detrimentum et privata et Communis paterent felicites. Si agnoscitis ingruere necessittem mutationis officior. et loci, hanc credite et in particulari adesse, dum opus est extenuari sub opere vires, officium transferri, loco cedere, assumiq ad obediendum munus. Huic ut recte fiat necessitti, perquam providetur et bono Communi et Particulari, instituuntur Consilia in bene ordinatis

Communittbus

ut mature perpendet quale et cui imponendum est onus, quem officere alio quemq in aliquo Collocare loco. Talium Consiliorum imminere tempus in Provincia nostra. Notum vobis est ex prescripto Legum P.P. ac F.F. Dilectissimi Nobis solummodo incumbit diem et locum Consilior hor designare, habito prius assensu Definitorii nostri Vobis denunciare: Quod presentibus adimplemus Imminentis Annuae Lmae Congregationis diem 2dam Julij in tinamus Hanc celebrare in Conventu Glivicensi proposuimus Satisfaciendo gratissimis desideriis Magnifici ac Eximii Domini Bartholomaei Galli Sindici Apostolici Conventus Ejusdem Glivicensis. Necnon Eximii Filii Ejus Francisci Galli Substituti Benefactoris Conventus Predicti. ad hanc nobiscum celebrandam Invitamus pro die 29 Junii Rndum P. Christophorum Dobrakowski Custodem Provae Rndum P. Stephanum Gidlewski Def. Provae R.P. Alcantaram Wirzbicki Defrem Provae R.P. Henricum Dzidowski Defrem Provae et Secretarium R.P. Thadeum Lapek Defrem Provae Quos ad Providendum bono Provae Nostrae ad manutenendam puritatem Regulae in F Frum utilitatem Divina bonitas eligere in quibus Complacuit dignata est. Praeter autem nunc specificatos Nullus sub Poena Apostasiae pro dicta Congregatione accedere audeat, sine expressa a nobis obtenta facultate. Nostis a P.P. ac F.F. Dissimi in hujusce generis Congregationibus non solum agi de instituendis Superioribus localibus Officialibus, De Collocatione Fratrum in Conventibus, sed etiam de aliis necessariis negotiis Provae. Quo circo ut haec omnia Succedant ad Laudem Dei Provinciae utilitatem Vestram P.P. ac F.F. Dilectissimi Salutem, haec exequenda injungimus et praecipimus. Imo Fundite fervidas ad eum preces pro Successu Congregationis futurae per Suffragia praescripta a Legi et die ipsa Congregationis, in Unoquoq. Conventu absolvat missa Solemniter Cantata de Spiritu S. In missis Privatis addet Collecta de Eodem Spiritu S. F.F. Clerici et Laici ad hanc Intentionem Sacram Communionem sumant. Omnibus Concedit libera Electio Confessarii die praedicta Congregationis. et praeter designata per Leges suffragia memores estote ad Deum In Particularibus suis Precibus Boni Provae et Vestri. 2do P.P. Guardiani Schedas remittant cum Responsionibus adequatis ad Puncta in iis tradita. Ut autem Cursores non multiplicentur disponimus: Ut Conventus Lublinensis remittat Casimiriensi Casimiriensis Solecensi, Solecensis Sandomiriensi, Sandomiriensis Stopnicensi Stopnicensis Brzezoviensi. Brzezoviensis Piliciensi Piliciensis Glivicium in Manus Nostras 3tio P.P. Resolutores Casuum P.P. Examinatores de Resolutione Casuum de Examinibus Confessariorum dent Testimonia. 4to Studiosorum proficientium Studia tam de Honestate quam de moribus remittant Testimonia aut si aliquis eorum altiori vel inferiori Studiosi permanere in eodem indigeunt, informet nos P.P. Lectores. 5to Recommendamus ut tempestive exacte non perfunctorie fiant revisiones officinarum et Regestruum, alias si in hac parte inveniemus errorem, omnino puniendi venient P.P. revidentes. Quia autem tempore mutationum nostrarum Solet accidere nimia retardatio Conveniendi Religiosos ad destinatos Conventus et transmutatio associationis. Ideirco praecipit P.P. Superioribus Localibus ut illico receptis Obedientialibus expediant Religiosos,

et associationem non audiant mutare. Recomendat etiam omnibus ut Superflua aut minus necessaria non transferant secum, ad transvehendum enim ista Currus quaerant et Eleemozinam expendunt invigilare hac in parte incumbit P.P. Superioribus Localibus, prohibet ut Superiores locales nec non alii quibus veniet ad alium locum abire nullo modo; sive eleemozinam pecuniariam sive mulsum vinum aut aliam quamcunque rem Conventus secum transferant. Insuper prohibet ut ad finem anni non concedant Superiores Locales Eleemozinam indifferentem Religiosis, sed debent cognoscere necessitatem ipsorum pro qua expendenda sit. Haec quae recomendamus Praecipimus ac Prohibemus inviolabiliter observent. Nam de his investigabimus et non servandes ea, tanquam inobedientes puniemus. Valete P.P. ac F.F. Dilectissimi memores semper in Orationibus Vestris necessitatum Regni et Provinciae Nostrae nec non quoque Nostri. Datum Stopnicii Die 18 mensis Maij Anno Dni 1790. Fr. Nepomucenus Refr. mp.

Fr. Nepomucenus Wieloweyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Smae Virginis MARIAE Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis Reverendis, Multumque venerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratibus Salutem et copiosam in Domino Benedictionem.

Vivere in Religione non secundum Religionem, ut non est salutiferum, ita non est arduum plurimi optant, non desunt qui reperiantur. Sed vivere in Religione secundum Religionem, meritorium vitae aeternae, nimis molestum Naturae mortali pauci volunt, non omnes inveniunt. Vivere in Religione praecisa executione Legum et muneris ejus; est indui Sacra Religionis veste, signa oblati Deo, contemnentis mundum, illiusque vanitates praeliantis contra rebellem carnem, Characteres pietatis, Innocentiae, sine interna veritate praeferre: Claudi in monasterio et separari a molesta terrenorum solicitudine non sine curiosa mundanorum notitia et acquisitione eorum non sine studio frequentis conversationis cum Saecularibus, satiari commode pane, non proprio sudore acquisito, sed ex munificentia Benefactorum copiose elargito: Quibusdam per diem orare temporibus, ob suavem complacentiam internam subijci Altiori potestati in iis, quae placent, quae sunt honoris et commodi. Paupertatem fovere sine penuria rerum humilitatem ostendere, sed nolle contemni. Patientiam amplecti non tamen in adversis eam exercere. Nomen Discipuli Xti gerere, et minime virtutes Ejus sequi. Quis dicet haec, digna esse mercedis aeternae. aut displicere Naturae prodivi ad malum, vel deesse hujuscemodi generis quosdam qui vellent Sanctitatem colere, non tamen reipsa affligi molesta exercitatione ejus.

Porro vivere in Religione secundum Religionem est. Innatas passiones vincere, sensus mortificatos habere, frequentiori Devotioni, Vigiliis, Jejuniis aliisque corporis afflictionibus vacare, Laboribus consummi contemptum pro honore, penuriam rerum pro divitiis habere, proprio judicio ac voluntate carere. Sitim famemque experiri Mundum et vanitates odio prosequi saecularia fugere, in continuo virtutum exercitio manere, indies in vita spirituali proficere. Non Nomen vacuum sed conforme veritati Imitatoris ac Discipuli Xti portare. Haec sunt onera quae promianda in Caelum ascendunt, quae depravata fugit abhorretque Natura, quae quibusdam importabilia, et quasi non necessario anneza offitio Religiosi esse videntur. O! quantum discrimen est, inter vivere in Religione, et vivere secundum Religionem. Tantum haec a se distant, quantum umbra vel signum a re cujus est, quantum Imago, a suo Prototypon, quantum verum ab apparenti. Quis vos O! Infelices meritique expertes, non dicet? qui Sanctam terram

Mona

Monasteriis pedibus non lotis, seu operibus irreligiosis tangitis. Qui in Vinea Xsti plantati, sepe circumducti imbribus Divinæ gratiæ irrigati, fructum Pat... milias tanquam aridæ arbores non adfertis. Considerandum itaq nobis est P.P. Pres ac F.F. Fres Dilectissimi, & diligenter inquirendum sepe sepius, de in stitutione vitæ nostræ, an hæc sit, secundum Religionem nostram? vel po tius persistamus in hoc solummodo, quod gloriemur vivere in Religione. Inquirendum nobis sæpe sæpius inquam est, sed maximè dum inhoamus aliqui, quo ad masionem, alii quo ad Officia, Nonnulli, quo ad ipsum tempus, secundum ordinem nostrum, Novi Anni dies, qui sunt hi, quos immedi... ab absoluta prima Congregatione incæpimus, & incipimus: ut novis diebu... Quidam novam instituant vitam conformem vocationi suæ, Quidam sequentes Professionem suam novum ferṽidiorem concipiant spiritum serviendi Deo: Prout adhortatur Sanctus Paulus 2da ad Rom 12. No lite conformari huic Sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona 1ma ad Ephes 4ta Renovamini autem Spiritu mentis vestræ, & induite Novum hominem, qui se cundum Deum creatus est. Hæc renovatio spiritus ut succeda... ex qua sequit, vivere secundum Religionem, non novas Regula... Methodumq præscribimus, sed exactam Præceptorum Regulæ, Le... Ordinis & Provinciæ, ordinationum executionem, obligationemq exercendi sese in virtutibus injungimus. In horum enim adimp... tione, fundatur Religio nostra, ex eor executione, crescit perfecti... Religiosi, Illa si observantur, in Monasteriis ordo, inter Frat... Pax & Charitas invenitur, Sæcularibus exemplum optimum Deo gloria redditur. Tales observatores Legu veniunt in Laudem pro nunciatam á Psalmista. Beati immaculati in via, qui ambulan... in Lege Domini. Beati qui scrutant testimonia Ejus, in toto corde exq... runt Eum. Audite itaq P. Pres ac F. Fres Dilectissimi, hos á Psalmi... nuncupatos fuisse Beatos, qui Leges sanctas custodiebant. Iniqu... autem n ab Eodem declaratos transgressores Legum; Non enim q... operant iniquitatem in viis Ejus ambulaverunt. Quare omne ... dium impendite, ut Regula, Leges, ordinationes, piæ & introducta c... suetudines observentur, tam á Junioribus, quam Senioribus. Hæc vob... serio recomendando, in quibusdam Quosdam Paterne admonemus, quæd... disponimus Sanctæ Religioni, bonoq Ordini inservientia. Talia sunt ...

1mo. Equitatio vitetur præcepta sub mortali peccato, quæ nonnisi Con... ditur in infirmitate & vera necessitate. Unde qualiscunq necessitas rat... non sufficit, uti Vg causa recreationis solius ex Coventu excursionis, au... gratia visitandi suos amicos, Consangvineos, qui vel ex sola humanita... rogant, vel neq invitant, neq desiderant, vel minime aut Leviter irascer... se non visitarent. Neq libenter assensum præbeant Befactoribus, qui offer... currus vel secum publice per Plateas aut Civitates vehere volunt Fratres.

2do Exemplum bonum unusquisq præsertim Superiores Seniores, curent al... Fratribus præbere. Inde enim minus attenduntur & quasi vilipenduntur Leges Ordinationes, Obedientia, Paupertas, committitur proprietas & qu... negligitur Chorus & Devotio minuitur humilitas et simplicitas, crescit avid... honorum, vanæ æstimationis, invehitur Sæcularitas quia hæc vitia committi, præd... virtutes negligi videntur ab aliis, præsertim ab his, qui propter antiquitatem Religione, aut Officia deberent esse in vita spirituali perfectiores.

3tio Jam recommendatum antea Jeiunium Benedicta, iterum recommendatur; Curent
Superiores Locales, tum exemplo tum incitatione inducere Fratres ad illud servandum
Pariter Jeiunium ad Assumptam ita observetur, ut nullus, sive ex manentibus sive
ex transeuntibus cujuscunq gradus, tam in Refectorio, quam in Forasteria, vel in alio
privato loco, audeat carnes comedere prater vere infirmos. 4to Commoratur P. Ptribus
Vicariis, obligatio eorum docendi Juvenes Caremonias, Misticam, humilitatem Pa-
tientiam, quas virtutes non acquirit Juventus; Assistendi Laboritiis, et attendendi
ne in otio aut somno Juvenes et Fratres Laici consummant tempus. Pariter in par-
ticularibus Conventibus, invigilent Superiores & attendant PPres Vicarii, ut Juni
ores Sacerdotes curam habeant Ecclesia et horti, qui tanquam debiles et Senes,
quiescere satagunt inutilesq reddunt. 5to Quidam Patres Pradicatores curent et
Conciones scribere & diligenter se pro illis parare, ut vere possint gloriari, de tot
Annis transacti sui Officii et meritis. 6to Quia contingit nonullos Patres Officiales
noluisse resolvere casus, et Resolutori Casuum querenti ab illis resolutionem indi-
gnatos fuisse; Quare disponitur, ut Resolutor Casuum neminem excipiat á resoluti-
one, sed consequenter omnes resolvant. Pracipitur etiam ut secundum antiquam
Ordinationem, Praxis Dispositionis Moribundorum ostendatur. 7mo Prohibetur, ne
audeat aliquis Sacularibus ex Gallicia, vel aliis Regnis, conducere ponticum, Tabacum
Vinũ, aut alias merces, alias Transgressores, et in Conscientia manebunt obligati & panis
gravioribus punient. 8vo Patres Guardiani reparationes solum necessarias, et qua
primo sunt necessaria non ob vanam pulchritudinem, decorem nec sumptuosas
sed paupertati nostra convenientes faciant. Quantam habeant Authoritatem quo
ad reparationes: legant Statuta. Item non permittant P. Pres Guardiani venientibus PPbus
pro mansionibus ad Conventum, in Cellis varia de novo construere ob solum eorum be-
neplacitum decorem et vanitatem, nam Religioso sufficit Cella dealbata nitida, sine tabla-
turis picturis exquisitis mensis. 9no Curent P.Pres Guardiani, ut Sartoria habeant
necessarias commoditates pro Fratribus, tam pro astate, quam pracipue pro hyeme.
10mo Pilei sá quibus ex necessitat portant, sint pro hyeme sine pellibus. Tibialia secundum
antiquam consvetudinem nostram, non adinstar Sacularium seu Ponczuch. De Chordis Sta-
tuta Numero 9no prascribunt taliter Chorda non fiant ex filis sed omnino sint Cana-
bea grossa ac simplices. Adjungimus his Venerabilis Diffinitorii decisiones ema-
natas, immediate in celebrata Congregatione. 1ma Compertum est ob paucitatem
Confessariorum, celebrationem Missarum, finiri ante nonam horam; Unde á nona
usq ad ultimum Sacrificium pausatur Detrimentum et Laus Dei, et Devotio homi-
num patitur. Quare Ordinatur, ut in paucitate Confessariorum Patres, etiam Offici
ales non impediti, post Missam Convetualem celebrent. Ordo Missarum scri-
ptus in Tabula servetur, non enim inaniter scribitur, et servare illum est Obe-
dientiam implere; non impediti expectent magis attendant Devotionem, quã
commoditatem suam propter, quam properant cum Celebratione Missarum
Addimus his, Patres Confessarii, qui obeunt Officium Hebdomadarii in pau-
citate Sacerdotum, post Missam Conventualem celebrent: Missam autem
Conventualem, unus ex Patribus Officialibus absolvat. 2do Declaratur Pre
Capistranũ Zagórski; Patrem Damasum Skalski, Patrem Theophilum
Wesołowski; Fratrem Faustinum Zamberay, Frem Onuphrium Płocki,
Ratione fuga, modo Apostatico in Galliciam, non solum esse Apostatas, sed etiam
in Poenam, privatos esse debitis Suffragiis post mortem, secundum Ordinati-
onem factam in Congregatione Pinczoviensi. Hac vobis PPres ac F.Fres Dile-
ctissimi injungimus, qua vestra Saluti Religiosa Professioni vestris Offi-
ciis ac utilitati inserviunt. Valete P.Pres ac F.Fres Dilectissimi, Dextera
Domini uberrime Benedicat vos, et protegat, ut hunc Annum inceptũ
á Celebrata Congregatione, cum summa Animi tranquillitate, prosperita-
te, et merito coram Deo peragatis. Patres Superiores Prasentes Nostra
Pastorales, explicent Lingua vernacula, quo ad omnia puncta, suis re

respeitivè Communitatibus, quare tempestivè eas sibi perlegant. Explicatas Protocollis ingrossari faciant, et secundum Ordinem Cursoriè remittant.

Datum in Conventu Nostro Glivicensi ad Sanctam Crucem. D. 3tia Augusti Anno Domini 1790.

Fr. Nepomucenus Ref. Minister Pr.lis

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ord. Min. S. P. N. Francisci Reformator. Provinciæ Sanctæ V. Mariæ Angelor. in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus

Adm. Rdis Rdis Multum Verdis Verdisq. Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus Salutem et Copiosam à Domino Benedictionem

Mirabilem prorsus infirmitatem esse dicit Ecclesiastes Cap. 6. Quod sicut nudus egressus est homo de utero Matris suæ sic revertetur et nihil auferet secum de labore suo. Quare ulterius ait: Quid ergo prodest ei quod laboravit in ventum. His autem illi admonentur qui cuncta opera manuum suarum dirigunt in hunc unice finem ut affluant temporaliter bonis, non ea convertendo ad aquirendam salutem Dei Ultroq. possidendum. Hujus generis mortales qualem quæso laborum suorum decedentes ex hac mortali vita percipiunt reportantq. fructum? hunc profecto: quem in somnis dives, qui posquam evigilaverit, nihil prorsus invenit in manu sua. Ideo cunctis diebus vitæ suæ, idem docet Ecclesiastes: existunt in curis multis in erumna atq. tristitia. Nihil tamen acquirentes de labore suo dignum vitæ æternæ nullum bravium Solicitudinis suæ possidere queunt. Beatus qui hanc miserabilem infirmitatem ac vanitatem cognovit, et sciens se nudum reversurum ex mundo, nihilq. percepturum de relictis labore comparatis bonis, ita convertit et disponit illa, ut etiam ipsi eunti ad Supremum Judicem inservire possint ad eundem placandum. Beatus nunquam qui temporalibus acquirit æterna, qui nudus et pauper, nempe: Spoliatus terrestribus egreditur ex hac vita, dives tamen et plenus meritis. Hoc in numero beatorum censetur esse piè Defta Generosa Domina Catharina Wielkoska, quæ vanitatem rerum cognoscens, tantumq. bona temporalia prodesse homini, quantum illis providere saluti suæ possit, tempestivè quæ aquisivit, ea in Elemosinam tribuit, tum pro impetranda sibi stante vita sua finali gratia, tum post egressum ex hac vita, pro redemptione suorum peccatorum. Cum nos hujuscè Elemosynæ participes benignè fecit, præter illa suffragia absoluta pro impetranda ipsi finali gratia, Nunc post obitum prælaudatæ piè Defctæ Catharinæ nostri muneris est suffragia eaq. integra tanquam pro Fre nostro absolvere. Quare Justitiæ adimplendo præcipimus ut pro Anima ejusdem quilibet Sacerdos 3 Missas absolvat, in quolibet Conventu Missa cantetur et Officium Defunctorum recitetur. Quilibet Clericus Tria Officia Defunctorum. Et quilibet Fr. Laicus Ter Centum Pater et Ave dic. Totidemq. Requiem æternam dicat. Insuper Charitativis eam recomendamus Orationibus, vices reddendo eidem pro gratia et benevolentia qua nos prosequebatur.

Justum æquumq. censuimus Ptres et Fres Dilectissimi, et alia quæ sunt muneris nostri vobis intimare et injungere. Hæc autem sunt: Placuit Divinæ Voluntati ex hac vita transferre ad aliam Celsissimam Principem Sophiam de Krasinskie Lubomirska Castellanam Cracoviensem Syndicum Conventus Nostri Solecensis. Ingemiscimus quidem Insignioris Protectricis Nostræ destituti ope, non sine vehementiori Animi dolore profitemur nos Orbatos Matre. Supremæ tamen Divinæ Ordinationi subdere se etiam in molestissimis quia necesse est, convenit et salutare, suscipiamus etiam mala de manu Domini. Hisq. sine murmure susceptis potius convertamus nos ad adimplenda quæ debentur à nobis vi gratitudinis piè Defctæ Celsissimæ Principi. Ista autem sunt: DOMM. sibiet exorare ut quantocius si detinetur in pœnis purgatorii ad claram Visionem Faciei suæ eam admittat. Quare in hunc finem injungimus ut in quolibet Conventu 1mo Tribus Diebus continuis pulsentur Campanæ manè Meridie et Vesperi, hisq. diebus memento in Sacrificiis Missarum fiat. 2do Officium Defctorum in Choro dicatur. 3tio Tres Communiones a Ftribus Clericis et Laicis offerantur. 4to Per tres Dominicas PP. Prædicatores finita concione populo congregato assignent aliquas preces pro Anima Sophiæ Lubomierska Castellana Cracoviensi. Alias particulares Orationes in suffragium Animæ Defunctæ, Vestræ pietati ac gratitudini quæ fortis erga Benefactores committimus. Patres Superiores Locales præsentem Encyclicam perlegi suis respectivè communitatibus Protocollisq. ingrossari faciant, iisdemq. Communitatibus recomendent et ad Conventum secundum Ordinem cursoriè remittant. Valete Ptes et Fres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datt. in Conv. Nostro Stopnicensi ad Ædes S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis D. 18 9bris A. D. 1790

Fr. Nepomucenus Ref. Minister Prlis

Frater Nepomucenus Wielowieyski Ordis Minor. S. P. N. Francisci Reformator. Provinciæ Sanctæ V. Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis &c.

Admodum Rndis Rndis Multumq. Venerandis Venerandis Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus salutem et Copiosam in Dno benedictionem.

Quot quot Secula ab incepta Doctrina Xti numeramus tot eorum innumeros Viros in exequendis monitis excellentiores conspicimus et veneramur. Testantur de aliorum Seculorum Viris copiosa Scripta et paginæ quæ non veniunt in medium adducendi. Illos potius advertamus consideremus et admiremur qui Vitæ Nostræ cujus conversationis participes singulari benevolentia nos prosequentes extiterunt. Talem Vobis P. ac Fres Dilectissimi ad admirandum laudandumq. meriti Vestræ proponimus piè defunctum A. R. Dnum Franciscum Zawetkiewicz Commendarium Ecclæ in Villa Gorzkow præsenti Mense e vivis sublatum conspicuum et fidelissimum pro

Dicti auctorem prout attendite Actus docuit Luc. 12. Quærite primum Regnum Dei & justitiam Ejus facite Vobis Sacculos qui non veterascunt & thesaurum non deficientem in Cœlis quibus præcipit Salvator præprimis quærendam Salutem postpositis temporalibus congregandas Virtutes prout declarat mentem dicti S. Gregorius in Evangelium Mathæi scribens Omnem Vestrum affectum Sollicitudinem laboremq ad acquirendas exercendas Sanctitq charitatis misericordiæ ac patientiæ operibus nec non piis Orationis contemplationis pœnitentiæ ac mortificationis exercitiis augendas Virtutes convertite quando hæc summi pretij opes & immensi Valoris thesauri sunt quibus comparantur cœlestia bona. Insicit hanc doctrinam dicti Cordi et memoriæ prælaudatus pie defunctus Benefactor et operibus Suis eam declaravit. Quicunq illum noverunt testantur & affirmare una nobiscum cogantur minime eum deditum fuisse Curis Secularibus ast Spiritualibus & cœlestibus non deprehendebatur nisi orans aut Lectioni Librorum Spiritualium vacans Solitudini ita addictus ut nec Domos aliorum Suorumq Parochianorum causa honestæ recreationis adiverit nec cum iisdem ablongiores conversationes ducebat. A potu calidiori abstinuit. Cibus parvus Jejunium via non continuum Domus Ejus Pauperum & Peregrinorum extitit receptaculum quibus necessariam subministrabat annonam. Divitiis cor non apponendo effusissimus in Eleemosynam quibus nos participes quotannis fieri dignatus est & fecit. Hæc Ejus Sancta opera considerando pronuntiemus Ecce Sacerdos qui in diebus Suis placuit Deo qui conservavit Legem Excelsi qui obedivit Verbis dicti Estote misericordes sicut et Pr Vester misericors est. Laudemus Dnum in Servis Ejus extollamus Ejus Providentiam quæ Ecclesiæ Suæ omni tempore providet Viros excellentioris pietatis & exempli. Defuncto autem huic Benefactori reddamus debita gratitudinis & justitiæ officia utpote memores Ejus insignium ac continuorum beneficiorum gratiæ et benevolentiæ. Quare in hunc finem assignamus & injungimus integra Suffragia tanquam pro Fre Nostro abrodvenita in unoquoq Conventu et Memento per hebdomadam in Sacrificiis Missarum habeatur Adm pie defuncti Francisci Sacerdotis Nec non aliis Orationibus charitativis Eundem recommendamus. Quam nostram dispositionem Superiores Locales promulgent Suis respective Communitatibus Protocollo ingrossari faciant et secundum Ordinem Cursoriæ remittant. Valete Patres ac Fres Dilectissimi memores Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Suis Orationibus. Datum in Conventu Pinczoviensi ad Ædes Visitantis Bssmæ V. Mariæ D. 29. 9bris 1790. Anno.

Fr. Nepomucenus Reform. Minister Prolis mpp.

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordis Minor S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Sanctæ Virginis Mariæ Angelor in Minori Polonia Minister Provincialis & Servus.

Admodum Rndis Rndis Multumq Venerandis Venerandis Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus Salutem & Copiosam a Dno benedictionem.

Officij ac muneris nostri est Patres ac Fres Dilectissimi & curam indefessam Vestri qui nobis ex Statu Professionis commissi estis gerere & illos quoque non oblivisci qui penes altissimam paupertatem Nostram professam specialem Curam gesserunt temporalem ne deficiamus in necessariis Statui Nostro. Scitis quippe Omnes quia Sanctum & Salutare est exorare pro Defunctis ad noventis necessarium quoq esse pro Benefactoribus præsertim exorare at iisdem tunc Suffragia feremus quando sibi prodesse nullatenus possunt. Hæc certe illorum intentio erat benefaciendo Nobis hæc sperabant a Nobis post Mortem Animabus Suis. Hinc credite nobis quod ille Clamor plenus condolentiæ de Subterraneis purgatorij Carceribus aures Nostras insonare videtur Miseremini Mei Miseremini mei saltem Vos Amici mei quia manus Dni tetigit Me. Et quorum illæ Corda et Viscera non movebit quorum Animus & Sensum ad condolendum insensibilem habebit Nos qui e beneficiis abstrictos nos novimus & Amori dolore super amissione Benefactorum ingemiscimus non minus Susurrone illius Clamoris movemur. Præsentibus Literis Nostris Significamus Vobis Adilectissimam & Singularem Benefactricem Nostram Magnificam Dnam Hedvigem Walewska Subdapiferam Dobrzynensem inevitabilis mortis falce de hac Vita mortali cessisse. O quam dolendum est Nobis super hoc casu infelici quo privati sumus tanta Benefactrice Cujus larga in Benefactis munificentia nos recreabat Sinceritas affectus laetificabat specialis propensio erga Reformationem Nostram opportunam fiduciam in Nostris necessitatibus promittebat. En mulierem fortem quis inveniet cujus procul & de ultimis finibus pretium erat Vere mulier erat fortis de ultimis finibus in affectu & effectu erga Nos Patres & Fres Dilectissimi quando ut hoc Item evidenti comprobaret documento hoc unico Studio pie Defuncta Mgnfica Dna tempestive dispositis Domui Suæ dimisit Illustrem Familiam Suam in Regnis nunc alienis manentem & venit Cracoviam ut jungeret Nobis & Sepeliretur in Sepulchro Patrum Suorum quos in Vita Summo prosequebatur amore si ic placuerit Deo Ter Optimo Maximo ponere terminum Vitæ illius temporaneæ & transferre ad principium Vitæ æternæ Quare tam Adilectissimam & bene nobis facientem Benefactricem amissam ex Voluntate Divina quæramus per Offerenda Deo Sacrificia Nostra tam charitativa quam

debita ut Animæ Illius succurramus quæ ea charitate quærere nos solebat, ut nostræ indigentiæ succurreret et Animæ Suæ Suffragium a Nobis exspectet. Proinde Superioribus Localibus injungimus ut Suffragia hic assignata absolvere curent pro Anima piæ Defunctæ Hedvigis Walewska, non omissis etiam charitativis. Itaq in quolibet Conventu absolvantur Suffragia integra tanquam pro Fratre Nostro. Praeter ista integra Suffragia in quoquoq Conventu Missa cantetur et privatæ Sexdecim Missæ celebrentur ac Defunctorum in Choro dicatur. Fres Laici addant quartum Centum Pater et Ave totidemq Requiem æternam. Talia debentur p. d. Walewska Suffragia siquidem pro talibus cuilibet Conventui relicta est Eleemosyna. Succurrite PPres et Fres Dilectissimi p. d. Walewska aliis charitativis Suffragiis. Superiores Locales præsentem dispositionem Nostram Protocollis inscribant, Suis Communitatibus recommendent ac remittant secundum Ordinem Cursoriæ. Valete PP. ac Fres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum memores in Suis Orationibus. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad S. Casimirum d. RR. PP. MM. D. L. die 14. Mensis ... Anno Dni 1790.

Fr Nepomucenus Reformatus
Minister Provincialis mpp

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformator. Prov. & Sm. Vnis Mariæ Angelor. in Minori Polonia Minister Provincialis & Servus.

Admodum Reverendis Reverendis Multumq Venerandis Venerandis Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem & Copiosam a Domino Benedictionem

Dignum & justum est PPres ac FFres Dilectissimi, ut juxta beneficentiæ amplitudinem, rependat gratitudo Benefactoribus nostris. Beneficium enim quodlibet est illud Evangelicum talentum, quod non otio sepeliendum, sed mercatura gratitudinis multiplicandum est, ne torpescentes a superveniente Domino arguamini. Quotquot Beneficia Nobis Gratiosissimi Benefactores præstant tot frumenti grana serenda volunt, non in sterili oblivionis solo, sed in fæcunda terra justæ Retributionis, ut Eorum Animæ fructus debitos de suis Laboribus percipere valeat in tempore necessitatis. Proinde incumbit nobis obligatio, ne Illorum memoriam sepeliamus, una cum Cineribus terræ. Qui necessitatum Nostrarum quo advixerunt extiterunt memores, non cessasent nobis benefacere si morte non impedirent coacti. Sic importatam in ipso Festo suæ Patronæ vinculis mortis a benefaciendo significamus Vobis PP ac FFres Dilectissimi Perillustrem Magnificam Dominam Barbaram Misiewska Dapiferam Sandomiriensem Benefactricem singularem Conventus Stopnicensis: Cujus ampla beneficia sincerimum affectus erga Reformationem Nostram multis documentis enituit plura ac majora Nobis præstanda promittebat. Non convenit itaq delendam esse a Nobis Ejus memoriam, ita quod permittat cum solo verbali sono quæ vivens non verbis, sed factis, Nostras indigentias levare novit. Satisfaciendo itaq gratitudini Nostræ injungimus & recommendamus. Amô Charitativa Suffragia, scilicet ut memor sit quisq animæ Defunctæ Barbaræ in suis privatis Orationibus. Deinde adimplendo postulata Illustrissimi Magnifici Domini Rupniewski, Judicis Terrestris Sandomiriensis Equitis Sti Stanislai Syndici Apostolici Conventus Sandomiriensis Integra Suffragia tanquam pro Fratre Nostro absolvenda pro anima prædictæ Barbaræ Unicuiq Conventui intimamus & declaramus. Pro quibus cuilibet Conventui, Sufficientem Elemosynam Ipsemet solus præstans I. M. D. Judex Terrestris Sandomiriensis remissurus est. Superiores Locales præsentes Literas Nostras Protocollis ingressent.

Secundum Ordinem Cursorie remittant. Specificata Suffragia suis respe-
ctivè Communitatibus recomendent. Valete P. Pres ac Ffres Dilectissimi,
Nostri ac Benefactor. Nostrorum memores suis in Orationibus. Datt in
Conventu Nostro Cracoviensi ad Sctum Casimirum P. R. P. d. M. D. L.
D. 18 Decembis Annô Domini 1790.

Fr. Nepomucenus Reft. Mister
Provincialis mpp

Fr. Nepomucenus Wielowiejski O. Minor. S. P. N. Francisci Reformator. Pro-
vinciae Smae V. Mariae Angelorum in Minori Polonia Minister Prlis et Servus.
Admodum Rndis, Rndis Multumq. Venerandis Patribus ac Dilectissimis in Xsto Fratribus Salutem
et Copiosam a Dno benedictionem.

O quanta et quam fortis pugna in homine dum illi adversa pati contingit consetur. Animus venerando Supre-
mum ac Universale Dei Omptis Dominium agnovit competere illi disponere de cunctis prout vult et placet. Affir-
mat infallibiter Omnia sapientissime ordinata fuisse a Deo Voluntatem Divinam solummodo Sanctam et benignam
intendere Assentitur Creaturae incumbere Divinae ordinationi se se prompte et Volanter submittere; Vult esse cuntig
veniunt conatur ea fugere cuibusq. recalcitrat. Haec pugna est communis etiam Sanctioris Vitae Viris Job pati-
ens et conformis Divinae Voluntati nam ajebat Si bona de manu Dni suscepimus cur non mala profans tamen
undiq. miseriis ingemiscendo auxilium quaesivit ab Amicis quia manus Dmni tetigit eum Tobias Subjectus corde
et Opere Deo condoluit tamen dum privatus visu Caelorum gestit. Augustinus tum praeclare de Deo Ipsiusq. Vo-
luntate scribens fluit super obitum Matris Suae. Ita siquidem est propria homini Sensibilitas quod qui ea care-
re se existimaverit affirmaverit se non vivere. Premi potest intellectus judicio penitus autem eradicari nequit. Atqui et
quo Vobis jam pluribus notum est nempe ex obitu JMDnae Mariannae de Misiowskie Rupniewska Judicissae Ter-
restris Sandomiriensis Benefactricis faventissimae q. Agnovimus sub Manu Dni Has esse cui liberum est nos con-
solari vel affligere Submittimus Nos Sanctae Ejus Ordinationi in prosperis et adversis Negare tamen vel intus
abscondere nequimus quo moerore afficiamur dum hanc e Vivis sublatam cernimus. Quae erga Statum Spiritualem
summa pietate ferebatur honorem Ejus tuebatur nec unqm libere permisit ut aut famae aut aestimationi Illius quid
vicinum promulgaretur condoluit audiens inique loquentis de Eadem. Displicuerunt Illi Domus quae Spirituales Per-
sonas aut non libenter habebant aut illis carebant aut minus digne aestimabant. Religiosorum Omnium Singularis Ad-
trix praesertim Nostrae Illiq. addictissima cujus large subvenire indigentibus sincere promptissima Quis pauperum
ab Ea repulsam passus est. Quis eorum sine Subsidio dimissus est. Quis infirmorum salutudine et juvamine desti-
tutus ab Ea videbatur Quem afflictum et Anxium non sit Consolata? Cum nobilibus jucunda in Conversatione Subdi-
tis vitioribusq. accessibilis In Sermone cauta et innocentissima ut neq. jocari aliquid quod derogaret honestati nec ali-
cujus famae aut detraxit aut detrahi passa est. Timida ne aliquem offenderet vel scandalizaret Vitiis Mundanis
minime addicta quinimo vilipendens ea. Caeterum cultu ac Studio implebat quae erant excellentioris Status Ejus Offi-
cijq. Matris familias. Vere tamen dicata Deo seipsam in pietate frequenti Usu Sacramentorum suaeq. Subditus
exercens. Otio vitiisq. inimica Virtuti necessariis convenientibus Statui Suo Operibus Lectioniq. Librorum Spiritu-
alium Amica. Quisq. illam novit Damnum Illius visibile de his et aliis pluribus. Sanctae vitae Ejus indiciis testa-
ri et posteritati transmittere cogitur. Deflebat Populus Israeliticus Mortem Judith. revolvendo mente quantae Virtutis
quanti honoris Sui quantiq. beneficij perdiderat Mulierem Eadem motiva Causasq. Summi moeroris nanciscimur.
pro Oculis statuendo quantum damnum caperiamur ex recessu a Nobis in aeternitatem praelaudatae piae memoriae JM.
Dnae Rupniewska Deflere mortem hujusce aequum justumq. ex allatis censetur sed in solo gemendo sistere planctu nec
Religiosum nec Conveniens propensissimae gratitudini et justitiae foret. Reddimus quae exigit Sensibilitas Nostra exsol-
vamus quae sunt muneris et gratitudinis Nostrae nempe exorando Deum ut quantocius (si detinetur in poenis purgatorij
ob quasdam maculas humanae fragilitatis) frui clara Sui Visione permittat. Quare in hunc finem in Unoquoq. Conven-
tu Provinciae Nostrae tanquam pro Fre integra absolvantur Suffragia quae exigit allata pro iisdem Eleemosyna Insu-
per injungitur in Unoquoq. Conventu, pulsentur Campanae tribus Vicibus per tres dies Memento in Sacrificiis Missar.
per totum hebdomadam quod in Tabula pro Memoria Celebrantium inscribatur. Fres Clerici et Laici et Omnes offerant
Communiq. PP. et Fres Indulgentias Viae Crucis ter applicent praedictae Animae Mariannae. Quam et aliis charitativis recom-
mendamus Suffragiis Quas injungimus quibusq. committimus moerore confectum usq. ad debilitatem Virium ob Mor-
tem Consortis Suae JMD. Rupniewski Judicem Terrestrem Sandomiriensem Equitem S. Stanislai ut Deus Eundem
Superstitem in Optima Sanitate conservet largissime. Ut autem haec injuncta sint nota unicuiq. Praesentem Encyclicam
Superiores Locales perlegi faciant respective Suis Communitatibus recommendent iisdem Protocollis ingrossentur et ad Vici-
niorem Conventum remittant secundum Ordinem Cursoriae. Valete PP. ac Fres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum
Nostrorum Memores. Datum in Conventu Nostro Glivicensi ad S. Crucem. D. 25. Februarij 1791.

Fr. Nepomucenus Ref. Minister Prlis.
mpp

Fr. Nepomucenus Wielowicyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Smæ. Vnis Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Admodùm Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq: Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Quæ dicta sunt Jeremiæ. Ecce constitui te hodie super Gentes et super Regna ut evellas et destruas et
disperdas et dissipes et ædifices et plantes. Cap. 1mo. ver: 10. hæc referuntur et directa censentur
ad omnes Superiores et Rectores. Quibus iterum præcipitur Actor: Cap: 20. V. 28. Attendite vobis et uni:
verso gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Manent infixa memoriæ no:
stræ hæc Divina monita, continuoq: impellunt, ut ea evellenda et destruenda sunt in Provincia, qualia sunt
vitia et abusus evellamus, et destruamus. Quæ ædificanda et plantanda, nempe Virtutes diligentiore execu:
tio Legum illa ædificemus et plantemus. Attendere nobis tenemur, quæ sunt munia Officii nostri, quæ De:
us à nobis exigit, quæ subjecti nostræ potestati à Nobis expectant et exigunt. Attendere et universo gregi
nostrum est. Quæ scilicet adhibenda sunt ad Ejus conservandam pacem, procurandam felicitatem ac salutem,
ad quæ utilis idoneusq: censetur. Quid meretur, quid sustinere sine damno sui, aut detrimento Provinciæ va:
let, à quibus removeri exigit vel necessitas postulat. His superadductis Divinis monitis satisfacere, nostru:
que officium exequi cæteris anni diebus commodius præcipuum ut pote ad id destinatum à Lege tempus il:
lud est, in quo ad finem anni nostri congregari debent, quibus incumbit una nobiscum de augmento virtutis
extirpatione vitiorum, iisq: quæ charitas ac justitia exposcit, de negotiis Provinciæ consulere et decidere.
Necessitatibus Conventuum, desideriis, felicitati ac saluti Fratrum providere. Tale imminere tempus in:
timamus vobis PPres, ac FFres Dilectissimi nempe secundam Ministeriatus nostri Congregationem
celebrandam in Conventu nostro Sandomiriensi D. 2da Julii anni currentis. Intendimus enixè Dei au:
xilium hac in parte suppliciter exorantes, ut dicto imminenti tempore, in quibus admonemur et excitamur
vi Officii, Rectoris, Patris, ac Pastoris, ad Majorem Dei Laudem, bonum Provinciæ, Vestram PPres ac
FFres Dilectissimi temporaneam ac æternam beatitudinem, ea perfecti exequi valeamus. Quare ut hæc
succedant, quæ ad ritè celebrandam Congregationem ad componenda negotia Provinciæ et Conventuum, Fra:
trum utilitatem pertinent, ea exposcimus, injungimus ac recomendamus. Porro quæ exposcimus ista sunt.
Quos Deus elegit ut præsint et prosint populo Ejus, necessariisq: ad id abundanter cumulavit donis, Illos con:
venienter Officiis Eorum pro D. 30 Junii de mane cum Missis aut pridie invitamus. sc: R.P. Christopho:
rum Dobrakowski Custodem Vocalem. R.P. Stephanum Stolewski. R.P. Petrum Alcantaram Wierzbic:
ki. R.P. Henricum Dzidowski. R.P. Thadæum Sapek. Diffinitores Provinciæ. Aliis quibuscunque sub pœna aposta:
siæ accessu ad locum Congregationis interdicto. Quæ verò præcipimus et recommendamus sunt sequentia. 1mo.
In unoquoque Conventu duabus Septimanis ante Congregationem absolvantur consveta suffragia, quæ solent
absolvi ante Capitula et Congregationes. Ipsa die Congregationis solemniter cantetur Missa Votiva de Spi:
ritu S. In qua FFres Clerici et Laici sumant SSmam Communionem. Quibus aliisq: omnibus conceddi:
tur libera electio Confessarii. Et pro hac die datur cunctis P.P. Confessariis facultas absolvendi à reserva:
tis. In Missis privatis addat quisque Collectam de Spiritu S, nec non aliis particularibus precibus. Exorate
Deum PPres ac FFres Dilectissimi, ut Nobis omnibus ad actum Congregationis pertinentibus inspiret,
inspirata det exequi, et in executione eorum adjuvet, quæ sunt secundum beneplacitum Ejus. Vos pariter reddat
conformes sine murmuratione ordinationi suæ, quæcunque illa attulerit, sive molesta sive minimè sperata.
2do. Schemmata tum ratione Missarum, tum ratione aliorum in illis contentorum cum subscriptio:
ne PPrum Discretorum pro 2nd Junii remittantur, similiter testimonia jurata FFrum Clericorum
ac Laicorum de persolutis precibus pro Defunctis cum specificatione eorum. Et quidem ne cursores multi:
plicentur tali modo. Conventus Sæ. Annæ, remittet Plivicensi, Plivicensis Pilcensi, Pilcensis Pin:
czoviensi, cui etiam remittet Cracoviensis. Pinczoviensis Stopnicensi, Stopnicensis Sandomiriam
Conventus Lublinensis Casimiriensi, Casimiriensis Solecensi Solecensis Sandomiriam. Quare
demandatur ut tempestivè unus Conventus, alteri remittat sua Schemmata, cum aliis necessariis scriptis
Et in fine Schemmatum scribat quæ die illa transmiserit. 3tio. PPres Discreti tempestivè revideant
et verificent regestra, Officinarum, Conventuum, uti Sacristiæ, Bibliothecæ, Sartoriæ Canapæ Culinæ. Reg:
earum videant, an defacto accesserunt, vel inveniantur, aut serviunt pro utilitate, ne destructæ vel deperditæ in
niter locum occupent in regestris. Omnia quæ concernunt Officium Discretorum diligenter faciant, ac fide:
testimonium transmittant. 4to. Transmittantur conscientiosa testimonia de resolutione casuum examinibus
P.P. Confessariorum. De idoneitate moribusq: tam Studiosorum terminantium studia, quam qui ulteriori stu:
dio Theologiæ Moralis non indiguerint. Pariter de profectu ac religiositate existentium in Rhetorica et Gramma:
tica, quibus studiis sunt applicandi. Hæc sunt necessaria ad informationem Deffinitorii, in ordine providendi
bono Provinciæ, Fratrum, et Conventuum. Ne verò ratione mutationis Fratrum ex uno Conventu ad alium
et ex uno officio in aliud quædam mala eveniant in his præmonere necesse, justumq: duximus. Quare

1mo. Prohibetur Superioribus Localibus ne secum ad alios Conventus, cujuscunque generis res, eleemosynas transferant, aut ne relinquant sibi pro futuris suis expensis, vel commoditati, si deposito Officio Gvardi: anatus manserint in eodem Conventu aliquas eleemosynas. Pariter non permittant iidem suis subditis. Quibus similiter prohibetur. 2do. Non concedant Superiores Locales ad finem anni eleemosynarum pecuni: ariam suis subditis nescientes eorum necessitatem, quam debent prius cognoscere pro qua expendenda sit. 3tio. Iisdem demandatur Superioribus, ut invigilent nec permittant transferendi superflua non necessaria, et quæ in alio Conventu possunt acquiri et haberi. Quidam enim nimis soliciti de sua commo: ditate, tanquam Patresfamilias varia vasa, ollas, aves, et alia, vix non cubilia, sedilia et scamna secum transferunt. Idcirco currus quærunt, aut pro illis expenditur eleemosyna, nec unus currus ad transvehenda ea videtur sufficere. 5to. Receptâ novâ dispositione ex Congregatione illico mittantur Religiosi ad alios Con: ventus, nec expectetur de novo advenientes, aliter facientes procerto punientur. 5to. In suppeditandis Por: titoribus ad transferenda scripta, pallia, ostendant Superiores paternam charitatem et humanitatem suis Religiosis, non lucrum quærentes suorum Conventuum. Quid enim est afflictus eo statu in quo atten: ditur, et cogitur ut nil habeatur tamen necessitati non succurritur. Patrem videre et venerari et non expe: riri ejus amorem. 6to. Præcavetur ut venientibus s: quicunque illi sint, pro nova mansione ad Con: ventus non permittant Superiores restaurationes, fundationes novas in cellis, nisi aliqua sint destructa et reparatione secundum præscriptam paupertatem indigentia. 7mo. Non prætermittatur publica pe: dum lotio venientium Fratrum pedestur. Hæc præcepta et recomendata amore boni vestri, Superiores Lo: cales perlegi faciant, explicent quo ad omnia suis respective Communitatibus, Protocollis inscribant ad viciniorem Conventum quam citissime sine mora remittant. Valete PPres ac FFres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum suis in Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Pilicen: si, ad Sctam Crucem Die 23 Maj. A. Domini 1791.

Fr. Nepomucenus Ref.

Mnr. Prlis. m.pp.

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordnis Minr SPn. Francisci Rfr. Prviæ Ssmæ Vrgnis MARIæ Angelor. in Minori Polonia Mnr. Provincialis et Servus.

Admdm Rndis, Rndis, MVnrndis Vnrndisq PPribus, ac Dilectissimis in Christo Jesu FFbus Salutem et Copiosam à Domino Benedictionem.

Jam Collocatis in Conventibus respective suis, suisq officiis, exnunc immediate facta Congregatione assignatis Vobis PP. ac Fres Dilectissimi commemoramus, et in: culcamus perfectam ex vi Religiosæ Professionis exinanitionem propria voluntatis, plenam Conformationem Divinæ Ordinationi in omnibus sive desiderata et prospera sive minus sperata et afflictiva fuerint. Eô vero animô hæc in memoriam reducimus, ut alacri corde susci: piatis quæ circa vos sunt ordinata, et exequamini quæ sunt injuncta, Nolite imputare Uni aut alteri, prout auditur, ex decidentibus de Vestra Collocatione et mutatione Officior. non ad mentem Vestram citraque spem emanatam sortem. Non unus aut Alter concludit circumstantiis advenientibq opus est cogentibus satisfacere. Quæ judicia decidentium circa Vos sivæ necessitates exortæ cum Vobis non sint vota nec possunt revelari minime convenit inanibq occupari suppositionibq. Potius consulendo tranquilitati animi, et Charitati, Divinæ voluntati commitendum est quidquid factum est circa loci aut officij, unius cujusq mutationem. Ita submissis Divinæ Voluntati, non novas aliquas impositos Vobis P.P. ac FF. Dilectissimi promulgamus leges sed commemoramus in Ordine ad vigilantius Sancti-usq vivendum quæ Deo vovis: tis. Quibus Legibus Ordinis, Provintiæ, Ordinationibq Majorum Vestrorum sub: jecti estis, Quæ sunt obligationes Status Vestri Religiosi Ex his precipua colli: gimus ad recomendandum. Sc. Obedientiam. Superioribq promptam etiam in: iis quæ displicent, quæ humiliant et onerosa censentur. Reverentiam Iisdem Supe: rioribq aliisq Senioribq ut enim a Secularibq percepimus plurimum Eos scandali: zatos fuisse videndo Subditos quosdam ad præsentiam Superior. sine timore Reve: rentia, Modestia se se gessisse Illis audacter sine aprehensione, aut cum indigna: tione respondisse. Hinc præscriptum, quod negligitur, Observetur ut Iuvenes fle: tendo cum Superioribq Suis loquantur Paupertatem S. in omnibq, non quærendo cur

cura superflua, preciosa sine licentia non acceptando ut donando quidquā.
Quare injungitur Superioribꝫ ut quorum Conventus habent Elemosinas pecunia-
rias sufficientes acquiratur ijsdem alimentum aliudve, questuationes autem minu-
antur. Pariter minuendæ sunt quando supersunt sufficienter alimenta. Confidant
Providentiæ Divinæ Cui non confidentes vellent sic omnium habere abundan-
tiam ut non pro uno sed etiam et pro altero sufficeret anno nimisqꝫ soliciti
sunt cum detrimento vitæ Spiritualis, seu suorumqꝫ subditorum de collectio-
ne Elemosinæ. Hac in parte ante ponantur Oculis Mentis Pii Patrumqꝫ Nostro-
rum Sanctiqꝫ. Qui primo querebant Regnum Dei Qui paucis erant contenti.
Charitatem Mutuam. Superiores ostendant se suis subditis amantissimos
Patres, ita ut in omnibꝫ suis necessitatibꝫ possint ad Eos recurrere et liben-
ter audiri, non furibunde, ambitiose procedant cum suis Subditis. Si
acciderit admonere punire cum tali fiat moderamine, ut videatur
potius id fieri ex coactione, ex justitia, ex amore salutis Alienæ, non ex
complacentia ira, et voluntate affligendi alium. Subditi pariter ostendant
se erga suos Superiores dilectissimos Filios, Illis inserviendo, adjuvando, præ-
cavendo parcendo Eorum etiam infirmitati. Fratres etiam diligant se in-
vicem, ut unus alteri succurrat in necessitatibꝫ, consilio auxilio præmonitione
Oratione ac defensione. Equitatio Sub mortali prohibita sine vera necessitate
præcaveatur qua uti solent quandoqꝫ data occasione, siculi quia Benefacto-
res offerunt currum quasi non possent recusare illum. vel quia commodi-
us est discedere, vel gratia solummodo visitandi consanguineos, notos, non
reflectentes se quod non exquacunqꝫ causa, ast solummodo vera necessitas
viæ vel aditus excuset a mortali hac in parte, quod pejus autem audivim
quia Superiores permittunt, Frēs consulunt, vix invenitur qui dissvadeat, arguat, vel puniat
equitantes. Sobrium esse Religioso incumbit qui carni suæ bellum indixit repetita p
diem potatio plurimum temporis et Eleemosynæ consumit, Chorum frequentare
Meditationibus vacare tenemur sub onere Conscientiæ, à quo non excusant parti-
culares Orationes, particularia laboritia, Conversationes de mundanis et Curiosis. Re-
ligiosus renuntiavit mundo et vanitatibus ejus. Caveat ne se accommodet ei in
Conversatione in mundo vivendi, in Occupationibus vanis. Modestia servanda in-
jungitur à S. Paulo ut sit nota Deo et hominibus, hæc exequit in Compositione ge-
stuum et sensuum, Idem S. Paulus præscribit mortificationem sensuum externor.
et internor. Quare passiones iræ, ambitionis, proprii amoris omnino sunt cohibendæ
Addiscenda venit patientia et humilitas. Exemplum bonum præsertim Seniores curent da-
re FFbus Junioribus et Secularibus nam facilius excitatur ad exercitium in virtutibꝫ
ad vitanda vitia exemplo bono, quam Correptione. Satagat unusquisqꝫ Religiosorum
in dies proficere in vita Spirituali. Quem profectum nanciscet si omnia quæ prescri-
bunt Leges, Ordinationes, Conditeu, Status Religiosi exacte adimplebit, hinc venit injun-
gere sub Conscientia habentibus jurisdictionem aliquam ut invigilent suis subditis et
Juvenibus quatenus observent quæ sunt observanda abusus non inferant, otio et so-
mno non sint dediti in virtutibus in Passionibus suis se exerceant Quare non inter-
mittant vitia, defectus modeste et charitative punire et de ijs admonere. Quod etiam exe-
cuturi sumus. Parate nobis PP. ac FF. Dilectissimi quia hæc à nobis jam passim recom-
mendata, iterum recommendamus, nam primo defectum in aliquibus vidimus. Dein exem-
plo S. Joannis Apostoli edocti sumus, qui sæpius Discipulis suis repetiit et inculcavit eandem
charitatem. Ex immediate præcedenti Congregatione secundum mentem Definitorii recom-
mendamus Imo Ut Fres Canaparii, aut si quis eorum occupatus fuerit alius ex FFbꝫ Laicis
vel Studiosis distribuat pauperibus ad portam tempore meridiei comestionem. 2do. Portio-
nes Religiosorum sint bene paratæ non quidem modo exquisito sed secundum paupe-
tatem et ad commoditatem Religiosorum. 3tio. Sartoriæ quædam carent necessariis
Strophiis, Femoralibus, provideat illis omnino, Adjungit his. Hospites et Peregrini
suscipiantur alacriter et necessarius illis cibus suppeditet, multum enim publicæ æstimation
inde nacti sumus, quam parcitas quorundam destruit. Forasteriæ in Unoquoque Conven-
omnino sint nitidæ ad quas invitandi sunt hospites, in illis commorent et comedant non
autem sine discrimine ad Refectorium. Pari modo Seculares ad ambitus Superiores, ad ce-
las non admittantur. Prohibetur sub pœnis gravioribus et arbitriis defraudatio Gabellarum
qua

quæ fieret si Sæcularibus et Benefactribus quibuscunq̃ dam conducerentur aliqua ex Regnis
alienis. Item in Conventibus Polonicis ne sub Titulo pro nostra necesstte aliorum occisio pecorum
fiat. Consecuti enim sumus gratiam Reipblcæ nostræ eximentis nos à solutione mactan:
dorum pecorum pro nostra necestte. Sed cum hac Conditione, ne aliorum ad mactandum susci:
piamus pecora sub pœna Cassationis Privilegii. Quare ne aliquis impudenti audacia exponat
periculo Conventum perditionis prohibemus id sub pœnis suspensionis et arbitrii PP. Superiori:
bus, aliis autem sub pœnis reclusionis cæterisque et in Conscientia obligamus. Dein omni:
bus et singulis præcipitur ut prohibitiones Regnorum in nullo audeant violare alias nocce:
rent bono Communi Provinciæ, quare tanquam hostes Ejus deberent puniri. Hæc quæ adusq̃
recommendavimus et injunximus ad publicam mensam perlegantur, et distincte quoad o:
mnia puncta explicent. Præsentes verò Encyclicæ Prothocollis ingrossatæ secundum Ordinẽ
Cursoriæ ad Conventus remittantur. Valete PP. et FF. Dilectissimi, Nostri, Negotiorum Pro:
vinciæ ac Benefactorum memores in suis Orationibus. Datt: in Convent. Cracĕ ad S. Casimirũ
P.R.P. et M. D. L. Dẽ 11. Augusti Aõ Dni. 1791.

Fr. Nepomucenus Mpr. m.p. mp

Fr. Nepomucenus Wietowieyski. Ordns Mor. S.P.N. Francisci Refrm.
Prvie B.V. MARIÆ Angelor. in Minori Polonia Mnr Prvlis et Servus.
Admdm Rndis, Rndis, MVrdis. Vrndisq̃ PPbus ac Dilectissimis in Xto Jesu F.Fbq.
Salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Quis Patris tenens Officium vellet afflictos videre Filios, Quis Fribus suis quos chari:
tas fecit germanos cuncta succedere prospera non optaret. Hæc experimur PP. ac Frẽs Di:
lectissimi erga Vos. Quos ex munere nostro Paterno, ex Professione Fraterno prosequimur
sincero amore. Animi nostri studiique est, ab omni mærore longe vos facere fausta et fe:
licia vobis propinare. Non tamen potestatis nostræ est cuncta infortunia quæ Deus in Vos nosq̃
permittit tollere aut removere. Subire ea necesse est obtemperando Divinæ Volntti etiam pu:
nienti et affligenti. Quare esto non libenter, cum tamen exigat et Officii nostri ratio et ur:
geat ex parte vestri necessitas scire quæ Deus molestissima in nos singulos unius Ordnis
Alumnos permisit, cogimur ea vobis nuntiare prout notum facimus de Verbo ad Verbum
transmissâ nobis Româ exprimendo tenoris sequentis.

Fr. Carolus Joseph. à Janua Lector Jubilatus Procurator Gnrlis Ordns Mnr.
in hac Cismontana Familia Discretorii Gnrlis Præses ac Visitator
Apostolicus atque humilis in Domino Servus.
Dilectis plurimum in Domino PPbus FFbus ac Monialibus Superiori:
bus et Subditis Ejusdem Ordns Salutem in Eo qui vera est Salus.

Postquam tribus supra viginti annis Rndssmus Pr. Paschalis à Varisio Seraphici Ordnis Minor.
Gnrlis Mnr Nosterque amantissimus Parens Ordinem ipsum rexit gubernavitque seu ve:
rius peramanter aluit, fovit, amplificavit, tandem annum ætatis agens 80tum, senio con:
fectus, attritus laboribus correptus febri quæ omnem medicorum artem elusit, Die 5ta Ver:
tentis Junij Italica hora quintadecima et dimidia Extremis Eclæ Sacramentis ritè Sanctèque
susceptis non immatura eâ quidem sed tamen inopportuna morte (: proch dolor :) nobis omnibq
ereptus est. Profecto PP. Fresq̃ Dilectissimi sine ante actos annos pia et grata animi memo:
ria repetamus non possumus, quin jacturam quam fecimus inexplicabilibus lacrymis complo:
remus. Etenim sub tanto Duce et Pastore in tot tantisque ætatis nostræ calamitatibus et peri:
culis quæ undique tum Statum Nostrum Religiosum, tum vero Universam Xti veram Ecclesiam
premunt divexantque, nos tamen plerisque in locis ea pace ac tranquilitte potiti sumus ac poti:
mur adhuc qua major pro temporum conditione optari certè non possit, Id verò unde factum
nisi ex peritia Providentiaque Rectoris. Quis enim ignorat in laboriosissimi muneris perferendis in:
commodis invictam illius Constantiam, Quis fortitudinem admirabilem qua pro nostra salute et Ordi:
nis Universi incolumitate certavit, Quis non Ejus patientiam in adversis, moderationem in prosperis
vigilantiam in Regimine Ordinis indefessam, Paternam erga nos Curam, in omnes mansuetudi:
nem charitatem beneficentiam est admiratus. Istud porro mæstissimi Nuntij munus Dilectissimi
cogimur ipsi pro debito Nostro et quidem tristissimis lacrymis obire, dum tantum Ducem, Mode:
ratorem optimum amantissimum Patrem vobis occubuisse significamus. Sanè etiamsi summatim
Ipsius virtutes animô recolamus nemo poterit à fletibus temperari in optimi Parentis amissione,
Quippe, qui à Tyrocinio ipso Seraphici instituti rigidissimus Cultor omniumq̃ apud omnes vir:
tutum exemplar, cum de se maximam spem fecisset expectationem omnium cumulavit, cum

ad.

ad munia dignitatesque praesertim Sublimiores, quamvis ipso demissimi animi viro Summis
semper precibus obnitente assumptus est. Ac primum quidem Mediolanensis Provincia Sua
dum illum semel et iterum Moderatorem habuit, Eam ex ipsius Regimine utilitatem praesensit
ut tanti Patris memoriam et praesentium et posterorum animis nulla unquam diuturnitas tem:
poris obliteratura sit. Quare nil mirum si virtutum Ejus splendor undique affulgens vix in Comitiis
Gnlibus Ao 1762. Mantuae habitis apparuit, cum Communi Patrum Votô omniumque gratulatio:
ne Toti Cismontanae Familiae Commissarius Gnlis praefectus est. Hic verò non persequemur quod et
quanta virtus Ejus praestiterit in eliminandis abusibus, in promovendo majori Divini Numinis
Cultu, in Utilitate omnium procuranda, Non patiuntur Dilectissimi harum Nostrarum literarum an-
gustiae, ea omnia nos quae ille ad bonum publicum concreditae sibi familiae est praeclarissimè consecutus
non dicam complecti orando sed vel obiter percensere numerando. Itaque ut plurima paucis com:
plectamur. illud unum commemorasse sufficiat quod gestorum illius fama longè lateq transmontes
etiam pervagata à PPbus ex toto Terrarum orbe Ao 1768. Valentiae congregatis sine dubitatione
ulla plaudentibus Universis invitô ipso ac reluctante Totius Seraphici Ordinis Mnr est renun-
tiatus. Ad maximum quidem ij egregiae electionis suae fructum cepere, qui ob id à Clemente XIII.
tunc Pontifice Maximo laudari promeruerunt. Siquidem acceptis Pontifex à novo Ministro literis
suae Electionis nuntiis Eidem in haec Verba rescripsit. Eorum inquit judicium probavimus qui Tibi
spectata virtute viro tantum munus detulerunt quantum est Universum minor. observantium Ordinem
tam longè lateq diffusum regere et gubernare. Ac pergens aeternum Ei laudis monimentum condere
Deum inquit rogamus ut Tibi vires suppeditet tam gravi oneri ferendo pares, nam de egregia Tua
voluntate satisfaciendi officio Tibi injuncto non est quod dubitemus, qui in aliis Ordinis Tui muneribus lu:
culenta dedisti argumenta, id maximè Te studio habere, ut apud vos regularis vigeat observantia
Vestrorumq majorum doctrina floreat. Quod quidem Ille Summi Pastoris luculentissimum
de sua virtute judicium porrexit quoq his tribus et viginti vitae suae annis mirifice comprobare conatus
ad extremum usq spiritum gravissimo oneri satisfacere. Is namq universo Ordini cui erat praepositus
exemplum se praebens bonorum operum, facto potius quam Voce ad pietatem et ad Regulae observa:
tionem excitabat suos. Is ad Ecclesiasticas functiones ad Religionis opera ad omnes Communitatis
actus assiduus ad Eadem suos suavi violentia invitabat, alliciebat, cogebat. Idem quoque virtutis amator
vitiorum autem infensissimus hostis uti bonos amabili consuetudine et benevolentia sua ad proficiendum
atque etiam Extimulabat sic alios, si qui erant qui à Religioso tramite deflexissent severitate
sua Paterna ea quidem in viam reducere satagebat. Quid verò si immensos penè ipsius labores ad
utilitatem Ordinis procurandam instaurandamq Sanctam perpendimus, si tot ac tam laboriosa iti-
nera defatigata licet, et ad senectam et senium vergente aetate ad plures Provincias visitandas suscepta
si tot Caenobia Sacri recessus instituta quae paenitentiae omniumq virtutum totidem veluti domicilia
essent, si Sanctissimas leges quibus tum Universum Ordinem tum omnia antedicta recessus Cae:
nobia communivit, si Curam et Sollicitudinem in Studiis Conservandis amplificandis regendis
si insignes libros Ejusdem operâ excussos praesertim verò Seraphici Doctoris Nostri antea inedita
ac Breviarium Missale et Martyrologium Ordinis adaucta et emendata. Quid postremo si mis:
siones Sacras quas promovit in Infidelium Regionibus, si causas Servorum Dei dum vive-
rent Nostri Ordinis Illius operâ vel industria vel introductas, vel jam perfectas quae postre:
mae omnino duodecim numerant, si alia demum propè innumera ipsius facta recolimus quae
alii fortasse pro merito celebrabunt. Quibus omnibus quantum ille de Christiana Republica quantum
de Ecclesiastica regularique disciplina benè meruerit, quam gratus fuerit acceptusq Caesari, His
spaniarum Monarchae Utriusque Siciliae et Sardiniae Regibus aliisque Summis Principibus
Nobilissimarum Orbis Familiarum Austriacae et Borbonicae, Ecclesiaeq item Primoribus, quanto demum
extiterit apud omnes in pretio, quantamq sibi apud omnium Ordinum homines benevolentiam
conciliaret, quid hic attinet commemorare, quando unus, omnium instar esse potest ac debet San-
ctissimus Jesu Christi Vicarius et B. Petri Successor. Pius VI. Pont: Max: qui quanti illum faceret
quanta clementissimi animi sui dilectione complecteretur et re et verbis nunquam destitit declarare.
Quem ait de ipso loquens in quibusdam suis Pontificiis literis, Quem nos propter singularem Ejus
in laboriosi muneris administratione diligentiam prudentiam fidem plurimi aestimamus. Atque aesti-
mare reipsa se illum plurimi toti Urbi, atque adeò Universo Orbi publicè declaravit, per hos annos
quibus ille impotens evaserat ut ad Pontificios pedes seipse conferret. Etenim cùm quotannis Pontifex
Maximus in Festo B. P. N. Francisci prae illa quâ fertur cum Nobilissima Domo sua in Seraphicum Insti-
titutorem pietate, et in pauperculum Nostrum Ordinem Studio singulari Aracelitanum hoc templum
adeat Sacrum celebraturus illud semper in more habuit ut post alterum auditum Sacrum actionesque
gratiarum expletas, Senem sibi charissimum conveniret in Ejus Cubiculum praesentiam suae Maje-
statis inferret ac diutius cum Eo colloquiis detineret. Quae omnia etsi illius desiderium in Nobis ex-
citent, ac vim doloris adaugeant, tamen quando nullum desiderio levamentum afferri, nullus ex mae-
rore fructus colligi potest, id faciendum prudentia et charitas Christiana suadent ut justam illam laudum
suarum commemorationem in exemplum et incitamentum convertere studeamus ac doloris sensum
cum pietatis officio commutemus. Quare licèt rerum in Vita gestarum merito ac summa illa Reli-
gione quam potissimum in extremo morbo et in hora mortis ostendit in Ea spe confirmamur illius

animam

animam ad Dei intuitum pervolasse, tamen si quid ei fortasse luendum superest piaculares suppetiæ non sunt prætermittendæ. Itaq ad Ejusdem expiationem jus fasq secuti præcipimus ut in unoquoq Conventu tres consequentes dies ritu Ecclesiæ non impeditos integrum Offm Defnctor in choro persolvatur Sacrumq solemne fiat accensa circa Tumulum funebri pompa quoad fieri potest ornatum ea luminum copia quæ per facultates licuerit, utque iisdem diebus Sacerdotes singuli pro Ejusdem anima celebrent, Clerici integrum Offm Dfnctr. Conversi ac Tertiarij centies Orationem Dnicam cum Salutatione Angelica piaq precatiuncula Requiem æternam recitent. Item Sanctimoniales integrum in choro Defnctor. Officium, Conversæ autem centies Pater, Ave, et requiem persolvant. Reliquum porro est Dilectissimi ut suppliciter à Deo misericordiarum Patre petamus, cum Ordini Nostro concedat Rectorem, qui damnum quod in obitu Rndsmi Pris Nostri Gnrlis nuper pertulimus non extenuaturus modo sit prudentia et pietate sua sed plane obliteraturus. Tandem dum PP.bus Ministris Provinciarum injungimus ut de nostræ hujus Epistolæ receptione et executione omnimoda nos certiores faciant peramanter omnibus Seraphicam benedictionem precamur. Valete.

Romæ apud Aram Cæli IV Idus Junij 1791.

Fr. Carolus Josephus à Janua Præses Discretorij Gnrlis.

(L. S.)

De mandato ejusdem Rndi in Xto Pris
F. Cælestinus ab asculo. Ex Dfnitr. Gnrlis et Secret. Gnrlis Ordnis.

Hac lugubri denuntiatione intelligimus vos summè tanquam ad divisionem animæ afflictos, Ne itaque afflictis afflictionem addamus prætermittimus aliam ex parte nostri explanationem quam insigne præcellensque bonum, quam amantissimum Patrem, Vigilantissimum Pastorem, quale fulcrum roburq Ordnis perdidimus potius convertimur ad injungenda vobis quæ justitia charitasq postulat persolvenda animæ piè dfncti Rndsmi Superioris nostri. Hæc autem sunt. In unoquoq Conventu, ab omnibus Prviæ nostræ Alumnis integra suffragia tanquam pro Fre Nro pro anima prælaudati piè defuncti Superioris nostri cum Sacro per tres dies pulsu campanarum absolvantur. Insuper quilibet charitativos addat preces Orationes quas charissimus noster Pater meruit. Quod Superiores locales recommendent suis respectivè communitatibus. Præsentem Encyclicam Prothocollis ingrossari faciant, et ad Conventum secundum Ordinem cursoriè remittant. PP. et FF. Dilectissimi Orate Deum et quidem eo fervore et diligentia ut Deus gregi suo provideat Pastorem secundum cor suum quo studio concupiscitis amore prosequimini statum suum S. Observantiam bonumq publicum Ordnis Valete PP. ac FF. Dilectissimi Datt. in Conventu Nro Crac. ad S. Casimirum P.R.P. et M.D.L. Die 12. Aug. 1791.

Fr. Nepomucenus Rfrmi Mnr Prlis mpp.

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordnis Minor. S.P.N. Francisci Rfrmd. Prviæ S. V. MARIÆ Angelor. in Minori Polonia Mnr Prlis et Servus.

Admdm Rndis, Rndis, MRndis, Vnrndisq PPbus ac Dilectissimis in Xto Jesu FFbus Salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Prope Octogenarius, tempore quidem attritus sed magis laboribus in Officiis Pietatis, Reiplcæ Incolarumque Epis ac in succurrendo proximorum indigentiis consumptus decessit ex hac vita MD. Antonius Gruszecki Thesaurarius Principatus Oswiecimensis et Zatoriensis. Hic p.m. Vir primos Juventutis suæ annos non in consueta huic juvenili ætati vana aut insolenti occupatione, non otiose alieno opere comparato vivens panem transegit, sed illico laboribus se addixit, varia convenientia Nobilibus Juvenibus subiens obsequia, quibus in dies et majorem rerum peritiam et sui publicam commendationem acquirebat. Proficiebat ætate, proficiebat penes Religionem simul in scientia, utilitate erga alios, ac sui æstimatione. Quare crescentibus annis accrevit usque ad excelsorum Magnatum Regni notitiam, commoditatem ac intimam benevolentiam, Nec in hoc gradu proficuitatis ac suæ præstantiæ perstitit, tantum virtutis auxit tantum notitiæ et dexteritatis in agendis etiam arduis negotiis acquisivit quod Ipsius Regni Solii attigit notitiam devinxitq cor. Quare elevatus in supremum virtute sua, Publico Reiplcæ Officio est donatus Supremi Præfecti Gabellarum Prviæ Minoris Poloniæ munus agens. Nec permisit ut detrimentum Thesaurus Publicus passus fuerit, nec Incolis Regni cum ruina Eorum fortunæ molestus factus est, Fidelis Regno, cupiditate auri non devictus, justitiam servans, charitati non nocens. Porro quod est singulariter attendendum et mirandum, tantis publicis ac continuis distractus solicitudinibus, in ambitionis ac avaritiæ existens periculo. Nec dimisit aliquid ex pietatis erga Deum officiis, nec in debita humilitate Christiana defecit, nec in Eleemosynis parcus. Quare in quibus se exercuit virtutibus toto vitæ suæ curriculo iisdem in declivio vitæ suæ illustratus est, Tempestivè animæ suæ providit non solum eam per sacramenta purgando à noxiis per actus piissimos jungendo Deo, ast etiam variis monasteriis, variis Ecclesiis, variisque pauperibus relinquendo Eleemosynam. Hujus suæ beneficentiæ et singularioris amoris participes nos fecit, in negotiis occurrentibus humanissimè ac libentissime adjuvit nos. Ex benevolentia erga nos, tum aliorum familiæ suæ corpora sepeliri in nostra Ecclesia aliquando cum non parvo conatu ob difficultates occurrentes curavit, tum proprio corpori consortisque suæ locum in nostris sepulchris decrevit nolens separari et post mortem, à

nobis

nobis. Insuper non solum unum Conventum Cracoviensem, ast et omnes Provinciæ Nræ Conventus participes
Eleemosynæ relictæ in suffragium animæ suæ Cæterarumq animarum, necnon succurrendo indigentiis
Nostris fieri statuit. De tanti viri jactura dolent insigniores Regni viri ac nobiliores incolæ Palati:
natuum, deflet mortem Ejus copiosus numerus expertus Ejus gratiæ et Beneficii. Nos præ cæteris
deplorandi obitum amantissimi Benefactoris Nostri sentimus officium et cogimur tam debito justitiæ
tum charitatis succurrere animæ Ejus. Quare in hunc finem in quolibet Conventu integra tanquam pro
Fre absolvantur suffragia pro Dfo Antonio. Et quoniam non sibi soli vivere sed et aliis proficere vi:
sus est, voluit ut aliorum etiam animas tum Sacrificiis tum Orationibus nostris adjuvemus. In quorum
juvamen præter illa specificata suffragia iterum duo integra quæ solent absolvi pro Fratre Nostro, Una
quæque communitas absolvat suffragia pro Dfnctis. Præter ista duo suffragia Unicuique Conventui seor:
sivas ad absolvendum reliquit missas de quorum numero et intentione per seorsivas literas informa:
buntur Superiores locales. Addatis PP. ac FF. Dilectissimi et alias particulares devotiones pro anima
p. d. Benefactoris vices reddendo Ejus amori quo Religionem nostram prosequebat. Penes hæc injun:
cta Vobis PP. et FF. Dilectissimi recommendamus charitativis suffragiis Animam p. d. Perllis Andi Dni
Mathæi Jasinski Canonici Collegiatæ insignis Sandomiriensis Faventissimi Nostri amici et Bene:
factoris pro cujus anima in Unoquoq Conventu per tres dies exponatur Memento. Tres Communio:
nes Fres offerant. Præsentia autem injuncta et recommendata Superiores locales promulgent et
explicent suis Communitatibus Protocollis ingrossata ad Conventum secundum Ordinem cursorie remit:
tant. Valete PP. et Fres Dilectissimi Nostri et Benefactorum Nostrorum memores in suis Orationibus.
Datt. in Conventu Nostro Cracovien. ad S. Casimirum P.R.P. et M. D. L. Die 18. Aug: A. D. 1791.

Fr. Nepomucenus Pfrm. Mnr. Prolis ...

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordns Nor. S. P. N. Francisci Rfr. Pro
Smæ Vgnis MARIÆ Angelr in Minori Polonia Mnr Prolis et Servus.
Admodm Rndis, Rndis, Multum Vnrndis Vnrndisq PPbus ac Dilectissimis in Xto
Jesu Frbq salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Quid prodest homini si Universum mundum lucretur animæ verò suæ detrimentum patiatur Mat: 16.
Facite vobis sacculos qui non veterascunt, et thesaurum non deficientem in Cælis Lucæ 12. Prima verba
Salvatoris indicant præferendam divitiis salutem animæ, instruunt contemnenda temporalia, nihilq
hæc prodesse mortali, uti unâ cum eo terminum suum habentia si ob eorum acquisitionem vita æter:
na perderet. Altera Ejusdem Xti monita porrigunt modum utendi laudabiliter divitiis easque con:
vertendi in salutem animæ. Ista enim quid denotent explanat V. Beda dicens Facite vobis sacculos
qui non veterascunt Eleemosynas videlicet operando quarum merces in æternum maneat. O Feli:
ces et beatæ mentes, quæ doctrinam attendentes Xti non excedunt in æstimatione temporalium innatam
mortalibus deprimunt cupiditatem rerum, studiosius satagendo de salute animæ quam de augendis
conservandisq divitiis, alacriter eas in pia Opera largiendo, quibus pro præmio ipsummet Deum acqui:
runt in æternum. Hujus felicis et beatæ mentis conspicimus vobisq PP. ac FF. Dilectissimi declaramus
quemdam (: Nomen quidem Ejus prout petiit et disposuit reticemus :) Plm ac Rndssmum Dnum
Canonicum Livoniensem, qui imbutus Divino Spiritu non in vacuum recipiens Dnam gratiam, et
doctrinam, omnibus terrenis prætulit salutem animæ suæ, Quare ut eam consequeretur quæ Di:
vina illi concessit providentia, ea in pia convertit opera ut meritò dici possit de illo. Dispersit dedit
pauperibus justitia Ejus manet in sæculum sæculi. Horum piorum operum suorum nos participes fa:
cere dignatus est largiendo Eleemosynam pro duobus integris suffragiis Et hæc vobis PP. ac FF. injungi:
mus absolvenda, Prima suffragia integra pro impetranda finali gratia ac remissione peccatorum
prælaudati Benefactoris. Nempe in Unoquoque Conventu quilibet Sacerdos tres missas absolvat,
Una missa cantetur, et in choro Psmi pænitentiales cum litaniis de Obus Sanctis dicantur,
Quilibet Clericus tribus vicibus Psalmos pænitentiales cum litaniis de OOSS. recitet ad præfatam inten:
tionem Quilibet F. Laicus ter centum Pater et Ave totidemq Gloria Patri cum litaniis de OObus SS.
persolvat, Altera suffragia similiter integra prout pro Fre Nostro solent absolvi peragantur pro
Dfis Parentibus Ejusdem Benefactoris. Quæ duplicia suffragia non solum Superiores locales respectivis
suis Communitatibus recommendent, sed insuper admoneant easdem, ut quemadmodum prælau:
datus Benefactor enixe rogavit, fervido affectu ac omni qua par est pietate absolvant.

Dum hæc vobis recommendamus et injungimus occurrunt vobis aliæ recommendandæ preces
tum pro anima p. d. Annæ Bokowska judicissæ Terrestris Mielnicensis mense elapso in Villa
Krzypacowice Dfnctæ et Sepultæ in Ecclesia Nostra Sandomiriensi, Veré materno affectu nos omnes à lon:
go tempore usq ad vitæ terminum prosequentis beneficia singularia nobis concedentis prout vobis PP. et
FF. Dilectissimi feré omnibus notum est. Pro cujus anima in Unoquoq Conventu Defunctorum in
choro absolvat. Per tres dies Memento in Sacrificiis missarum fiat. FF. Clerici et Laici tres sacras
Communiones offerant et tribus vicibus per unam diem pulsent Campanæ.

Tum pro anima p. d. Ignatii Przebendowski Capitanei Polcensis Insignioris Benefacto:
ris Nostri ac præcipuè propensionis erga nos pro cujus anima similiter pulsent una die

Cam

Campanæ memento diebus tribus in Sacrificiis missarum et tres Communiones offerant. Reddamus PP. ac FF. gratitudinem Benefactoribus nostris per preces fervidas. Quonam enim alio modo possumus correspondere Beneficiis Eorum et amori. Postquam hæc recommendaverint Superiores Locales suis Communitatibus præsentia Protocollis ingrossari faciant, et ad viciniorem Conventum secundum Ordinem Cursoriæ remittant. Valete PP. ac FF. Dilectissimi Nostri et Benefactorum Nostrorum memores in suis Orationibus Datt in Conventu Nostro Lublin. ad S. Casimirum S. R. P. et M. D. L. Die 11 8bris 1791.

Fr. Nepomucenus Ressp. min. Blis.

Fr. Ignatius Warszawski Ordinis Nor. S. P. N. Francisci Refr. Custodiæ Russiæ Polonæ Sæ Annæ Matris Bssmæ V. MARIÆ Prædicator, Ex: Definitor, Gvardianus Conventûs Dederkaliensis de Almam Provinciam Minoris Poloniæ Bssmæ V. MARIÆ Angelorum Commissarius Visitator Gnrlis, et in Domino Servus.

Admodum Rndis, Rndis, Multum Vnrndis Vnrndisq. Patribus ac Dilectissimis in Xto Ejusdem Instituti ac Ordinis FFbus Salutem à Dno Copiosissimam

Placuit Rndmo Pri Carolo Josepho à Genua Præsidi Gnrli Ordinis Nor. Superiori Nostro Amrndsmo Vestris accedentibus precibus per Obedientiales literas sub data Romæ Die 14. Januarij Anni Currentis 1792. meis imbecillibus humeris, et tanto muneri ferendo omnino imparibus. Super Almam hanc Provinciam sub Tutela Reginæ Angelorum positam grave superimponere Visitationis Onus adeò ut exclamare cum Propheta Regio cogar, Gravata est super me manus Tua Et nisi scirem certo à manu Ejus Qui est Ipsa bonitas nihil mali homini posse evenire; forsitan tenuitatis meæ conscius subtraherem me à tanto onere ferendo, sed confisus de Omnipotentis Dei auxilio cujus onus est leve, mentem et animum meum Isaiæ Verbis erigendum volui Dominus auxiliator meus ideo non sum confusus. Sed et specialis erga hanc inclytam Provinciam animi mei propensio, tum Vestrum Patres Fratresq. in Visceribus Jesu Xti Dilectmi adminiculum me promptiorem alacrioremque reddit ad subeunda quæq. ardua pro Vestrum Omnium gloria et emolumento. Ob hanc itaq. conceptam de vobis fiduciam quod nimirum promptos vos noverim ad extirpanda mala, promovenda bona, debilia solidanda et fortia conservanda, Muneris mei partes exequi humiliter aggredior, adventumque meum ac futuram immediatè Canonicam Visitationem Præsentibus literis meis Encyclicis denuntio indico, et legaliter intimo. Veniam autem ad vos PP. Fresq. in visceribus Jesu Xti Dilectissimi non in Virga ferrea, nec in Sublimitate Sermonis, sed in Spiritu lenitatis et mansuetudinis juxta illud Pauli ad Gal: 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, Vos qui Spirituales estis, hujusmodi instruite in omni lenitate. Imo verbis Ejusdem Apostoli protestari cuperem; 1. ad Thesal: 2. Facti sumus parvuli in medio Vestrum, tanqm si nutrix foveat Filios suos, quod ita humiliter et pie blanditus sum Vobis condescendens Vestræ teneritudini et imperfectioni. Et si interdum pro majoribus delictis si qui forte corrigendi occurrerint animadvertendum severitate opus fuerit, hanc juxta monitum Bernardi. Sermone 23. in Cantica, Paternum non Tyrannicum adhibere in votis habemus. Portare enim vos non aliter intendimus in sinu nostro (: Scriptura suadente, num: 11.) quam ut portat mulier infantulum suum, et deferre in terram quam juravit Dominus.

Neque mens nostra est Vos Supremi Patris Amantissimi cujus nos vices gerimus Filios hac visitatione nostra quam intimamus provocare ad iracundiam, sed potius si quæ Schismata, aut contentiones fieri inter vos contingat, sedare, lenire et pacificare illas nostrum est intentum, Imo si nostri adventus causa (: cujus ingressus pacificus est.) Vos turbari jactari oporteret, projicite nos, vel potius alienate à Conspectu Vestro, modò ut vos jactari desinatis.

Obsecro itaque vos (: Pauli acclamantis auscultate Verba ad Eph: 4. Ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Induite vos (: ait ad Colosen: 3.) Viscera misericordiæ, benignitatem humilitatem, modestiam patientiam supportantes invicem, et donantes vobismet ipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Dominus donavit nobis ita et vos, Super omnia autem pacem habete quod est vinculum perfectionis. et Pax Christi exultet in Cordibus Vestris. Quid super hæc amplius à vobis desiderem nescio. Hoc solum mihi superest addendum, ut cum Venero ad vos (: veniam autem in gaudio per voluntatem Dei desiderans videre vos consolari in vobis.) commonens unumquemq. ut sermo vester sit, est est, non non, nihil fingentes, neque ea deponentes quæ jam correcta aut emendata fuerint, et nisi sint talia quæ non livor illius sed purus Fraternæ Correctionis et Sanctæ Observantiæ Zelus ad deponendum unumquemq. moveret. Quia et illud alterum extremum quod dicitur Sapientiæ 4. nos percellit. Cum essetis Ministri Regni illius non recte judicastis, nec custodistis legem Justitiæ, neq. secundum legem ejus ambulastis. Horrendè et citò apparebit vobis quoniam judicium durissimum his qui præsunt. Ut itaque votis nostris plenius satisfiat, serio injungimus Omnibus Superioribus Localibus, ut Subditos suæ curæ et ju

ris

risdictioni commissos extra limites Conventuum suorum pro tempore Visitationis Nostræ vagari nullatenus permittant. Et si aliquæ facultates excurrendi moramque agendi extra Conventum illis sint concessæ, has adpræsens limitamus et cassas pronuntiamus.

Hæc dum vobis observanda PP. Rdisq in Christo Jesu Dilectissimi commendamus, sinceris nos Eorum affectibus, ac unà piis Continuisque ad Deum Orationibus commendatos nos enixè desideramus. Ut quod Deus bonorum omnium Largitor majori gloriæ emolumentoq Almæ hujus Provinciæ et Vestrum Omnium Satisfactioni certò cognoverit profuturum hoc per me indignum exequi non dedignetur. Hæ verò nostræ Encyclica Litteræ ut primum ad manus Superiorum Localium pervenerint, curabunt illas in plena sua Communitate perlegi, lingva vernacula explicari ac Protocollo inseri et ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ à foris annotatum absque mora transmitti.

Ad extremum non prætermittimus etiam vestris precibus insinuare Ssmæ Matris Ecclesiæ Conservationem, Supremum Caput visibile Pium 6. Pontif. Max: Christianorum Principum Concordiam Rndissimum Superiorem Nostrum. Poloniæ Regnum ac præsentes Ejus necessitates, ut Eorum omnium necnon Benefactorū Nostrorum ac mei Indignissimi in vestris ad Deum Suspiriis memoriam habeatis. Datum in Conventu Nostro Lublinensi ad S. Casimirum P.P.R. et MD.L. D. 1. Maji 1792. Anno.

Fr. Ignatius Warszawski Rssr. Commissarius ac Visitator Prlis mpp.

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Mor. S.P.N. S. Francisci Rssr. in Minori Polonia Mnr. Prolis et Servus.

Admdm Rndis, Rndiss, MVPbus ac Dilectissimis in Xto Fribus Salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Displicent quibusdam Dssr laudes, quæ ex Suggestu aut alio modo promulgantur dicuntur præseferre vanam gloriam non convenire vitæ mortuorum prorsus esse inutiles et contemnendas, si causa ambitionis, si à veritate deficiunt, si fine quærendi solummodo externam apud mortales æstimationem laudant mortui, proculdubio vitium est, à quo abstinere necessario venit et incumbit. Secus dicendum est, dum ex hac mortali vita in æternam translatorum publicantur opera bona merita et virtutes, quæ revera ipsorum sunt, quæ Deum glorificant ut potè cujus gratia facta sunt, quæ alios ad bonum excitant et inducunt. Quare dicit Salomon de S. Muliere Laudent eam in portis opera Ejus. Neque enim decet, nec licitum est ut una cum Corporibus tradantur sepulturæ mortuorum virtutes et tanquam lumen abscondantur sub modio. Eâ de causa PP. ac FF. Dilectissimi Notitiâ Vrā Communicando ex hac vita mortali decessisse JM. D. Sophiam Niemieryczowa Castellanam Polanicensem Declaramus vobis quantum boni gratia Dei operata est in illa, Hæc secundum Verba Salomonis, Manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem. Dum gubernans. Domum suam larga extitit in tribuendis Eleemosynis, in ditandis Ecclesiis, suscipiebat et fovebat Pauperes ac Religiosos, de Ea Ejusdem Salomonis verificantur dicta, Os suum aperuit Sapientiæ et lex Clementiæ in lingua Ejus Siquidem in Conversatione honesta ac prudens, de Cælestibus ac Divinis pertractans, à furore aliena, benigna et mitis, Verè mulier timens Dominum, nam pietati et Orationi addicta tempestivè providit saluti suæ curando ut post obitum illius Deo satisfiat pro Peccatis Ejus per Sacrificia Missar. et preces, Soluta à lege viri ut meliori modo proficeret in Charitate Dei, remotior fieret à vanitatibus sæculi et diligentior in Servitio Divino propriam deseruit domum, despexit hujus mundi pompas, reliquit Illustrissima Familiam, elegitque manere et occludi in Monasterio soli Deo vacans, Nostra præ cæteris Religio particeps extitit Ejus misericordiæ in pauperes, largitionis in Ecclesias, Testis inquam extitit illius sollicitudinis de Salute æterna pietatis erga Deum, benignitatis ac aliarum Virtutum. Quare nos videtur alloquitur Salomon. Date Ei de fructu manuum suarum. Fructus largientium Eleemosynas manuum Ejus hic in Nobis debet excrescere ut reddi prælaudatæ Illmæ Dsæ Gratitudo nostra perpetua memoria coram Deo in Orationibus fundendis pro anima Ejus. Quare ut hic fructus ei reddatur injungimus ut tanquam pro Fratre nostro in unoquoque Conventu absolvantur integra Suffragia pro eadem anima Sophiæ Quoniam autem à Præfata Illma Castlna relicta est Eleemosyna pro Suffragiis in octodecem Conventibus absolvendis Quare supplendo pro Conventibus seu PPbus et FFbus nostris Gallicianis quilibet Conventus præter dicta integra Suffragia absolvet 16 Missas in illis numerando seu includendo unam Cantatam. Offm Defunctorum in Choro et Fr. quilibet Laicus 90. Pater et Ave, ac Requiem æternam recitet. Quæ ex justitia provenientia, et quæ ex gratitudine ac charitate sunt Superiores Locales respective suis Communitatibus recommendent. = = Similem vobis notitiam PP. ac FF. Dilect. facimus, et simul injungimus Vobis pias Orationes pro anima p. d. M. D. Adalberti Pilli, qui singu

viori nos prosequebatur amore et subveniebat indigentiis nostris. Illius domus quasi Parentis nostri fuit, aluit nos benignissime sine discrimine, advenientes nostros Fratres suscipiebat et fovebat. Plurimos vos PP. ac FF. Dilectissimi scio esse gnaros praecipui amoris et gratia hujus praestantissimi Benefactoris, alios ignaros informate et omnes orate Deum pro anima Ejus. In cujus juvamen injunguntur absolvenda suffragia appromissa Eidem Benefactori in Capitulo Ressoviensi: scilicet: in unoquoque Conventu Pvciae nostrae absolvantur solemnes Exequiae cum Officio Defunctorum et una Missa eaque Cantata, Quilibet Clericus Offm Dfctor. et quilibet Fr. Laicus Centum Pater et Ave, ac Requiem ae recitet, Charitativis insuper Orationibus recommendamus animam Ejusdem Benefactoris.

Haec vobis PP. ac FF. Dilectissimi recommendando et injungendo nanciscimur commoditatem valedicendi vobis terminandi Offm nostrum. Quo affectu imposuistis illud nobis excedens merita nostra, quo amore suscepimus, istud et Vestrae satisfaciendo voluntati, et animo praestandi vobis obsequia ad quae vocastis nos. Qua benevolentia reciproca inter nos et Vos triennali spatio illud perfecimus, eodem amore, affectu et benevolentia recedimus et valedicimus vobis, Deum adoramus et benedicimus, ac infinitam Misericordiam Ejus praedicamus pro collatis gratiis, pro grege nobis commisso, non tamen sine dolore pro non satisfactione Ejusdem, Deum exoramus ut obedientiam Vestram propensionem exhibitam nobis praemiet temporalibus et aeternis donis ac benedictionibus. Deprecamur vos PP. ac FF. Dilectissimi pro omni molestia vobis illata, pro non exhibito vobis bono exemplo, pro negligentia in tuenda, conservanda, et promovenda observantia, tollendisque abusibus, et pro omni qualicunque injustitia, Si dimittetis suis debitoribus, dimittentur et vobis à Deo vestra delicta et defectus. Non excludite nos ex suis Orationibus. Semper vestri memores erimus coram Deo. Valete PP. ac FF. Dilectissimi. Praesentes Encyclicas Superiores locales explicent, recommendent. Prothocollis ingrossari faciant, et remittant secundum ordinem Cursoriae Datum in Conventu Nostro Crac. Die 19. Maji Anno Dni 1792.

Fr. Nepomucenus Rfr. mnr Prlis mp

Fr. Ignatius Warszawski Ordns Minor. SPN Francisci Rfr. Custodiae Russiae Polonae Sae Annae Matris B.V. MARIAE Praedicator ExDefinitor Guardianus Convent. Dedercat. ad Almam Provinciam Ssmae V. Mariae Angelorum Commissarius Visitator Grlis et in Domino Servus.
Admdm Rndis. Rndis. Mrrndis Vnrndisq PP. ac Dilctsmis in Xto Ejusdem Instituti ac Ordinis FFbus. Salutem à Domino Copiosissimam

Quod olim Salvator mundi in hocce terrarum Orbe moram trahens per similitudinem dixerat Discipulis suis Math: 20 Simile est Regnum Caelorum homini Patri Familias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam ut pote Eundem in semetipso perbelle designans atque demonstrans Patrem Familias. Heis etiam verbis nos alloqui vos PP. ac FF. in visceribus Xti Dilectissimi congruit, hisce exaratis in pagina, Cum nos Divina profecto Providentia ac Sapientia fortiter suaviterq cuncta disponens immeritos pro sua benignitate in Patrem Familias hujus inclytae Pvciae designavit atque firmavit sua potenti dextera Onus hocce pregrande gestantem humeris licet huic ferendo imparibus fulcire ut spero non dedignabitur. Ea etenim quae pollicitus noster Redemptor generis in hac praeclare complexus est similitudine, si in quovis in Seraphico etiamnum in hujus Inclytae Provinciae optime composito clare patent Corpore, in quo alii aliis in labore necnon in honore cedunt, atque succedunt, amicabilem fraternamq proinde ultro tenentes vicissitudinem, ut id unicuique suo modo tribuat quod justum est. Verum enimvero ultra pergere non pigeat, necnon suprafata pervolvere seriem Evangelicae similitudinis partes nostras apprime concernentes, En ille egregius quo nullus inveniri potest melior Paterfamilias primo mane exiit conducere operarios mittens ad vineam suam, et hora tertia iterum egressus videns alios stantes dixit illis Ite et vos in vineam meam Quinimo et circa 6tam et nonam id ipsum egisse perhibetur, similiter demum quod praeterire non licet silentio optime prospiciens suae vineae bono et circa Undecimam exire non sinit, et repertis adhuc stantibus aliis ad operandum idoneis dixit illis Quid hic statis tota die otiosi. et respondentibus quia nemo nos conduxit illico reposuit. Ite et vos in vineam meam et quod justum est dabo vobis. Haec est Imago viva bonorum hoc in Orbe Rectorum quibus gregis alicujus est cura regiminque commissum, ut quousque Deo adjuvante lege praescribente coram plurimum et semper Veneranda perdurat Authoritas, hujus Patris Familias bene à multis trita sequantur vestigia, Et licet cunctis in via Domini laborantibus denarius ille diuturnus appromissus à Deo Caelestis scilicet gloria in aeternum duratura ultimato est expectandus, nihilominus digna dignis tribuere est necesse. Ne ergo quisquis ille est juste querulari possit aliquando sinistreque quod non opinor judicare de nobis qui licuti praesumq humiliter, ita prodesse cuique optamus abundanter quinimo largissime quousque nostrae de vires

ex-

extendere valent. Verum hic cunctos fieri certiores velim, quod omnis noster conatus in hoc versabitur quatenus in quolibet intentum erga omnes cordis nostri suum sortiatur effectum. Et hæc Dilectissimi Discipuli Joannis C. 22. Verba Ecce venio cito et merces mea mecum est reddere unicuique secundum Opera Ejus. Cum haud me latet dignum esse Operarium quamvis mercede sua et hæc appromissa unicuique laboranti in Vinea Xti operario reddatur merces, non recedo à figura Evangelii assumpta pro Exordio hujus Encyclicæ Providi et Sanctissimi Patrisfamilias qui mandavit Procuratori vocare Operarios et unicuique laboranti reddere denarium. Nos qui Typum gerimus quamvis indigni Patrisfamilias in hac selectissima Vinea Domini Inclyta Provia B.V. Mariæ Angelorum, ex Speciali licentia Admodum Rndssimi Dni Caroli Josephi à Genua pronunc Superioris Nostri Rndssimi vocamus et affectuosissime invitamus. Dignissimos Procuratores ac Custodes Vigilantissimos hujus Almæ Vineæ ad Conventum designatum pro Comitiis Capitularibus Sandomiriensem ARP Nrum Prem Lectissimum Caput hujus Vineæ ac Rndum Prem Custodem Vocalem Rndos PP Definitores suis Titulis Ornatissimos quorum præsentiam pro die 20 Mensis Junij ad Vesperam desideratissime expectamus. AR. R. MVP Patres Guardianos pro die 22 Junij de mane, Cum quibus de Mercede unicuique laboranti in hac Vinea consultabimus ut secundum Justitiam distributivam unicuique quod suum est reddatur, Præter quos: nisi cui specialis in scriptis dabitur facultas Nemini ad Capitulum et Conventum Ejdem advii assignatum permittitur, quinimo expresse prohibetur, sub pœnis à lege latis. Admonemus autem omnes in Domino Vocales, ut memores S. Regulæ singuli associati juxta possibilitatem pedestres humiles iter suum peragant, Schemata Perceptæ et Expensæ in unoquoque Conventu, uti etiam celebratarum et celebrandarum Missarum computum deferant, demum omnia quæ de Consvetudine Apostolica et Jure Municipali et Consvetudine hujus Observandissimæ Proviæ sunt transmittenda illa adamussim transmittant. Porro ne per recessum à Conventibus ARP RMVPP Guardianorum Communitates sine Rectore, membra sine Capite remaneant proinde præsentibus MVPP Vicariis Conventuum: in quibus respective sunt studiosissimam curam demandamus Eorumque Præsidentes declaramus ac officiose instituimus, exceptis aliquibus Conventibus, in quibus ob justas causas aliter à nobis esset ordinatum. Exhortamur quoque MVPP Præsidentes ut post abscessum suorum Guardianorum compte se gerant, Charitatem servent, et quod maximum est Dei Gloriæ et Commodo Fratrum justo pondere invigilent. Præterea strictissime inhibemus Omnibus PPbus cujuscunque Scientiæ Lectoribus onerantes conscientias illorum ut suis Studiosis de vita et moribus capacitate et Religiositate judicia dent eaque cum Schemmatibus transmitti curent. Ne vero à pacifico et prospero Consiliorum Nostrorum tramite aberremus Ductoris Pravi Spiritus S. exoptamus invocandam Gratiam ita ut hujus Veni Creator Spiritus duabus ante diem Canonicam septimanis post Matutinum Tertiam et Vesperas cum Versibus et Orationibus Consvetis in Provincia recitetur. Ipsa vero die idest 24. Junij Missa Votiva de Spiritu S. Solemnis decantetur cui tota Sacra Communitas adesse tenebitur, offerentes devotiones suas pro felici Successu Actus Capitularis In Eadem Missa FF. Clerici et Laici Omnes Sacra Synaxi reficientur primò confessi Sacerdoti approbato ad excipiendas Confessiones ac liberè à se eligendo, quod pro hac sola vice concedimus Omnibus Confessariis, ut à reservatis absolvere queant, In Missis quoque privatis Collecta de Spiritu S. addatur ab omnibus Præsbyteris. Volumus Insuper has Præsentes literas in quolibet Conventu lectas, lingua vernacula expositas Protocollo Conventus ingrossatas cum adnotatione diei et Mensis circa receptionem ad Propinquiorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ à foris descriptæ cum Subscriptione Superioris loci per certum emissarium quantocius remitti. Valete igitur PP. ac FF. Dilectissimi in Dnô et pro Sancta Romana Ecclesia, Concordia Xtianorum Principum, Infidelitatis et Hæreticorum Suppressione, Regni Poloniarum pace et augmento pro nostri Ordinis Capite ac me Indigno Servo Vestro Divinam exorate Clementiam, Datt: in Conventu Nostro Crac. ad Ædes S. Casimiri RRP. et MDL. D. 20 Maji 1792. Anno

Fr. Ignatius Warszawski Ref. Commiss. et Visit. Prov. mpp.

6 Frater Nepomucenus Wilkowiyski Ord. Minor S. P. N. Francisci Reformator. Provinciæ Sanctæ V. Mariæ Angelor. in Minori Polonia Minister Prov. et Servus.

Admodum Rndis Rndis Multumque Venerandis ac Venerandis Patribus Dilectissimisque in Xto Jesu Fratribus Salutem et sempiternam a Dnô benedictionem.

Innotuit Vobis P. L. ac FF. Dilectissimi non pridem ex Nostris ad Vos datis Encyclicis de Sollicitudine Dei placandi satisfaciendi pro peccatis suis et quantocius beata Visione fruendi p. d. Illmæ Saphiæ Szumierzyna Castellanæ Potaniecensis Admirabimini illius virtutem pietatis et misericordiæ nec non præclaras alias animi dotes Venerabimini Divinam gratiam in ea elucentem. Iterum prælaudatarum Virtutum p. d. Castellanæ nova panduntur Argumenta quæ excitant ad Deum glorificandum in Servis suis Patres siquidem Vobis injuncta secundum Voluntatem p. d. Castellanæ suffragia pro Anima illius alia injungenda veniunt satisfaciendo ejus intentioni et eleemosynæ de novo nobis manifestatæ pro Aâ illius et Augustini Viri ejus. Atque redditis debitis hujusce p. d. Castellanæ Virtutibus laudum Officiis ac adorata Divina gratia in ea clare patente a Vobis P. L. ac FF. Dilectissimi injunguntur. Ita Vobis absolvant pro Dfcto Augustino Szumirskyi et Dfcta Saphia Consorte ejus Anno Integra Suffragia trium pro Fre Nostro defuncto ex similiter causa cassa in immediate ad Vos data Encyclica supplendo pro P. L. et Fribus Nostris Galliciensibus Unusquisque Conventus absolvat Ab Missas includendo in illis Cantatam et quilibet Fr Laicus 90 Pret Ave et totidem Requiem aeternam. Ideo In quolibet Conventu Requiem et Missa cantet. Memores estote P. L. ac F. F. Dilectissimi p. d. Castellanæ beneficentiæ ac benevolentiæ erga nos. cui regratificando post debita suffragia ex justitiæ adeletis charitativas Orationes. Valete P. L. ac Fr. F. Dilectissimi Præsentes Encyclicas Superiores Locales Conventus intimatas Protocollis ingrossent recommendent ac ad Viciniorem Conventum remittant. Datt 8. Junij In Conventu Stopnicensi Aô Dni 1792.

Fr. Nepomucenus Ref. Minister Prov. mpp.

Fr. Christophorus Dobrakowski Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Refor. Provie Ssae Vgnis MARIAE Angelor. in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Admdm Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus, Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem.

Jam Vobis omnibus notum esse arbitror PP. ac FFres in Xto Dilectissimi, quantum in Celebrato Capitulo Divina Providentia nobiscum egerit, qd Nos impares meritis Caeteror, imo ex tot merentissimis immeritos ad tam arduum munus vocaverit. Admiramur hac in parte inscrutabilia arcana Sapientiae Dei, Qui sicut olim dispositione admirabili David vocavit de gregibus ovium ad Regium Culmen, sic in Nos videtr hanc derivasse bonitatem, dum Nos prae dignioribus in Pastorali totius Provinciae constituit munere, annuntiamus mirabilia esse opera Domini, suscitantis a terra inopem, et de stercore erigentis pauperem, quia Nos magis desiderantes subesse, alijs singulis praeesse decrevit. Huic formidando oneri submittimus humeros Nostros minime reluctantes Divinae de Nobis ordinationi, paremus Deo, et simul obsequiis vestris, nam munus qd sorte cecidit super Nos est munus Pastoris commendati in Persona Xti Joan. 10. qui non venit ministrari sed ministrare, non suis commoditatibus, sed ovium sibi commissar. indigentiis et prosperitati succurrere, omnibus omnia fieri, ex animo providere, singulis non coacte sed spontanee sdm Deum prout docet Aplus 1. Petri 2. Condolere iis qui ignorant et errant, cum et nos ipsos noscamus obnoxios esse infirmitatibus, imo nec oblivisci potenimus unum Nos esse de medio Vestri. Verum cum intimius perpendimus munus et Officium Nostrum, illico obversatur animo Nostro illa comminatio data a Deo Propheta et per Eum omnibus gerentibus curam Ovium. Vae Pastoribus Israel: qui pascebant semetipsos, nam qd infirmum erat non consolidarunt, qd abjectum non reduxerunt, qd perierat, non quaesierunt, idcirco mente formidamus et Nos, ne similem illamq horrendam incurramus Judicis districtissimi sententiam contra negligentiam Pastor. proferendam, ut pote quia infallibiliter in die Judicii rationem de Vobis reddituri. Quare cum muneris suscepti partes rite implere cupiamus, aequum duximus exemplo Apostoli commonere Vos de communi Vestrum salute, de Officiis et obligationibus concernentibus statum uniuscujusq, ut sciatis quae sit voluntas Dei, et sanctificatio Vestra, ut recordemini Vocationis, quâ vocati estis, ut eam per bona opera certam faciatis, nam sic facile de semine bono probor. Religiosor. eradicantur zyzania omnis mali. Propositor. ut fideles inveniamini in servitio Dei, hic enim est scopus perfectionis vitae Religiosor. haec basis in qua fundat. et radicat. multar. virtutu genus, nec facile integritas Obedientiae, Paupertatis et Castitatis violari potest. Charitatis ut juxta doctrinam Pauli: Alter alterius onera portetis, unus alium simplici fraternitatis amore praeveniat, haec namq est indissolubile vinculum perfectionis. Haec sunt PP. ac FFres in Xto Dilectissimi quae loquimur Vobis, ad haec Charitas Dei urget Nos, Perfectio Religiosa stimulat, fervor Seraphicus excitat, exempla Major. vitae ac instituti hujus sequacium movent, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes Jacobi 1mo. Haec sunt quae constituunt primariam sollicitudinis Nostrae circa vos curam, sic enim fiet Nobis sarcina levis et facile poterimus fungi Officio Nostro, si vos PP. ac FFres in Xto Dilectissimi obedientes salutaribus monitis ac obsecrationibus Nostris, si memores primaevi fervoris spiritus continebimini intra limites salutaris paupert. et observantiae minimorum. Ea de causa novis ordinationibus non vos onerare volumus, satis erit, ut ea quae sanctis Regulae Nostrae Seraphicae legibus, tum saluberrimis Statutor. pro Reformatis Sanctionibus, ac Praedecessor. Nostror. institutis consignata et ordinata habetis, haec diligenter perficiatis. Interim tamen quae in celebrato Capitulo placuerint Venerabili Definitorio vobis recommendanda haec referimus: 1mo Quia compertum est aliquos Patres Confessarios negligentes esse ad excipiendas confessiones, similiter et nonnulli Officialium, totaliter renuunt audire, ideo: recommendatr illis ut sint sedulicres in procuranda salute animarum, meminerint hujus, qd non sibi ipsis tantum vivere, sed et alijs proficere ac prodesse debeant, per zelum animarum pretio Sanguinis Xti redemptarum. 2do. Recommendatr Superioribus Localibus, ut in unoquoq Conventu curent fieri instrumenta ad conficiendas chordas, et quotannis aliquot chordae relinquantur in Sartorijs pro commoditate Fratrum, ne per seipsos fiat procuratio necessarior. 3tio Quia aliqui Patres Officialium quando scribunt in Tabula Officior. Conventus pro Hebdomadarijs non faciunt Benedictiones ad mensam et Gratiar. actiones post Mensam, ideo illis recommendatur, ut quando sunt praesentes non negligant ea quae sunt muneris Hebdomadarior. Penes haec recommendata, denuntiamus Vobis PP. ac FFres Dilectissimi de Obitu ARPris Epiphanii Garbowski qui in anno 1789 fuit ad Nostram Provinciam Commissarius ac Visitator Generalis, cui in Vim gratitudinis in Capitulo Stopnicensi fuerunt appromissa Suffragia trium dierum, Unius diei stante vita Ejusdem, cui jam satisfactum, nunc vero duar. dier. restant suffragia absolvenda. Videlicet: in quovis Conventu, quilibet Sacerdos duas Missas celebret, In Choro Officium Defunctor. semel recitetur, et Missa cantetur. Quilibet Fr. Clericus bis Officium Defunctor., quilibet Fr. Laicus bis centum Pater et Ave cum totidemq Requiem aeternam recitet. Insuper quantum quisq poterit subvenire animae piè Defuncti ARPris Epiphanij per charitatem, tantum faciat, facilius enim misericordiam consequimur, alijs misericordiae opera non negantes. Caeterum ad finem sermonis Nostri ad Vos PP. ac FFr. Dilectissimi rogamus ut abundetis magis, quieti sitis, Negotium Vestrum cum beneplacito Dei agatis, ut comprehendatis bravium gratiae, in praesenti et gloriae in futuro. Ut vero Obsequia Nostra Vobis grations fiant, et ex munere Nostro solus glorificet Deus, obsecramus ut Vestris piis ad Deum suspiriis imbecillitatem Nostram juvetis. Nos vero vicissim pro Vestra tum temporali tum aeterna felicitate Deum T. O. M. exorabimus omnibusq Votis, ac indigentiis, si quas Nobis confidenter exposueritis ex vi muneris Nostri paternaeq charitatis maximo cordis solatio succurremus, proinde omnem curam Nostram, promptitudinem ad obsequia et desideria vestra hisce literis contestamur. Praesentes Literas Superiores Locales, Communitatibus perlectas Protocollis ingrossari faciant, et ex Conventu ad Conventum juxta Ordinem Cursoriè

trans —

transmitti curent. Valete PP. ac Fres in Xto Dilectissimi, Nostri ac Benefactor. Totiusq Regni ac Provinc Nostrae in orationibus memores. Datt in Conventu Nostro Cracov. ad S. Casimiru P.R.P. et M.D.L. Anno 1792. D. 3tia augusti.

Fr. Christophorus Refs. Mnr Prlis mpp

Fr Christophorus Dobrakowski Ordis Mm S. P. N. Fci Reformatorum Provinciae Sctmae Vs MARIAE Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Adm Rndis, Rndis, Multum Vndis, Vndisq Patribus, ac Dilectissimis in Chro Fratribus Salutem et copiosam Benedictionem a Domino.

Nullus est mortalium Pres ac Fres Dilectsmi, qui in ordine consequendorum tam aeternorum quam temporalium bonorum Divinam supra se non experiatur Misericordiam; quinimo attestante Propheta: Misericordia Domini plena est terra, quam et Ipse noverat, quondam vitam agens in adversis, dicens Ps: 88: Misericordias Domini in aeternum cantabo. Hanc supramodum sortitus est Job in miseriis vitae, qui utique supra spem consolatus est a Domino in suis aflictionibus. Hac sustentatur tota Mundi machina, et fluctuum maris mitigantur motus, talem et Noster (: necesse est:) admiretur Ordo Seraphicus, Qui post nimiam aflictionem ex obitu Rndmi Paschalis a Varisio totius Ordinis Nostri Generalis, nunc misericorditer consolatur a Domino. Qui sicut olim post suum in Caelos recessum noluit Apostolos fieri orphanos, sed consolationis gratia misit Eis Spiritum Sm Paraclitum, imo et Ecclesiam Sponsam suam viduatam non reliquit, sed post Petrum Apostolum hucusque Eidem Sponsos Pastores succedere facit: ita et universo Nostro Ordini consimilia suae Divinae Bonitatis et Misericordiae consolantis nos praestat documenta, ubi inter tantas temporum calamitates et aerumnas per Sctmum Dnum Nostrum Pium Papam VI interpellante, ac mediante Eminentsmo ac Rndsmo Domino Romualdo Sa Ra Ea Cardinali Braschio de Honestis, praedicti altefacti Summi Pontificis Nepote, totiq Ordinis Seraphici Amantissimo Protectore, providit Nobis Neo: electum Rndsmum Joachimum Company Generalem Ministrum, aliosquè totius Ordinis Nostri Superiores, ne sine Capite membra, sine Parente orphani simus. Ne sine Rectore Ordo, et sine Pastore Grex maneat. Consolamini itaquè in verbis istis Patres ac Fratres Dilectissimi, quae Vobis praesentibus benignè annuntiamus: „

Fr. Bonaventura a Placentia Lector Emeritus in Universitate Cesenae Physicae Experimentalis, Juris Pontificii Publicus Professor et Doctor, S. Officii eiusdem Civitatis Consultor, Totiusquè Cismontanae Familiae S. P. N. Fci Commissarius Generalis Visitator ac Reformator Apostolicus et in Domino Servus.

Dilectis plurimum in Chro PPbus et FFbus Superioribus et Subditis huius Cismontanae Nostrae tam Observantium quam Reformatorum Familiae salutem, veramq in Domino Pacem.

Hisce Literarum Exemplaribus, quae hodierna die ad Vos Eius nomine mittimus Patres ac Fratres in Domino Charissimi, sui in Generalem Ordinis Seraphici Ministrum Nostri in huius Cismontanae Familiae Commissarium, totiusquè Deffinitorii Generalis Electionem Rndsmus Pater Joachim Company Vobis annuntiat. Eximias sanè Eggregii Viri virtutes, peculiaresquè animi dotes, quibus post tot munia in Eius Provincia praeclarè gesta, ad Generalem Ultramontanae Familiae suae Commissarium assumptus fuit, vel antefatum Rndmi Patris Paschalis a Varisio bonae memoriae Viri, Quem honoris gratia nominamus, iam per totam qua latè patet Cismontanam Nostram Familiam ita fama evulgaverat, ut vix è vivis supremo Ordinis Moderatore sublato Patres huiusce Discretorii Generalis, cuius et Nos pars minima eramus, haud potuerint quo minus Illum totius Ordinis Pastorem sibi dari maximopere exoptarent et vellent. Hi enim noverant (: quod quidem Ipsius unica cura erat:) Ipsum prae ceteris Reipublicae Nostrae Praefectura dignissimum esse, Noverant, hac spectatissimi Viri electione omnem sive dissidii sive querelae occasionem omninò tolli: noverant, Ordini Supremo viduato Pastore maximam illico afferri utilitatem, noverant, inter utramq Familiam Ultramontanam scilicet ac Cismontanam pacis atquè unitatis vinculum magis magisq custodiri: Noverant - - - quid vero non noverant, si eis in Ministrum Generalem daretur Rndsmus Pater Joachim Company, doctrina, pietate, suavitate morum, summa in rebus agendis dexteritate, prudentia, aequitate, caeterarumq virtutum laude celebratissimus. Haec porro eorum vota immortali, sapientissimoq Pontifici Pio VI. per Eminentissimum ac Rndsmum Dominum Romualdum Cardinalem Braschium tanti Pontificis Nepotem, Nostriq Ordinis Amantissimum Protectorem praefati Patres Generalis Discretorii humillimè porrexerunt, Qui pro summa quà Nostram Pauperculam Seraphicam Religionem prosequitur Benevolentia, et ea benignè excepit, et eorum precibus clementissime annuit. Quibus Sctmo Pontifici supplicabant, ut Ipse Apostolica sua Auctoritate Ordinis Legibus hac vice derogando, iis, quibus jure Dignitates Ordinis Generaliaq Officia debebantur, evecto ad summam Praefecturam Rndsmo Patri Joachimo Company conferre dignaretur.

Quâ vero ratione, quâ viâ, quaquè aequitate, prudentia, sapientiaq Summus Pontifex et votis annuerit et rebus nostris prospexerit, tum ex Rndsmi Patris Generalis Encyclica, tum ex Ipsius Apostolicis Literis quae hic inseruntur Vobis innotescet. Quo autem zelo ac dexteritate arduum hoc negotium pertractaverit faustumq ad exitum perduxerit, pro eo, quo in Nos fertur amore ac studio Eminentissimus Cardinalis Ordinis Nostri Protector, nedum ex iisdem Rndsmae suae Paternitatis Literis, sed vel maximè ex Eius allocutione verè dilectionis plena ab Ipso habita in hoc Nostro Aracaelitano Conventu, antequam in Pervigilio Pentecostes Apostolicum Breve Nobis proponeret, apprimè comperietis.

Fr Joachim Company Lector Jubilatus, Catholicae Maiestatis in Regio Matritensi Congr. pro Immaculata Vs Conceptione Theologus, Totius Ordis Fratrum Minorum S. P. N. Fci Minister Generalis ac humilis in Domino Servus.

Dilectissimis Nobis in Christo Jesu universis Patribq Fratribq atq Sororibus tam Superioribq quam Subditis Totiq Nostrae Seraphicae Religionis ubiquè Gentium sub Nostra Obedientia Deo famulantibus Salutem, et plenam in Spiritu Sancto Consolationem.

Caelestis Pater.

Cœlestis Pater, Cuius Providentia cuncta gubernat, attingens fortiter, et disponens omnia suaviter, Quiq
olim per Samuelem Prophetam ac Iudicem Populi sui Bethleemiticum Illum Iuvenem inter natos Isai mini:
mum eligere dignatus est, pascere Iacob et Israel hæreditatem suam, novissimè diebus istis inscrutabili con:
silio suo tenuitatem Nostram per Summum Ecclesiæ universalis Iudicem et Rectorem ad regimen totiq Mino:
ritici Gregis evehere dignatus est. Hanc ergo supremi Legislatoris ac Iesu Xti in terris Vicarii Sanctionem
Vobis Amantissimi Patres ac Fratres Encyclicis hisce Nostris Literis notam facere intendimus. Igitur cum Re:
vrndmus Pr Fr Paschalis a Varisio, Cuius memoria in Benedictione est, Seraphicum Universum Ordinem summo
zelo, benignitte ac prudentia, cæterisq virtutibus, quibus immortale sibi nomen apud Nostrates æquè ac Exteros
acquisivit per tres et 20 annos rexisset, ad occasum tandem devenit, Qui tanquam Sol refulsit in domo Dei.
Lugebat mærens Seraphica Religio innumerorum pene Filiorum fœcunda Parens, tanto Pastore viduata,
tantiq Solis orbata fulgoribus. Ob inevitabiles temporum vicissitudines conclusa videbantur, imo penitus
eversa atq obstructa notissima illa via, quibus hactenus Seraphico Francisci à Domo Gregi providebat
Pastor et Rector. In his rerum angustiis constituti Almæ Matris primarii Filii consilium inierunt, ac
per Eminentissimum Dnum Romualdum Cardinalem Braschium de Honestis, Qui Gubernator Protector
et Corrector extat totius Fraternitatis humillimas effuderunt preces, coram omnium Christi Fidelium
communi Patre Ssmo Dno Nostro Pio VI. ut Rectorem Ipsis designaret Charitate, zelo, ac Iustitia præditum,
qui communi Religionis bono atq felicitati prospiceret. Repletus est consolatione, superabundavit gaudio Bea:
tissimus Pater, dum optimos Viros a terrenorum ambitu vidit liberos, ab honorum cupiditate alienos, Eorumq
Sanctissimi Patriarchæ verè Imitatores effectos. Eorum quisq dignus profecto videbatur, qui universum Ordinem
regeret in demortui Præsulis locum succedens, Cuius iacturam deflebat, quiq munus Eius aptissime impleret.
Successoris Electio ex præscripto Statutorum Ordinis atq utriusq Familiæ compromisso inviolabiliter hu:
iusq servato ad Patres Definitorii Generalis Ultramontanæ Familiæ de iure spectabat, et eorum quemlibet
cæteris prælatum iri spes non modica erigere poterat. His autem blandientibus expectationibus nihil commo:
ti Patres, quin potius Ordinis Paci ac Unitati prospicientes integritatis, moderaminis, et iustitiæ, posteris
imitandum reliquerunt exemplum, immortali gloria dignum. Norunt profecto prudentissimi Viri quæ quan:
taq bona Religioni Seraphicæ attulerit famigerata illa Bulla Unionis apellata a fel: record: Leone X. Ao
1517. expedita, in qua Ministeriatus Generalis alternativa statuitur Familiam Cismontanam inter ac Ul:
tramontanam communi totius Ordinis felicitati accommodatissima. Cum autem nunquam Supremam Or:
dinis Præfecturam ex una venerit in alteram transiisse Familiam, absq Capituli Generalis celebratione,
quæ in præsentiarum utiq difficillima æstimatur, cumq aliunde ad iudicium in præsenti eventu proferendum
nulla inter Ordinis Statuta inveniatur expressa decisio sive lex, nemo una ratio a prædictis Definitorii
Generalis Patribus excogitari poterat, nisi recursus ad Beatissimum Papam, quippe Qui solus potens erat
suprema sua authoritate emergentes obices removere, memoratamq Unionis Bullam sartam tectam
conservare. His intento animo perpensis, in eam deliberatione ventum est, ut communi omnium Patri
innuerent, se nihil aliud in votis habere, quam ut Nos in Ministrum Generalem totius Ordinis elige:
ret. Verum enimvero, et si Summus Ecclesiæ Pastor, ea qua pollet benignitate et clementia Eorum
vota libenter excepit, nihilominus in re adeo gravi noluit ultra procedere, quin prius piissimi æquè ac
Catholici Hispaniarum Regis Domini Nostri Caroli IV. voluntatem perspectam haberet. De qua certior
factus, optimeq agnoscens suprema Providentia fieri votis ac desideriis Patrum Ordinis Regium respon:
dere placitum, nihil amplius desiderandum existimavit, quominus Ministrum Gnrlem Nos crearet.
Ad hoc Benignissimus Pater omnem sollicitudinem in se voluit recipere, quam totus Ordo in Capi:
tulo Generali congregatus ad electionem adhibere tenetur, iisdemq modis de qualitatibus eligendorum
optime instructus, ex unaquaq ratione digniores seligens, alios ad munia officiaq respondentia assumpsit,
sicq universo Ordini Seraphico de Officiis Generalibus provisum est, perinde ac si Capitulum Generale ce:
lebratum fuisset. Hæc Ssmi Dni Nri Pii Papæ VI eximia gratia memorandam epocham in Ordine Mi:
norum faciet ob summam erga Eum Supremi Ecclesiæ Pastoris benignitatem et amorem. Ast ut nihil de:
esset ad Capituli Generalis supplementum quoquo modo attinens Sanctitas sua ordinavit et iussit, ut
per Eminentissimum Dnum Romualdum Cardinalem Braschium Ordinis Nostri munificentissimum
Protectorem in Pervigilio Pentecostes promulgaretur in Conventu Aracælitano de Urbe apostolica Bulla
tenoris qui sequitur: Cui tamen Eminentissimus Protector hanc præmisit allocutionem zelo, benigni:
tate atq amore undequaq refertam habitam ad Patres Discretorii Generalis Cismontanæ Familiæ
Romæ degentis.

Allocutio Emntissmi & Rndssmi Domini Romualdi S.R.E. Cardinalis Braschii de Hone: stis Totiq Ord: Seraphici Protectoris Vigilantissmi habita Ao MDCCXCII. in Pervigilio Pentecostes ad Patres Discretorii Generalis in Aracælitano Cœnobio congregatos.

Ex quo magno vestro ac bonorum omnium mærore, annis laboribusq confectus è vivis sublatq est bonæ memo:
riæ P. Paschalis a Varisio Seraphici Ord: Vestri Minister Generalis, mirum sanè non est Relgssmi Patres, si nihil magis
optàm novum Vobis Pastorem præfici, Eumq, quàm citissimè fieri posset, super Vos constitui expetiveritis, Qui forma
gregis ex animo factus, Vobis præesset, simul et prodesset, atq ut fidelis et prudens servus, quem posuit Dominus super Fa:
miliam suam, eidem tuendæ, augendæ, amplificandæ, toto ut par est mentis affectu incumberet et adlaboraret, ne si
Regis Pastoris cura defuerit, pernicia gradiatur, et ob hoc facilius inimici laqueis insidiantis occurrat. S. Gregor: Vel egoipse
cui ea qua mihi licet immerito concredita est Inclyti Ordinis Vestri tutela, idipsum plurimum exoptabam, quoniam Carissimi
mihi facti estis, atq illud quam maxime dolebam, quod Generalia Comitia in perillustri hoc Aracælitano Conventu, ut Vestri
moris erat habenda convocare ob acerbitatem temporum non liceret. Iucundissimum sanè fuisset tot probatissimos Viros,
quos de fama novi virtutum splendore et omnigena doctrinæ laude commendatos coràm conspicere; Gratissimum Eorum
Religionem, Pietatem, Zelum, Charitatem deniq ac prudentiam propius demirari, quæ enim nostra spes, aut gaudium
aut Corona gloriæ nonnè Vos ante Dominum Nostrum Iesum Christum: Itaq pro eo studio et affectu, quô Vestrum Ordinem
universa Catholica Ecclesia, ac præsertim de hac Apostolica Romana Sede tàm optimè meritum prosequor et amplec:
tor, nihil profectò defuisset quòd ad implenda animi mei vota esset optandum. Ast temporum (: ut inquiebam :) id
contulit acerbitas, nam licet tempus amatorum mundi semper sit paratum, tempus tamen Iustorum aliquando
desideratur. Quare Vos peræquè ac medium suspensos tenuit cogitatio, quem demum exitum res in tanto discrimine
esset habitura.

esset habitura. quâvè demum ratione tàm in gravi negotio votis et Ordini Vestro foret consulendum. Sed Deo primùm
Patri Misericordiarum et Deo totius Consolationis, Qui tribulatos consolari non desinit, quam maximæ Gratiæ sint,
tùm verò Summo et Clementissimo Pontifici Pio VI, Qui pro eximia, quâ Vos peramanter complectitur Chari-
tate, proquè ea, quam in omnes diffundit Benevolentia, vestra hæc discrimina mente revolvens, Ipsemet Pater-
cura rem in se sumpsit, eoq tandem duxit, ut Vobis demum Vestrisq necessitatibus providè consuluerit. Quem-
admodum res acta sit ex Apostolicis Literis, quæ mox Vobis erunt aperiendæ facile intelligetis. Quapropter nil
aliud superest, nisi ut mecum Ipse atq vobiscum gratuler, quod illud tandem, quod summopère expetebatis, estis
consecuti, atq in communi omnium lætitia solemnitate Divini Spiritus recurrente id mihi annuntiare co-
tigerit, quod omnium vota postulabant. Rumpantur igitur moræ, et Clementissimi erga Vos Summi Pa-
ris Literæ perlegantur „ „

PIUS PAPA VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi cupimus, atq ab ipsis Pontificatûs Nostri exordiis studuimus Regularium Ordinum Constitutiones et Statuta serta
tectaq servari, nihilominq ex incumbentis humilitati Nostræ Apostolicæ solicitudinis Officio interdum, et quoties eorundem
Ordinum utilitas ac commodum exposcit, ab hoc proposito declinandum esse duximq. Et quidem postquam fel: recor
Clemens Papa XIV. Prædecessor Noster ob tunc currentia Christianæ Reipublicæ tempora A.° 1774. Capitulum Generale
totiq Ordinis FF. Minorum S. Francisci sexto quoq anno iuxta Constitutiones et Statuta Ordinis prædicti Authorita-
te Apostolica confirmata convocandum in proximum triennium distulit, Nos pariter exacto triennio huiusmo-
di cum eædem imo urgentiores vigerent causæ, Capituli Generalis convocationem in aliud tempus protraximus
et quemadmodum memoratus Clemens Prædecessor, sic Nos bon. mem: Paschalem à Varisio dum vixit Fratrem
dicti Ordinis expressè Professum in Ministrum Generalem dicti Ordinis confirmavimus, Verùm cum novissim
dictus Paschalis à Varisio supremum diem obierit, eò devenimus, ut Capitulum Generale huiusmodi semel ac
rum protractum, nunc in Conventu Aracælitano Almæ Nostræ Urbis foret convocandum, Nil quidem ma
issemus, quam ut dictum Capitulum Generale convocaretur, ast præter difficillimas ac persistentes Eccles
Catholicæ adversitates, novæ etiam perturbationes eæq acriores accesserunt ad Regularium disciplinam ev
tendam, adeo ut ab hoc consilio perquàm abduxerint. Quamobrem electo a Nobis Dilecto Filio Carolo Jose
pho à Genua in Præsidentem Discretorii Generalis, ut quoadusq Officium Ministri Generalis vacat, simu
cum eodem Discretorio Ordinem administret. Interea dum hærebamq quid agendum, quidvè statuendum
ret, Inclyta Familia Ultramontana dicti Ordinis, ex quo novus Minister Generalis iuxta memoratas Con-
tutiones et Statuta seligendq est a Nobis, omnem sustulit dubitationem. Siquidem ipsa intelligens, quàm
magnæ foret difficultatis, si iniuriosis hisce temporibus Capitulum Generale indiceretur, ut potè quod m
gna Vocalium pars ad illud non accederet, nec se gravibus committeret periculis, a Nobis expostulavit,
aliquos ex suis Nobis proponere liceret, ac designatum tùm Ministrum Generalem, tum cæteros Officiales
Nos eligi desiderabat. Nos igitur qui Ordinem præfatum Paterna Charitate in Dño prosequimu
ac quidquid ad Illius commodum pertinere dignoscitur, curare studemus, cum eidem Ordini proficuum
atq utile fore putemus, si Ministrum Generalem cæterosq Officiales in Capitulo Generali deputandos Auth
ritate Nostra Apostolica nominemus ac constituamus. Cum autem muneribus et Officiis debitis Provinciis
Ultramontanis simul adiungenda sunt alia pertinentia ad Religiosos componentes Provincias Citramonta
nas, qui pari anhelant studio, ne diminutum cogatur Generale Capitulum, et Nos in istorum officiis tribu
dis de Ipsorum meritis et qualitatibus minus incerti simus. Hinc votis utriusq Familiæ annuere volentes
ac singulares Personas quarum interest, a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis et Interdicti, aliisq
Ecclesiasticis sententiis, Censuris, si quibus quomodolibet innodatæ sint, ad effectum præsentium duntaxat co
sequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, Motu proprio, ex certa Scientia, et matur
deliberatione dilectos Filios: „ „ Joachim Company actualem Commissarium Generalem Familiæ Ultramo
tanæ in Ministrum Generalem Totius Ordis FFm Minorum S. Francisci præfati „ „ Didacum à S. Maria Ex
vincialem Provinciæ Angelorum dicti Ordinis in Procuratorem Gnrlem „ „ Joannem de Moya ExProvincial
Provinciæ S. Michaelis de Extremadura infra Tagum „ „ et Joannem Iiaquirre actualem Provincialem C
tabriæ, in Definitores Gnrles „ „ Damianum Lopez Provincialem Proviæ S. Petri de Alcantara in Procurato
Gnrlem „ „ ac Josephum à S. Petro de Alcant: ExProvincialem S. Pauli in Definitorem Gnrlem Discalceato
et Recollectorum „ „ Joannem Diez Arjona Provincialem Proviæ Tertii Ords Andaluciæ in Definitorem Gnrlem eiu
Tertii Ords: omnes Fratres dicti Ordinis expressè Professos tenore præsentium eligimus et nominamus. Cu
autem per supernuntiatos Definitores Gnrles completus non sit numerus 10. Definitorum pertinentium ad Provi
cias Ultramontanas, hinc supradesignato Ministro Gnrli committimus, ut unà cum memoratis Procuratoribq et
finitoribq Gnrlbq tot eligat ex antedictis Provinciis Definitores, quot componant integrum decennalem illorum n
merum, itatamen, quod cum alias fel: recor: Clemens Papa XIV. Prædecessor Noster per suas in simili forma B
vis 9. Augq 1771 expeditas Literas, Fratres Ordinis Prædicti Observantes Provinciarum Galliæ, prævia illorum
paratione atq exemptione, a quacunq iurisdictione et subiectione Ministro Gnrli FFm Minorum de Observan
nuncupatorum prædicto, Ministro Gnrli FFm Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum subiecer
eidemq Ordini aggregaverit, ac præterea: cum cæterorum Fratrum Ordinis prædicti Regni Galliæ, quos vocant Ob
vantes et Recollectos qui adhuc sub iurisdictione et correctione Ministri Generalis totius Ordinis prædicti persi
sistema ob lachrymabilem hodiernum Regularium Ordinem in Regno Galliarum statum pene eversum s
a memorato Ministro Gnrli et Procuratoribq et Definitoribq prædictis ratio habeatur de imminutione hui
modi ac ipsi decernant, Num Definitores Gnrles Nationis Gallicæ ex aliis Provinciis eligendi sint, vel potius
relinquendus sit locus vacuus, et eorum electio reservanda, quousq Deo auxiliante Catholica Religio in illi
Provinciis ad pristinum exercitium restituatur. Et hæc pro Familia dicti Ordinis Ultramontana.
Pro Familia vero Cismontana Dilectos pariter Filios „ „ Bonaventuram de Placentia ExProcuratorem Gn
Lectorem Theologum, et actualem Definitorem Gnrlem ex Provincia Reformatorum Bononiensi in Commis
rium Generalem „ „ Carolum Josephum a Genua, actualem Præsidem Deffinitorii Generalis ex Provin
Genuensi, ac Lectorem Jubilatum in Commissarium Gnrlem Curiæ „ „ Cœlestinum ab Asculo è Provi
Marchiæ Lectorem Jubilatum ExProvincialem, ExDefinitorem Gnrlem et Ordinis prædicti a Secretis i
Procuratorem Generalem Reformatorum „ „ Josephum Angelum à Carboneano Lectorem Jubilat
è Provincia Romana „ „ Joannem Baptistam a Bergamo è Provincia Brixiensi „ „ Augustinu

a Neapoli

Neapoli Lectorem Jubilatum, et Chronologum Ordinis è Provincia Terræ Laboris.. .. Thomam à Bronde è Provin:
ia Lucensi.. .. Josephum à Musomele ex Provincia Panormi ExProvincialem.. .. Iræneum à Taurino Lectorem Jubila:
um ex Provincia S. Thomæ Pedemontana in Definitores Gnles ex Observantibus.. .. Mathiam à Vitorchiano ExPro:
incialem Provinciæ Seraphicæ.. .. Laurentium à Gruma actualem Provincialem Terræ Laboris.. .. Joannem Al:
honsum a Mendrisio Lectorem Scriptorem Ordinis actualem Definitorem Provinciæ S. Didaci.. .. Jacoponum
oniecki è Provincia Maioris Poloniæ in Definitores Generales ex Reformatis, omnes pariter Fratres dicti Ordinis
onsimili tenore pariter eligimus et nominamus. Qui omnes ut supra a Nobis electi, incipiendo a memorato Jo:
chimo Company Ministro Generali perdurare debebunt, salva triennali duratione Commissarii Generalis ex
eformatis, iuxta Statuta et Constitutiones dicti Ordinis in suis muneribus usq ad Pervigilium Pentecostes
nni 1798, in quo iuxta eorumdem Statutorum et Constitutionum præscriptum Capitulum Generale esset convo:
andum. Ad præcavendas vero quæstiones, quæ inter Definitores Generales excitari possent, de ac supra eorum præ:
edentia, motu, scientia, authoritate et tenore prædictis statuimus atq decernimus, ut salvo quod in Cap. 8. §. 54. di:
orum Constitutionum statuitur illorum præcedentia ab anterioritate Professionis uniuscuiusq desumatur,
ulla habita ratione temporis, erectionis, et qualitatis Provinciæ, nulloq servato discrimine inter Observantes et
eformatos. Tandem omnibus et singulis actualibus Definitoribus Generalibus, Qui integrum tempus Definitoriatus adhoc.
ExDefinitorum Generalium iuribus, privilegiis, exemptionibus, aliisq indultis, et gratiis eis concessis, uti, frui, et gaudere
ossint, et gaudeant in omnibus et per omnia, ac si tempus prædictum complevissent, motu, scientia, authoritate, et tenore
rædictis indulgemus. Sicuti pariter Josepho Alberola actuali Vice-Commissario Curiæ ex Observantium Familia, et
incentio Mordina Vice-Procuratori Generali Discalceatorum et Recollectorum, Qui speciali Nostra Authoritate omnibus
audati Discretorii Generalis actibus interfuerunt, veluti si reapse Commissarius Curiæ et Procurator Generalis fuissent,
omnibus et singulis iuribus, quibus ExCommissarii Curiæ et Procuratores Generales Excalceatorum utuntur et gaudent,
ti et gaudere possint, pari modo uti, frui, et gaudere liberè ac licitè possint et valeant, in omnibus ac per omnia, perinde ac
psi muneribus huiusmodi perfuncti essent. Mandantes propterea S. Obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque
itrio nostro infligendis pœnis Omnibus et singulis, ~~ad quos spectat, et in futurum spectabit~~ Totius Ordinis Superioribus, var:
anis Fratribus et Personis, cæteris quibuscunq, quocunq nomine nuncupentur, et ad quos spectat, et in futurum specta:
, ut eosdem Joachimum Company -- Didacum à S. Maria -- Joannem de Moya -- Joannem Staguirre -- Damianum
opez -- Josephum à S. Petro de Alcant: -- Joannem Diaz Ariopa -- Bonaventuram à Placentia -- Carolum Josephum
Genua -- Cœlestinum ab Asculo -- Josephum Angelum à Carboniano -- Joannem Baptistam à Bergamo -- Augusti:
um a Neapoli -- Thomam à Bronde -- Josephum à Musemele -- Iræneum à Taurino -- Mathiam à Vitorchiano -- Laurentium à
rumo -- Joannem Alphonsum à Mendrisio -- et Jacoponum Poniecki suis respectivè muneribus, Illorumq exercitio libero iuxta
enorem præsentium frui ac uti sinant, ac permittant, eisq omnibus ad munera et officia huiusmodi pertinentibus prompte pare:
nt et obediant, faveant et assistant respectivè. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere et fore,
uosq plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab illis ad quos spectat et spectabit in futurum inviolabiliter observari.
ic in præmissis per quoscunq Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardi:
ales, etiam a latere Legatos et Nuntios, Sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate iu:
icari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super iis, a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter con:
gerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis prædicti etiam Juramento,
onfirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, et Constitutionibus, Privilegiis quoq Indultis, et Literis
postolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi
ro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq totis tenoribus, specialis, specifica et expressa ac individua, ac de verbo ad ver:
um, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita
orma, ad hoc in illis tradita observata exprimeretur, præsentibus pro plenè ac sufficienter expressis habentes, illis alias in suo
obore permansuris ad præmissorum effectum hacvice duntaxat specialiter et expressè derogamus, cæterisq contrariis
uibuscunq. Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius
otarii Publici subscriptis, et sigillo Personæ idoneæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus Fides
Judicio et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris Die 15. Maii. 1792. Pontificatus Nostri Aº 18vo.

Loco ✠ Annuli Piscatoris

Romualdus Cardinalis Braschius de Honestis

Intellexistis igitur Rdssmi Patres Beneficentissimi erga Vos Summi Pontificis amorem, audistis qua ratione Votis ve:
tris annueret, percepistis demum, quemadmodum et Vobis et Vestro commodo atq utilitati optimè prospexerit. Quod
avum tanti Beneficii memores futuri sitis plane non dubito. Sed illud grati animi ergo Vestri amantissimus expe:
, illud Ego Vos hortor, pro meo erga Vos et Vestrum Ordinem studio, ut Quem modò Ipse constituit Pastorem
estrum, quosq Vobis præfecit probatissimos Viros qua decet animi charitate sinceroq Cordis obsequio excipiatis. Tantò
agis affectu vestro digni sunt Præsules Vestri, quantò altius evecti gravioribus onerantur curis, tot siquidem
uemadmodum /: ait S. Chrysosthomus :/ in sublime elevati super se sustinent, quot suppositos regunt, et quò est
randior honor, eò est gravius pondus eorum humeris demandatum. Cum iis pacem, cum iis unitatem in chari:
ate servate. Si enim /: ut idem aiebat Chrysosthomus :/ nihil enim est quod Ecclesiam Dei ita destruere et dissolvere
ossit, ut cum Discipuli Magistris, et Patribus Filii, et Principibus Subditi non magno studio cohærent, intelligitis nil
agis Ordinis Vestri amplitudini et incremento prodesse posse, quam si inter Vos et Pastores Vestros Christi vera
aritas regnet, per quam simul omnes indissolubili unitatis et pacis vinculo cohæreatis. Quid tamen in his
ngius immoror: Non necesse habetis, ut aliquis doceat Vos, cum unctio quam accepistis a Jesu Christo maneat
 vobis. Hinc non dico vobis, quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. Præterea in ore ac oculis ve:
ris /: qui taciti cordis fatentur arcana :/ lætitiam quandam atq alacritatem intueor, quibus in spem firmissimam addu:
r Vos Apostoli charitatem habituros, quæ est vinculum perfectionis. Hunc pacis ac unitatis spiritum tenentes,
aiores vestri iustitiæ laude, cuius fructus in pace seminatur, facientibus pacem semper floruerunt, et tanquam lu:
rnæ accensæ super candelabrum in domo Dei virtutibus corruscarunt. Nostis quantum pro Religione et pieta:
 latius amplificanda allaboraverint, quantumq ad rem Christianam tuendam, Divinumq Cultum augendum, ac
nimarum salutem et animo connisi sunt, et labore contenderint, quantaq inde in universam Ecclesiam dimana:
erint bona; Eorum igitur exemplis ac vestigiis insistite, et impiorum telis impetitam Christi Ecclesiam doctrinæ
 sanctitatis propugnalis vos defendite. Qui /: in Apostoli Sede et Ecclesiæ cœtu idest Christi theatro benedicentibus
nctis Deo Ipso spectatore laudamini. Nemo Vestrum est, Qui Orthodoxæ Religionis damna cum lachrymis non
spiciat, Eidemq pro viribus opitulari nolit, tum D.O.M. ne in tanto discrimine Nos deserat, effusis precibus, tum ar:
is iustitiæ sumptis, quibus ex adverso stant, aut vincantur, aut saltim terreantur. In die mala ad resistendum
os Apostolus hortatur. Pristinam igitur in Vobis virtutem excitate, et Evangelii messem excolite, ad Dei Omnipotentis
aiorem Gloriam et Inclyti Ordinis Vestri perpetuam laudem et incrementum. Tunc profecto Vestrum quilibet inter il:
os Pauperes iure numerabitur, Quorum est Regnum Cœlorum, et inter illos divites, quorum possessio firma est, quia Spi:
itu Dei dives et suo pauper, tales enim divites cum pauperibus suis diligit Deus. Obtento prædictis Apostolicis
iteris Regio exequatur à Supremo Hispaniarum Senatu jussu Regiæ Catholicæ Maiestatis nobis devolutæ fue:

runt per eius

erunt per Eius primum à Secretis Status Ministrum in usum facultatum Nostri Officii. Hac ergo rerum serie, qua
unquam a Nobis nè quidem excogitari potuit ad supremam Ordinis Præfecturam evecti sumus. Fatemur profecto
Patres ac Fratres Amantissimi hunc novi honoris gradum, quo immeriti prorsus a Sede Apostolica decorati sumus
in magnam animi confusionem Nos adducere, spiritum deprimere, vires nostras infringere, difficillimum amplissi-
mæ Familiæ regimen seriò considerantes, de Nostra dolemus infirmitate, cuius conscii sumus ad ferendum
onus, etiam humeris Angelicis formidandum, hisce præsertim ærumnosis lubricisq temporibus, quibus mille
passim offendicula occurrunt. Hæc intima cordis nostri meditatio Nos in arcto positos coegisset oneri pariter ac
honori cedere, nisi Divinæ Providentiæ Decretis obsistere videremur, sperantes fore Deum, Qui infirma mundi eligit
et contemptibilia, et ea quæ non sunt aliquando eligit, ut non glorietur omnis caro in conspectu Eius, auxilia nobis
necessaria largiturum ad onus ferendum, quod humeris nostris imbecillibus imposuit. Hoc ergo cum omnium nostrum
bono ac felicitati maxime intersit, Vos obtestamur Dilectissimi Fratres atq enixè obsecramus, quatenus vota, preces
què vestras iugiter in conspectu Domini effundatis, ut nos tanto operi sufficientes, dignetur efficere. Scientes illud
unum intimo cordi inhærere, nimirum maiorem Ipsius gloriam, Ordinis Nostri profectum, Fratrumq spirituale
solatium. In hunc finem nihil Nobis omittendum erit curæ ac sollicitudinis, vellemusq (: utinam non procul, ac
essemus unicuiusq Nostrum Subditorum vitæ rationem speculari ad Eorum imperfectiones corrigendas, labores mi-
tigandos, solamenq in omnibus offerrendum. Cum verò Nostra sollicitudo ob locorum immensas distantias diffi-
cillima ac pænè impossibilis extet, Pastorales Nostras Literas quàm primùm expedire satagemus. Quibus sum-
matim redactas dabimus opportuniores regulas ad Nostræ Professionis onera exactius adimplenda.
Hæc porro sunt Patres Amantissimi Fratresq in Domino charissimi, quæ Vobis pro tempore scribenda duximus,
ut plenam exactamq Apostolicæ Sanctionis notitiam indicemus, de rebusq in Ordine novissimè gestis Vos edo-
ceamus. Hæc sunt prima Patris et Pastoris vestri Verba, hæc inquam nostri sunt et affectus signa et cordis
indicia, quibus de nostra erga vos benevolentia et amore securos reddimus. Dum ergo ad exitum perducim[us]
secundis Nostris Literis ea Vobis significare, quæ præsentibus non valemus aliis distracti non levioris mo-
menti curis, monemus et obsecramus, ut in Orationibus Vestris tum publicis tum privatis vota vestra ad
bonorum omnium Largitorem Deum Omnipotentem dirigantur pro felici Ecclesiæ Catholicæ statu, pro inco-
lumitate ac salute SSmi Dñi Nri Pii Papæ **VI.** ob eximium amorem, quo Nos Nostrumq Seraphicum Ordi-
nem prosequitur, pro Emntissmo Domino Cardinali Protectore Nostri Ordinis, pro cunctis Principibus Christianis,
præcipue autem pro Catholicis Regibus Nostris, Quorum Pietas in Fide ac Religione Catholica protegenda con-
servanda amplificanda, eò titulò dignissimos efficit, quò præ omnibus gloriantur, Nostri deniq memores es-
te, dum omnibus peramanter Seraphicam Benedictionem impertimur. Datis in hoc Nostro S. Francisci
Regio Matritensi Conventu, manu nostra subscriptis, Nostriq Officii maiori Sigillo obsignatis, et à Nostro Se-
cretario Generali munitis Die 2do Mensis Julii 1792.

Fr Joachim Company
Mnr Generalis

De Mandato Rndmi in Christo Patris
Fr Franciscus Gallego et Torres Secr. Gnlis pro Observant[ia]

Nihil optimi Parentis verbis addendum superest, nisi quod P.P. ac Frés in Christo Charissimi hæc omnia mente et corde r[e]-
volventes, nobiscum gaudeatis atq exultetis. Gaudium equidem Nostrum vestro planè nè respondeat, vetat munus diffic[ul]-
tatibus et laboribus undequaq refertum, quod Nobis est obeundum. Timemus maximopere et iure timemus, ne forte [...]
reampse aut deficiamus. Erectâ tamen in Deum spe, et sociatis consiliis cum Rndissmo Patre Ministro Generali, futura
confidimus, ut res non ingratum finem sortiatur, quæ totius Ordinis regimen respiciunt. Ipse Rndissmus Pater Minister Gnlis
Encyclicâ quam promittit sanciet, Nos autem altera pariter Encyclica ea complectemur, quæ ad Nostræ Cismontanæ Fami[liæ]
bonum magis conferre iudicabimus. Interea pro Ecclesiæ Catholicæ Exaltatione, Eiusq hostium conversione,
Sanctæq Romanæ Sedis incolumitate, et corda et voces ad Deum in spiritus humilitate, ne unquàm effundere prætermi[t]-
tatis. Nostis quot mala Ecclesiam Dei, Sanctamq Romanam Sedem, Omnesq Ordines Regulares premant, et quot [...]
diq perturbationes, graviaq Nobis impendeant pericula, alieni insurrexerunt in hæreditatem Domini, imo ipsimet Filii [...]
gnaverunt contra Matrem suam, eorum nefarios ausus nemo est qui compescere possit et valeat, justitiæ et pietas iac[et]
jas omne, omneq sacrum abrumpitur, et quod Nos propius tangit Religiosi homines, ac ipsius quoque Religionis insig[nia]
facta sunt improbis vilissimum peripsema, quæ si vitio nostro meruimus, vehementer coram Deo dolendum Nobis est, moresq [in]
melius continuo vertendi sunt. Sin minus mentes in Cælestem Illum Judicem et Patrem coniiciamus: „Qui respicit super egenum [et]
pauperem. Quare hunc Patrem Misericordiarum, Bonorum Omnium Largitorem optimum, totiusq consolationis Fontem nedum [...]
mus, ut die noctuq et semper in privatis Omnium Vestrum Orationibus exoretis, pro iis scilicet, quos commendatos vult et iube[t]
Rndissmus Pater Minister Gnrlis, quibus Ille Nos, et universa Religio patrocinii, benevolentiæ, ac singulorum Beneficiorum iur[e]
adstringimur, verum etiam singulis diebus, donec aliter à Nobis fuerit Vobis ordinatum in Choro post Nonam vel Vesperas [vel]
Completorium, clarè et devotè, et in humilitate spiritûs sequentes recitetis Antyphonas: „ Sub Tuum Præsidium.„ Sancta
Maria.„ Salve Sancte Pater: cum suis Orationibus, addita in fine ea, quæ incipit: „ Ecclesiæ Tuæ quæsumus Domine &c.
Dum autem has ad Deum preces funditis, ne obliviscamini quæso Rndissmi Patris Ministri Generalis, tùm etiam Nostri. Qui [...]
stranum Orationum præsidio in publica re huius Cismontanæ Familiæ benè gerenda plurimùm, et semper Nos indigere [...]
gnoscimus. Valete: Patris Vos adiuvet Potentia, Filii Vos dirigat Sapientia, et Spiritûs S. Vos foveat Clementia. Datum Ro[mæ]
apud Aram-Coeli Die 15ta Mensis Septembris Anni 1792di

Fr. Bonaventura à Placentia.
Commissarius Generalis.

L. S.

De Mandato Rmi in Christo Patris
Fr Joannes Pius à Placentia Secret. Gnrlis.

Hæc omnia præsentibus Literis Vobis P.P. ac Frés Dilectissimi denuntiata mente revolvatis, nonnè exindè collig[itur]
ratio consolationis, de benè proviso Rndmo Ministro Generali, Totius Seraphici Ordinis Pastore, Rectore et Patre, tum
Rndmo Commissario Generali, cæterisq Superioribus? nonnè resultat obligatio, superexaltandi Misericordiam Omnipo[ten]-
tis Dei, cum summa gratiarum actione, pro tanta (: quâ nos gubernat :) Providentia, ita sane est, non longe sit a Vobis [...]
titudo Deo debita, sed in humilitate cordis cum Regio Psalte„ Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum miseri[cor]-
dia Eius. Non recedat a memoria Vestri studium orandi pro felici statu Ecclesiæ, pro incolumitate Summi Pontificis Pii VI. C[uius]
benignitas favorabilis Electioni, amorq quò fertur erga Ordinem Nostrum satis Vobis ex hisce Encyclicis Literis perspecta s[unt]
Non sunt tandem prætermittendæ Orationes pro Rndissmis tam Ministro quam Commissario Generalibus, ac cæteris neo[e]-
Superioribus, ut ex Eorum gubernatione, et solus glorificetur Deus, et totus Ordo Noster Seraphicus sumat incremen[tum].
Hæc agite P.P. ac F.F. Dilectissimi, nam hæc ipsa est mens in Literis Vobis transmissis a Rndissmis tam Ministro quam [Com]-
missario Gnrlibus contenta, quâ de causa Antiphonas quæ exprimuntur in iisdem Encyclicis, videlicet: „ Sub Tuum Præsi[dium]
Sancta Maria„ Salve Sancte Pater„ cum Oratione: Ecclesiæ Tuæ quæsumus Dñe &c. Patres Superiores Locales quotidie po[st Le]-
tanias de B.V.M. dici solitas a Communitate recitari faciant. Præsentes verò Nostras Literas Communitatibus perlectas et ex[tensas]
eas Protocollis ingrossari et ad viciniorem Cntum iuxta ordinem Cursoriæ transmitti curent. Valete P.P. ac F.F. Dilectmi Nostri ac [...]
factorum in Oraonibus memores. Datt in Cntu Nro Casimirienz
ad Ædes BVM ab Angelo salutatæ 18. 8bris 1792 Ao.

Fr Christophorus Rek Mnr Prolis mpp

Fr Christophorus Dobrakowski, Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformator. Provinciæ S.mæ V.s MARIÆ Angelor. in Minori Polonia Minr Provlis, et Servus.

Admodùm Reverendis, Reverendis, Multùm Venerandis, Venerandisq; Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus, Salutem, et copiosam à Dno Benedictione.

Inter lugubres Orbis vicissitudines nil tam frequentius, nil tam certius ferendum venit mortalibus, quàm illud indispensabile mortis fatum ex Doctrina Apostoli Hebr. 6. "Statutum est hominibus semel mori." Hanc enim legem mortis Deus qui dat vitam hominibus instituit, hanc Christus moriendo pro omnibus ostendit; quinimo: vitæ nostræ initium mortis nobis certitudinem facit; à qua nemo liber excipitur, nisi ille, qui nondum cœpit vivere; Testante Regio Psalte: "Quis est homo, qui vivet, et non videbit mortem." Hæc est miserrima sors hominum; ut dicitur Job 14. "brevi vivere tempore," cùm ipsa vita hominis nihil aliud est, (: ex Sententia Gregorii :) quàm "quædam prolixitas mortis," ad quam quotidie properamus. O quàm felix Ille homo! qui vivens super terram, inquilinum se agnoscit non possessorem mundi! Quia in vivis constituti, docente Paulo: "non habemus hic manentem Civitatem, sed aliam inquirimus. Quàm providus hic, qui mente revolvens incertitudinem diei mortis, de rebus transitoriis nihil solicitus, et in negotio salutis "omnes præparat impensas! Quam sapiens iste, qui ut dies æternitatis videat bonos, vitæ temporalis impendit bona piis operibus, et ne eum in die mala mortis tenebræ comprehendant, plus Deo nil mundo, plus Cœlo nil terræ penitus, plus deniq; virtutibus nil vitiis satagit famulari. Talis fuit Perillustris ac Excellentissimus Admodùm Reverendus Dominus Nicolaus Konturkiewicz quondam in Academia Cracoviensi Sacræ Theologiæ Doctor, post in Jawornik Præpositus, qui certitudinem mortis palpans, de brevitate vitæ humanæ satis instructus; non ea quæ cordis spirant vanitatem, sed quæ Oculis Domini erant placitura quærebat; amore cœlesti suffultus, bonarum operationum exemplô omnibus anteire studuit, concreditis sibi ovibus salutaria tribuens pascua, tanquam Bonus Pastor, easdem omni qua par est Charitate complectebatur; et sicut in procuranda animar. salute plurimum erat sollicitus, ita non minus etiam et suæ salutis providus. Sciens namq; sibi quandoq; ultimam vitæ periodum superventuram, minus fidens integritati morum, qui Illius bonam probârunt vitam, potius fragilitates suas noscens (: à quibus, vix quisquam liber extitit :) ut ab eis non timeret, tempestivè, præter alias tum pauperibus, tum Nostris jam Conventibus erogatas Eleemosynas in vita, etiam post mortem Nos sibi ad suffragandum devicit. Cùm itaq; jam de vivis sublatus sit, præfatus Perillustris Dominus Nicolaus Konturkiewicz Ds Benefactor Singularissimus, Nos Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi non sinè magno animi Nostri mœrore de Obitu Ejus certiores vos reddimus. Dolent non pauci, quibus morum integritate prælucebat; plangunt permulti, qui in conversatione Ejus affabilitatem experiebantur; ploremus et Nos, qui Ejus Pietatem, Amorem, ac Beneficentiam novimus. Rependamus vicem pro vice Ei, qui in Domo sua se liberalem Nobis ostendit. Effundamus preces ex Officio Charitatis pro Illo, qui Nobis benefaciens in vita, semper habuit in votis nostris orationibus recommendari. Solvamus gratitudinis debitum post mortem per suffragia Ei, qui sibi ea providit stante vita. Quare in hunc finé injungimus Omnibus Locorum Superioribus, in unoquoq; Conventu fieri

Integra

Integra Suffragia tanquam pro Fratre. Videlicet: in quolibet Conventu cantetur Missa una et semel Defunctorum Officium recitetur in Choro pro Anima piè defuncti Nicolai Sacerdotis. Quilibet Sacerdos tres Missas celebret, Quilibet F. Clericus ter Officium Defunctorum absolvat, quilibet Frater Laicus ter centum Pater et Ave, totidemq Requiem æternam recitet. Insuper quia piè defunctus Nicolaus uberiora Nobis præstitit suæ beneficentiæ documenta, majora etiam gratitudinis Nostræ Eidem debentur in Suffragiis testimonia. Ideo præter specificata integra Suffragia, recommendamus: ut in unoquoq Conventu pro Eodem absolvantur 10 Missæ, quilibet F. Clericus unum Officium Defunctorum absolvat, quilibet Fr. Laicus centum Pater et Ave, totidemq Requiem æternam recitet. Quæ omnia Suffragia ut quantocyus sinè dilatione absolvantur, obligamus Locorum Superiores; Præsentes verò Literas Communitatibus lectas et recommendatas, Protocolis ingrossatas sinè mora juxta ordinem Custodiæ ad Conventus remittant. Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes Sancti Casimiri Patroni Regni Poloniæ, et Magni Ducatûs Lithvaniæ. Die 22 Januarii. Annô Dñi 1793.

Fr Christophorus Ref. Minister Provlis

L. S.

Fr Christophorus Dobrakowski, Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformator, Proviæ Ssmæ Vs. Mariæ Angelor. in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus

Admodùm Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus, Salutem, et copiosam à Dño Benedictionem.

Non pridem de Electione Reverendissimi Generalis cœterorumq Superiorum Nostri Ordinis facta per Sanctissimum Dominum Papam Pium VI Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi notum fecimus, nunc autem Ipsius Reverendissimi Generalis mediante deatera Reverendissimi Commissarii Generalis Pastorales, plenas Charitate Paterna, zeloq manutenendæ Observantiæ, ad Vestram Notitiam transmittimus:

Fr Bonaventura à Placentia Lector Emeritus, in Universitate Cæsenæ Physices Experimentalis Jurisq Pontificii Publicus Professor et Doctor, S. Officii Ejusdem Civitatis Consultor, Totiusq Cismontanæ Familiæ S. P. N. Francisci Commissarius Generalis, Visitator ac Reformator Aplcus, Et in Domino Servus. Dilectis plurimùm in Christo Patribus ac Fratribus, Superioribus ac Subditis Totius Nræ Cismontanæ Familiæ tam Observantium quàm Reformatorum Salutem, veramq in Domino Pacem.

Hæc Reverendissimi Patris Generalis Encyclica, quam ad Vos Patres Fratresq Dilectissimi mittimus, ea est; quàm cùm de Sui ac Nostri Totiusq Generalis Definitorii utriusq Familiæ Electione Universa

Universum Ordinem certiorem reddidit, quamprimum daturum fore promisit. Ipsam utiq; Paterno
amore ac Seraphico zelo undequaq; refertam conspicietis. Audite ergo Filii Charissimi audite vocem
Patris vestri, Vobisq; curæ sit ea exequi, quæ pro omnium vestrum nedum spirituali sed et tempora:
li bono, pro majori Ordinis Nostri splendore, ac pro plena Nostrarum Legum observatione vobis ad:
implenda juste sanoteq; prascribit.

Fr Joachim Company Lector Jubilatus Catholicæ Majestatis in Regio Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis MARIÆ Conceptione Theologus, Totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, ac humilis in Domino Servus:

Dilectis plurimùm Nobis in Christo Universis Patribus ac Fratribus, Superi:
oribus et Subditis Totius Nostræ Seraphicæ Religionis Jurisdni Nræ subjectis, Salutē à Dnō Qui ē vera
salus.

EXquò inscrutabili Divinæ Providentiæ consilio totius Nostri Seraphici Ordinis Regimen
nobis immerentibus licèt fuit demandatum, ardua, queq; in Supremo Nostro Mini:
sterio passim objiciuntur, superare conamur. Nihil certè injuncto nobis onere gravius, quo am:
plissimæ ac per Universum ferè Terrarum Orbem propagatæ Familiæ Gubernium commendatur.
Hujus verò Seraphicæ Religionis Filii Patriarchæ Sanctissimi Francisci Vestigia prementes, in
eam præcipuè curam incumbunt, ut Sanctum JESU Christi Servatoris Evangelium prædicent
homines ad Christianæ Religionis Sanctissimas Leges observandas adhortentur, verbô atq; ex:
emplô ad Mandatorum adimpletionem excitent, semetipsos in omnibus exhibentes Dei Mi:
nistros in terrenorum contemptu, in virtutum amore ac vitiorum odio, per omnia et in omnibus
demonstrantes; quidquid et loquunt et operantur et cogitant, ad majorem DEI et Domini
Nostri JESU Christi Gloriam ab eis dirigi. Ita se præstare Mystici hujus corporis Membra
debent. Spiritum ergo ministrare debet Superior, velut hujus Seraphici Corporis Caput; Mem:
braq; animare ac vegetare; nonne oportet? misso igne de excelso erudiri, Dei et proximi amo:
re repleri, supernæ Gratiæ splendoribus illuminari: ut eorum possit gressus dirigere filiorum
in dissitis Regionibus "evangelizantium pacem, evangelizantium bona."

Verumtamen, cùm istiusmodi qualitatibus destitutos certò nosmetipsos agnoscimus, quid
aliud nobis agendum erit, quàm ut Omnipotentis DEI Protectionem imploremus Cujus Bo:
nitas et Clementia Summa nostrarum virium infirmitatem adjuvet atq; auxiliis suis erigat, no:
straq; desideria ad perfectionem usq; deducat. Una hæc spes ac in Domino fiducia Animū nostrum tan:
to pondere oppressum æquè ac humilitatem excitare potens erit, maximè autem, si Vos Patres in
Domino Charissimi Dilectissimiq; Filii vota precesq; vestras ad omnium Largitorem bonorū jugiter
dirigatis. His freti Auxiliis opemq; ferentibus Superis, quod primum in Nostri Ministerii in:
gressu curandum nobis proposuimus, ostendemus potissimum: Spiritum videlicet in nostris
Fratribus innovare, fervoremq; excitare ad Instituti Nostri Seraphici observantiam. Nihil equi:
dem ad hoc oportunius duximus, quàm ut Illorum qui ante nos fuerunt Sanctorum Virorum
Præclara Gesta in memoriam revocemus: Quorum et heroicæ virtutes et actiones inclytæ, dum
nos confusione operiunt, teporem in operando reprehendunt, quantumq; à nostræ Professionis sco:
po aberraverimus, patefaciunt. Cupientes igitur nostra hæc salutaria monita Encyclicis istis
redacta in nostrorum Subditorum cordibus altè infigi, memorabimus: quid Majores nostri o:
lim præstiterunt? Quales impræsentiarum sumus? Quidq; in futurum agere debeamus ad no:
stræ Professionis munia rectè obeunda. Quibus apartè et nostri Status ac Instituti Perfectio ap:
pareat, et nævi qui temporis decursu irrepserunt, patefiant, et viæ quibus tum Ecclesiæ DEI,
tum Religioni ac Statui utiles reddamur omnibus innotescant.

§ I. Redemptor Noster Populi Christiani Supremus Legislator; Qui (ut Ipse dixit) non
venit solvere Legem sed adimplere, dum Ecclesiam suam suam stabiliendo firmavit, præter illa
Divina Præcepta in Veteri Lege descripta, Consilia quædam Sectatoribus suis observanda re:
liquit, quorum observantia, etsi unicuiq; Fidelium non præcipiatur, necessaria utiq; videtur ad
omnimodè assequendam Evangelicam illam perfectionem, de qua Idem loquitur Redemptor:
"Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus. Hæc rerum volu:
taria renuntiatio temporalium et quidquid ad Evangelicæ perfectionis apicem spectat, Eccle:
siæ S.æ decorem respiciunt, Cujus est in sinu suo animas sublimium virtutum splendore or:
natas et nutrire semper et fovere. Ista Perfectionis Evangelicæ Regulæ fideliter à primæ:
vis illis Xti Sectatoribus Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis servata sunt." Erat in eis cor unū
et anima una," omnia Illis communia distribuebantur, juxta uniuscujusq; indigentiam; ut
Actus Aplorum referunt. Sic ab initio nascentis Ecclesiæ charitate perfecta conjuncti vitam a:
gebant fervidi Christicolæ, insectationes et vexationes terribiliores tribus illis primis Ecclesiæ sæ:
culis simul sustinentes. Advenit tandem optata felicitas, diesq; pacis affulserunt Ecclesiæ
JESU Christi, desiit persecutio, Christiano Nomini Reges ac mundi Imperatores accensentur:
et Religio hæc Sancta, in odium Cujus hactenus Ipsius Professores extremis suppliciis afficie:
bantur puniendi, digna visa fuit, quæ ab ipsis Imperatoribus summis laudibus commendaretur,
Ejusq; Cultores primis Reipublicæ officiis muneribusq; apparerent præficiendi. Hinc ergo pergiam
multi Christianæ Professioni nomen dabant, non utiq; virtutis amore allecti, et ea cordis simpli:
citate et humilitate à JESU Christo edoctis, imo commodis temporalibus unicè intenti, suisq; deq;

cætera

cætera ferentes. Hac improborum hominum colluvie Romanum maximè redundabat Imperium, qui Christiano Nomine contenti; gentilitatis autem Philosophicæ sectatores Ecclesiæ pacem amarissimam reddiderunt, persecutionum tempora renovantes. Verùm enimverò cùm Sanctitatis characteribûs Ecclesia Catholica ab aliis extra Se societatibus distinguatur, unaq. et Eadem semper existat, in finem usq. sæculorum permansura; necesse erat, in hac rerum vicissitudine ut magna filiorum suorum portio in Sinu Suo conservaretur illæsa, in quibus vitæ simplicitas, morum candor, charitatis fervor, et terrenorum contemptus jugiter permanerent, quæ initiô Nascentis Ecclesiæ in priscis illis Fidelibus mirabantur. Tandem in primorum Fidelium locum Monachi suffecti sunt, exempla virtutum hominibus præbentes, æquè miranda ac illa fuêre, quæ retroactis Ecclesiæ sæculis cernebantur. Jam tum à turbis populorum segregari visa fuere multa hominum millia, qui montium aspera penetrantes, in solitudinibus abditi, vitæ rationem instituêre, Angelorum magis quàm hominum propriam.

Mundanis deliciis voluntariè renuntiantes ac seculi pompis terrenisq. affectibus valedicentes, omnibûsq. privati, orationis exercitio omnino dediti, voluntariis castigationibûs corporisq. afflictationibûs exercebant, carnificibûsq. qui olim Martyr. corpora dilaniaverant, in seipsos crudeliores, voluntate Martyres merebantur. Notatu digna sunt aurea illa D. Chrysostomi verba quibûs priorum Monachatûs Sectatorum mores vitæq. rationem graphicè describit: "Namq. vitæ genus cælo dignum delegerunt Monachi, nec minorem Angelicô Statum obtinent. Quemadmodum enim apud Angelos nulla est inæqualitas, nec alii prosperè; alii in extremis malis versant., sed omnes in una pace, lætitia, et gloria, sic et in his locis nemo paupertatem exprobrat, nemo de vitiis gloriatur; meum et tuum illud quod omnia subvertit et perturbat penitus exulat. Omnia Illis communia sunt, mensa, domicilium, vestimenta. Et quid mirum? quando ipsa anima una eademq. omnibus est. Omnes eadem sunt nobilitate nobiles, eadem servitute servi, eadem libertate liberi; una illic omnibus divitiæ quæ verè divitiæ sunt, una gloria quæ vera gloria; non enim nomine sed re bona tenent: una voluptas, unum desiderium, una spes omnibus et quasi quædam norma libera quâ omnia accuratè ordinantur. Nulla inæqualitas sed ordo, conformitas, harmonia et multa concordiæ servandæ diligentia, perpetuaq. lætitiæ materia. Quamobrem, omnes omnia faciunt et patiunt. ut lætentur et gaudeât. Illic enim solùm videas hæc perfectè contingere, nusquâ alibi.

Hæc miranda virtutum exempla, non dubitatur, quin reliquos fideles Pietate salutariq. devotione afficerent, quinimo sanctitas Illorum, pænitentiâ Martyrum, instar Divini illius ignis quem Salvator venit mittere in terram erroris tenebras disparere faciebat, tepidos inflammabat; omnes deniq. ad laxioris vitæ morumq. emendationem excitabat. Stupore perculsi quodam, videbant in Sanctis illis hominibus hinc divitiarum contemptum, illinc honorum despectum, inde voluptatum fugam earumq. omnium, quæ hominum carnalium superbiam et alliciunt et fovent. His itaq. virtutû incitamentis in Deum excitati humanisq. affectionibûs superiores effecti non poterant non suaderi alia esse præter hæc, quæ videntur, superioris ordinis bona verè hominum æstimatione digna.

Igitur, cum Ecclesiarum Antistites vigilantes Gregis JESU Christi Pastores animô recolerent quantum spiritualis commodi erga oves sibi commissas afferri valebat, si ob earum oculos hi perfectionis Archetypi objicerentur, Monachos à desertis avocare, atq. ad Sacerdotium evellere cœperunt, ut officiô suô ad Altare fungentes, Populis fidelibus utiliter inservirent. In hunc finem non procul Chalcedone Rufinus Monasterium strui curavit, Cujus ad imitationem alia permulta diversis in locis erecta fuêre, ubi educabantur undeq. extrahebantur optimi Ministri Domini. Admodum difficilis, immò impossibilis relatu foret, innumera penè primi ordinis Pastorum Multitudo, qui è Monasteriis ad Ecclesias regendas singulis quibusq. seculis assumpti fuerunt; maxima itidem Sanctorum Virorum turba doctrinâ insignium atq. virtute è Monasteriis tracti ad Universæ Ecclesiæ utilitatem et obsequium: Magnus Basilius, Hieronymus, Benedictus, Chrysostomus, Magnus Gregorius, Bernardus; in Nostra Hispania Sanctissimi Germani Fratres: Leander, Fulgentius, Isidorus, Toletanus Ildephonsus, aliiq. quàm plurimi Religionis Heroes, Instituti Monastici Professores atq. Magistri, quorum doctrinâ imbuti Sectatores innumeri in agro Dominico laborantes opimis sanctitatis fructibûs Ecclesiam replerunt. Quid autem mirum PP. Frsq. mei! quòd tales tantosq. in Apostolico ministerio progressus fecerint homines Isti Dei à primis annis assuefacti obedientiæ jugo colla supponere, terrenas felicitates despectui habere, animi affectionibus dominari, dum in conspectu populorum apparebant, ut homines ad virtutes sequendas hortarentur; quidni verbis suis audientium corda mirandis affectibûs affecturi erant? Plurimùm eterim in animos influit bonorum operum exemplum, solaq. austeri hominis præsentia et bonos ædificando allicit, et sontes terrendo coërcet. Hac ergo de causa Zelantes Ecclesiarum Episcopi Eos inquirebant, ac è Monasteriis avellebant; ut omnium seculorum facti testat. Historia: ad vitia debellãda, corruptos mores reformãdos, ovesq. suas in vita pascendas (celebrandas)

Nunc verò Vos Fratres Charissimi! intentos velim, ut dum Clarissimorum Virorum, Quiante Nos fuerunt illustria facta recolimus, quæ pro Dei Nostri Gloria inclytè gesserunt, Eorum imitatione vos itidem zelô sanctô accensi pro Domo Dei, hostium impetus, qui Eam undiq. magis magisq. oppugnant retundatis ac infringatis. Utinam hic nobis vacaret Annales lustrare, Historias evolvere, pro comperto haberemus singulari Dei Providentiâ factum, plures ex Ordinibus Religiosis Viros doctrina et sanctitate conspicuos aggressos semper fuisse ad singulas hæreses debellãdas, quas Orcus tanquam furias evomuit: ac si hæc trophæa aciebus his fortissimorum Religionis Catholicæ reservata forent. Erumpit Arius, et adversùs ipsum Cœlum in Oriente concitat bellum, dum hominum linguas, non jam contra conservos sed contra omnibus imperantem Dominum armat Verbi Divinitatem impetens; et ecce è regione: Magni Antonius et Basilius eorumq. Sectatores, Orthodoxæ fidei gladiis armati præliantes prælia Domini! Volitat hæreseos Arianæ flamma devastans ab Oriente usq. ad Occidentẽ: sed Augustini et Benedicti Discipuli purissimis doctrinæ Catholicæ aquis nedû suffocant, imo restringunt omnino.

Quis Hispaniæ Nostræ Gentem Gothorum latè dominantem atq. Ariana labe infectã ad fidei Catholicæ lumen revocavit? Quis Regium Juvenem Hermenegildum ut pro Fide Catholica

Decerta-

decertaret usq; obitum instruxit? Quis Reccaredum piissimum Regem in eam sententiam adduxit, ut abju-
ratâ hæresi Arianâ in tertio Toletano Concilio Catholica veritas conclamaret, atq; in omni Regno sola ab
omnibus profiteretur? Nonne hæc omnia præstitit Ille Vir clarissimo Visigothorum Principum sanguine
procreatus Leander? Qui Clerô ac Populô exposcentibûs è Monasterio avulsus, Archiepiscopus His-
palensis consecratur. Quis Arianã hæresim ab Hispania demum eliminavit, funestissimo huic
monstro mortale vulnus infligens? Nonne hic fuit Leandri Germanus Frater Doctor Egregius, Catho-
licæ Ecclesiæ novissimum decus, in sæculorum fine doctissimus, et cum reverentia nominandus Isi-
dorus? Quid de Te prædicabo Beatissime Vir Agalensis Abbas, Ecclesiæ Toletanæ decus ô Il-
dephonse! Per Te vivit Domina Nostra quæ cæli culmina tenet, dum Elipidianam hæresi
tollentem perpetuam Dei-Genitricis MARIÆ Virginitatem doctissimè confutâsti ab Hispaniaq;
depulisti? Quis Petri Abæradi, Gilbertiq; Porretani errores confutavit, et ad eorum abjurationem in
Conciliis: Senonensi atq; Remensi illos adegit? Quis Petri Leonis schisma compressit? An non
hæc aliaq; clarissima gesta feliciter consummata fuêre à Magno Claravallensi Abbate, innume-
ror. Filiorum Patre, plurimorumq; Monasteriorum Fundatore Inclyto? Quid autem breviori elogio
commemorem Sanctissimos Patriarchas Dominicum atq; Franciscum! Hi Duo Luminaria ma-
gna in Ecclesiæ firmamento posita. Hi Duo Cælestis Patrisfamilias Operarii, horâ undecimâ
ab Eo missi, ut Vineam suam per Se ac suorum Institutorum Professores excolerent, ac diversorum
hæresum sectatores qui velut vulpes parvulæ eam demoliebantur, caperent, insectarentur, abigerent.
Hoc et per Se præstitit Dominicus, et nunc per suos Alumnos præstat, qui semper vigiles Ecclesiam
Dei custodiunt. Hoc et Franciscus præstitit, Filiorumq; suor. zelô et constantiâ executus est, qui va-
rias Europæ Provincias peragrantes, diversarum hæresum erroribus quibûs scatebant liberas reddi-
derunt. Quomodo obliterari poterunt aliquando trophæa illa gloriosa, quæ ab Hæreticis Maniche-
is, Patarenis, Hussitis, Thaboritis, Fraticellis, atq; Judæis in Italia, Illyrico, Sarmatia, Panno-
nia, Bohemia, finitimisq; Regionibus reportavêre Magnus Capistranus et Jacobus Picenus.
Num Purpuratũ Illum Minoriticum Heroëm Toletanæ Ecclesiæ Archi-Præsulem, Hispaniæ
Universæ iteratò Præfectum Ipsiusq; decus et ornamentum Franciscum Ximenium, de cineris-
memoria nobis excitandum reputabimus. Qui virtute ac constantia pari Ecclesiæ hostes nedum
debellavit, verum etiam opportuniores Regulas apparavit, atq; in futurum stabilivit ad Fidei Ca-
tholicæ puritatem in Hispania Universa conservandam, quæ jam tum apud exteras quoq; Gen-
tes Ecclesiæ Paradisus meritò audit. Quanam igitur confusione ac rubore suffundi inevitabile
Nobis foret Patres Fratresq; mei! si mirandis hisce Majorum Nostrorum exemplaribq; exci-
tandi, timidè adversus hostes Ecclesiam Catholicam oppugnantes procedamus. Tunc profectò
ignominiam dedecusq; Illi feremus Professioni, heroicis præclarisq; nostrorum Prædecessorũ
factis decoratæ. Nequidem enim vel summatim præstantissima obsequia recenseri queunt, quæ à
Viris Illis erga Religionem ac Statum gesta fuêre; nulla est super Terræ faciem Natio vel remo-
tissima, ubi manifesta sui Apostolici laboris signa non extent. Remigius Rhemensis Episcopus
baptizato Francorum Rege Clodoveo, primus omnium, doctrinâ et miraculis Francos ad Christi
Domini Fidem perduxit. Augustinus Cantuariensis Præsul à Magno Gregorio cum aliis Mo-
nachis in Angliam missus, totam Insulam Evangelio subdidit. Patritium Hybernia suum
vocitat Apostolum, Germania Bonifacium, Bohemia Cyrillum. Martinus Duminensis Mo-
nachus Braccarensisq; Archiepiscopus Theodomirum Suevorum Regem in Gallecia dominan-
tem ad Fidem Catholicam, objurgatâ hæresi Arianâ cui favebat, cum omni Gente sua convertit.
Suecia, Dania, Saxonia, permultæq; aliæ ad Septentrionalem Europæ Plagam habitantes Natio-
nes, quæ in gentilitatis erroribus versabantur, quibusq; septimi à Christo Nato sæculi initiô
veritatis Evangelicæ Lumen nondum affulserat. Monachor. prædicatione, miraculis ac laborib.
septimô ipsômet sæculô nondum elapsô ferè omnes JESU Christi Fidem jam amplexatæ fuerant.
Nihil est autem, cur remotissima exempla in medium adducamus; cùm omnibus innotescat: quan-
tum Religiosar. Familiarum Alumni tribûs ferè abhinc sæculis adlaboraverint, ut Ecclesiæ Ca-
tholicæ jacturam damnaq; repararent, quæ Lutheranor. Calvinistarum, aliorumq; perditionis fi-
liorum furore illata fuêre, plurimis Europæ Provinciis ab Ecclesiæ sinu avulsis. Illi in remo-
tissimis Asiæ atq; Africæ Oris Crucis Vexillum erexerunt; Martinus de Valentia cum du-
odecim Sodalibus Minoritis, Franciscus Solanus, Ludovicus Bertrandus, Sebastianus ab Ap-
paritio, Margillus; cæteriq; ex aliis Religiosis Ordinibus Apostolici Viri, adeo magnam in-
fidelium multitudinem ad fidem reduxerunt in vastissimis Americæ Regionibus, ut Ecclesiam
Sanctam innumera Veri DEI Cultor. multitudine maximè gloriosâ inclytamq; effecerint.

Quantum ergo Solatii spiritualis accepisse creditur Viros hos Apostolicos, dum adeo aper-
tam DEI Omnipotentis Protectionem suis desideriis atq; conatibus opitulantis experiebantur! Nos fe-
lices! si promissis in nostra Professione DEO factis fideles Nostrorum Majorum Vestigia premamus
inceptum ab Ipsis opus prosequentes, Sanctæq; Ecclesiæ hostibus occurrentes. Tunc utiq; de Superna Pro-
tectione securi, ut nostri quondam Patres secundare possemus, qui talia tantaq; in Religionis atq;
Statûs gratiam et obsequium perfecerunt egregia facinora, quæ ab Ecclesiæ Præsulibus, Christia-
nisq; Principibus certatim remunerabantur. Undenam tot Privilegia? tot Generosæ largitiones?
tot copiosa munera? Nequeunt perlegi, quin animum teneritudine afficiant Regia Illa Chirogra-
pha Religiosis Domibus concessa, Christianæ Pietatis ac devotionis Monumenta. Fervidis ac jugib.
Monachorum precibûs à Superis Protectionem Reges sperabant, de hostibus victorias reportabant, Re-
gnorum suorum Prosperitatem et Pacem Populorum felicitatem ac ubertatem in tuto collocabant.
Ecclesiarum Pastores Gregis suæ curæ commissi satagentes, dum Viros Religiosos mente versarent ma-
ximè Sibi opitulatum iri, si et doctrinæ Sale Ovium suar. Mentes condirent, bonorq; operum luce præirent,
in partem laboris adscitos hos optimos Operarios peroptabant, plurimiq; faciebant. Eaq; de causa (: quod ma-
ximè animadvertendum :) ipsis agentibus et exposcentibûs plurima eaq; maxima à Sede Apostolica ema-
nârunt Privilegia et Exemptiones, quibûs usq; huc fruunt atq; conservant Religiosa Monachorum et Men-
dicantium Instituta. Summatim ergo Evangelii Prædicatio, in bonis Operibus conversatio vitæ

et morum

ac morum institutio, aliaq permulta, et hic commemorata et silentio missa, quæ à Fratribus in DEI
riam in Ecclesia obsequium, in proximor profectum maximis laboribg consummata fuêre, dignos Eos
diderunt: quos Sancti Patres summis laudibus ac preconiis extollerent. Magnus Basilius, Atha-
sius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Bernardus, pluresq alii, Instituta Religiosa, eorq
Professores maximè commendant, summasq laudes in Illos congerunt, Christianæ Reipublicæ dec
Gregis JESU Christi nobilissima electaq portio, Ecclesiæ Catholicæ gemma, decor et ornamentũ. Quam
gna Religiosæ Professionis Encomia quæ honoris gradũ virtute promeritũ Majores nostri conscenderunt!

§ II. Nunc Patres ac Fratres Dilectissimi! dum nobis quem incurrimus deciduus abjectusq Statu
ante oculos obversatur. Quidni, Hieremiæ desolationem Sanctuarii lamentantis verba usurpare
ritò poterimus? " Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sun
lapides Sanctuarii? Quis à piis Religiosæ professionis Institutis splendorem abstulit? quis mica
tia lumina obscuravit? imo extinxit: quæ in cunctorum oculis collucebant, omniumq gratiam conc
liabant. Profectò, negare non valemus, novissimis hisce temporibus homines impiissimi, incre
ti, nullam profitentes Religionem, nullum adorantes Numen, Dei existentiam impiè inficiantes,
cujuscunq superstitionis sequacibus indulgentes, veniam concedunt, Sacras Religiosas Familia
colorare detrectant; Verumtamen, cùm eorum conatus imbelles efficiat ipsamet, quâ tenentur inc
dulitas et irreligio: velut "sagittæ parvulorum factæ sunt (: contra Instituta Religiosa:) plagæ
orum, et infirmatæ sunt (contra ea) linguæ eorum. Aliunde itaq Fratres! petenda venit no
Professionis despectio, nostri Status abjectio, alia nostræ infirmitatis origo. Præcipuus tot malorum
fons aliud utiq non est, nisi veræ Vocationis defectus in his, et quidem in plurimis, qui Statu
ligiosum amplectuntur. In Eo multa nobis observanda proponunt et præcepta et consilia, perf
ctionem semp exequi obstrictis. Hinc cogitata nostra, operãones, atq verba ad Vitam æterni
dirigi oportet. Verus JESU Christi Discipulus, Paupertatem divitiis præferre debet, humili
tem honoribus, aspera commodis, Crucemq Salvatoris, omnibus quæ à mundi sectatoribg ap
petunt et magni habentur. Hæ semitæ Justorum rectæ, quas calcari ab omnibg conduci
qui per Professionem Religiosam sponte abnegantes semetipsos tollunt Crucem suã, pos
Christum venire volentes. Sed eheu! fatale malũ! Plurimi falsa Vocatione decepti, requ
em quærentes ubi labor, delicias ubi asperitates, abundantiam ubi egestas, honores ubi abje
ctio, vanis spebus delusi; Jugum Christi suave, asperrimũ sibi reputant, atq onus leve gr
vissimum sentiunt, et à se abjicere conantur. " Hi murmuratores querulosi, secundum
sideria sua ambulantes - - et os eorum loquitur superbiam. In obedientia servitute fingunt
in Paupertate Evangelica duram egestatem, in humilitate dejectionem ac cor immodicã ho
norum cupiditatem. Quot ergo mala Ordinibus Religiosis afferunt hujusmodi tines
ptis in Officio quibus contineri debuerunt habenis? Ex incommodis quibus aliæ hominũ
cietates sunt ob suorum individuorum ambitũ obnoxiæ, concludere licet: quæ et quanta m
lemorigeratorum Fratrum ambitione, pravisq moribus, Instituta Religiosa patientur. Qui
non ambitionis idolo ambitiosus homo concupiscit atq libat! Reipublicæ bonũ proprio co
modo posthabet, honorem contemnit, animam vitamq suam despicit, oã nihili pendit, dũ q
peroptat assequatur. Quanta mala in orbe ex hac malor omniũ radice! quot bellor strag
Imperia eversa, Jura Sacratissima violata. Quid ultra? In cœlũ usq ascendere præsumpsit rebel
lium spirituum præs- ambitio, dum Ille, qui manè oriebat Lucifer, Altissimo similis esse concupiscens, supe
astra Cœli exaltare voluit solium suum. Quæ ergo calamitates, quæ infortunia pertimesci non pote
dum detestabile hoc ambitionis vitium, Instituti Religiosi professores occupat? Hac animi affection
abrepti, nihil illis impedimento est, quominus Fratrum suorum imperfectiones in vulgus effutiant, e
fucatis coloribus depingentes, quibus ipsorum versuta malignitas affluit. Etiam Ordinum Recto
res, Primariosq Viros, præpotentes, injustos, vaferrimos, inobservantes, ultores, conclamitant, aliisq
vitiis imbutos, deformes apud omnes reddere audent calumniatores isti pessimi. Hinc mundani ho
mines, quibus Regiminis Regularium levissima perfunctoriaq notio inest, quosq corruptor Frat
queruli clamores maximè excitant, Religiosos Ordines velut monstra quædam horrenda discordissima
sibi fingunt. Hinc Ordinum Regularium Mystica Corpora viribus prope destituta, debiliaq effecta, ad
discolos coërcendos, sontesq puniendos, non sunt satis; utpote qui præpotentium favore suffulti, Præ
latorum suor Autoritati, debitæq subordinationi deficiunt. Si quando verò ad munia vel levissima
quibus ex Obedientia tenentur obeunda arctantur, illico conclamitant, vociferant, queruntur infe
ri sibi vim, ordinemq debitũ invertentes, contentiosè in jus omnia deducere conantur. Hoc itaq modo fu
damentis eversis super quibus Sanctissimi Fundatores Instituta sua Religiosa stabilita voluêre, quid
mirum? si in deplorandum dejectionis statũ præproperè devenerint.

Regimen enim Patres Fratresq mei! Religiosarum Familiarum à primæva Monachatus ori
gine Paternum fuit, idemq vel simillimũ Regimini Patrisfamilias in domo sua. Monachorum
Societates ab initio Præfectum eligebant, quem Abbatem syriacè, latinè Patrem vocitabant, huiq
mnes optemperabant præcepta imponenti, pœnasq transgressoribus taxanti. Sic in Sanctor Pachomii,
dori ac Benedicti Regulis legitur. Eandem ergo erat vitæ ratio, gubernijq methodus in Monaster
ac in privata domo; adeoq submissè Abbatis Voluntati atq dispositioni parebant Monachi, ut nu
la vel ratione vel prætextu Ei obsisterent. Noverant optimè Monasticæ vitæ Professores Primævo
Fideles Principum ac Præfectorum jussis et Edictis semper paruisse, quantumvis in Eos primis
clesiæ seculis immaniter sævientium. Equidem inter persecutionum discrimina; graviorum suppli
rum, mortisq reus dijudicabatur, Qui Christiani Nominis Sectator agnoscebatur; Sed quamvis inju
stis his vexationibus ubiq terrar agitabant Xtiani, nulli alii inter subditos Romano Imperio Gente
Romanis Principibus fidelissimi æquè, ac Christiani, inventi fuêre, tributis ac vectigalibus solvendis pro
ptiores. Nemo unus ex gentibus ausus unquam fuit, ullum ex Christianis vel infidelitatis
arg

arguere, vel proditionis insimulare. Salvatoris Doctrinâ instructi: "reddebant Cæsari quæ Cæsaris erat," Principibus præstantes timorem, honorem, obedientiam, etsi potestate sibi tradita abutebantur.

Hæredes itaq; constituti Monachi perfectionis ac spiritus priorum Evangelii Sectatorum, suorũ Superiorum Præceptis nullam quærentes excusationem humiliter parebant. Nil omnino erat, quod Prælatum à dilectione et honore sibi ab inferioribus debito deturbare posset, etiamsi imprudenter aliquãdo præciperet, si Ejus partium Asseclas anteferret, si à Sui Amititia alienos quãq; molestiâ afficeret; viros perfectionem anhelantes non latebat, quoq; Præpositos à DEO esse: Probos; ut aliorum felicitati prospiciant, improbos; ut per Illos boni exerceantur, et malorum iniquitates puniantur; sicq; in quibuslibet Vocem Domini agnoscebant, Divinæq; Potestatis participationem venerabantur, ac ijs humiliter subjiciebantur. Beata illa tempora' quibûs aliud ñ erat subditis judicium ad obediendum, quàm Voluntatem Superioris intelligerent. Hæc illa est Obedientia quam Seraphicus P. N. Franciscus in Minoribus suis ardenter optabat, hoc præceptô Regulæ suæ: quo strictè adparendum Superiori obstringimur nisi fortè contra Legem aliquid præcipienti, in cæteris voluntas nostra prona semper ac parata esse debet. Postquam autem Obedientiæ Religiosæ votum vitiatum ac prope à suis Professoribus obliteratum fuit, quibûsdam in propriæ voluntatis favorem rationes adducentibûs, Status Religiosus, iis "qui ex adverso sunt" in opprobrium devenit ac fabulam. Innumeri ferè sunt Religiosorum Ordinum hostes, detractores atq; calumniatores, qui occasione arrepta vocem attollunt, ipsorumq; perfectionem vel levissimâ causâ labefactare machinantur. Indisciplinati Fratres Legum pœnis obnoxii dum impunè abeant, nulla est illis cura, quin totus Ordo calumniatorum censuram subeat vel acerrimã. Hac ergo de causa absterriti Superiores Prælati, impendentia mala metuentes Ordini, Eorum curæ ac Regimini commisso, ob effrenatam dissolutorum Fratrum licentiam incerti hærent, pendentq; animô: Sicq; debili summopere effecta Officii Auctoritate vires deficiunt ad sistendos contradictionum turbines, laxantur Regiminis fræna, enervantur Leges et Statuta, inevitabiliq; necessitate sequitur et Præceptorum inobservantia et severioris disciplinæ relaxatio. Susceptum Instituti munus deseritur, et qui aliis exemplô præire debeamus, offensioni potius atq; scandalo simus. In hac malorum colluvie communiq; rerum perversione non desunt optimi Fratres, Qui cum gemitibus ad DEUM clamantes Ejus Protectionem implorant. Quam ergo viam inibimus PP. Ipsiq; mei! ad recuperandas vires malaq; vitanda, quæ corpora Religiosa ut perniciosa lues inficiunt ac destruunt.

§ III. Scopus hic est in quem Encyclicæ istæ nostræ collimant. Ante omnia itaq; si Familiam nostram Seraphicam ab enumeratis damnis expeditam volumus incolumemq; in posterum præoptamus, Illorum Qui ad Ordinem veniunt exploranda nobis diligenter Vocatio est. Ad hoc permagni interest: Illos Fratres Novitiorum Magistros designari, Prudentia, pietate ac intelligentiâ præditos, qui probè noverint qualitates Juvenum explorare recipiendorum, quos si agnoverint ad vitia proclives parumq; ad honestatem propensos, à professione utpote Religioni inutiles imo perniciosos arcere curabunt, certiores eos reddentes: Statum Religiosum tutissimum aliis portum adversus Mundanas procellas, illis Stationem fore malefidam, ubi passionum fluctibus, tentationumq; tempestatibus obruti in æternæ perditionis barathrum ruant. Eos autem, quos optima indole honestisq; moribûs ornatos noverint et experti fuerint omnî studiô ad virtutem excitabunt, ipsorum animos fingentes ad nostræ Professionis normam: cum verum sit illa quæ in cordibus Juvenum jaciuntur prima semina, mores in extremam usq; senectam permansuros germinare. Novitiûs ita in Religiosis moribus optimè instructis et Præceptorum Regulæ nostræ gnavis, emissaq; tempore debito Solemni Professione, curabunt Prælati Locales ne extra Conventũ quovis quæsito colore pervagentur, sed in eo sub Magistrorum disciplina maneant; cum pernicies nequeat justè ponderari quam sæculi commercium, primis à Professione sua annis, Juvenibus importat. Insunt tunc eis, imbellis virtus, vividi affectus, pronaq; voluntas et ad quælibet movendum facillima; Proindeq; rigida in domo reclusio et à sæcularium collusione separatio, immunes à sæculi corruptione et vitiorum contagio reddet. Huic vitæ rationi à Juvenibus inviolabiliter observandæ accedere debet methodica instructio Religioso Instituto conveniens ac propria.

Ad hunc finem assequendum Provincialium Ministrorum cura erit: ut Juvenes (iis rudimentis instruantur, quæ et intellectui ad Facultates naturales acquirendas lucem afferant, et ad Sacrorum Studium viam sternant. Quare) ii ad habitum recipiantur, qui latinitatem perfectè calleãt, temporeq; à Professione ad Artium studia inchoanda intercurrente Rhetoricæ præceptis vacãtes, Styli puritatem geniusq; ornatè dicendi addiscant, Magistrîs ad hoc designatis ut Ord. Sta. præscribunt.

In Philosophicis Studiis præcipua Lectorum cura erit, ut Juvenes* iis rudimentis imbuãt quæ et intellectui ad Facultates nãales acquirendas lucem afferant, et ad Sacrum studium viam sternant; omnemq; diligentiam adhibeant, ut eos à Philosophicis Systematibus avocent, quæ arrogantiæ fastu spiritum replent, mentemq; haudquaquam illuminant, quinimo obnubilãt. Hi scioli sunt, de quibus loquitur Hieremias Propheta: "Intellexi" Stultus factus est omnis hõo à scientia: Arcana quæq; volentes investigare, superbiâ obcæcati, nolunt agnoscere, vanos esse omnes homines in quibus non subest Scientia DEI." Appositèq; Ecclesiastes: Intellexi, quod omnium operum DEI nullam possit homo invenire rationem eorum quæ fiunt sub sole, et quãtò plus laboraverit ad quærendum, tantò minus inveniet." Totis ergo viribûs incumbant Magistri ad Discipulos suos arcendos ab exitiali illa Philosophia cordis corruptrice, semp in facultate Physica præferentes Systemata veræ Religioni maximè consona, Eos identidem imbuentes solidiorî doctrinâ, atq; ad impugnandos libertinor Philosophastrorum errores accommodatiori.

Dum ad Theologicas Disciplinas addiscendas Juvenes Nostri devenerint, sedulam Lectores navabant

bunt operam ut eos sanioribûs doctrinîs instruant, quas in purissimis Sanctorum Patrum fontibus Ipsi hau
rint omnem Scholarum praeoccupationem fugientes. Scholastica Methodus ad inquirendam verita
maximè commoda, utilis admodùm erit ad omnes S.ae Theologiae partes, Cui Divinar. Literar. Tra
tionum, Conciliorum, Sanctorumq. Patrum notitia non vulgaris adjungi oportet, ut Juvenes lecti
mi evadant, qui hostibus Religionem oppugnantibus occurrere valeant trophaeaq. ab ipsis repo
re queant. Hic recensendùm Scriptorum Locus aptior, quorum opera atq. scripta in praeceptatio
plurimùm conducere judicamus. Sed brevitatis ergò ad Encyclicas Nostri Praedecessoris Literas qu
prae omnium oculis versari cupimus Lectores missos volumus. Veruntamen silentiô praeterir
possumus exactiorem ipsis observantiam commendare Statuti Mantuani in Valentino General
Capitulo renovati et confirmati, quô S.ae Theologiae Lectoribus, aliisq. omnibus praecipitur: quaten
doctrinas tutiores et probabiliores semper doceant et amplectantur caute probabilismo, quem toti
viribûs Majores Nostri doctrinâ et sanctitate celebres insectati fuere ceu fontem laxitatis et Christi
anae vitae morumq. corruptorem.

Demum cùm nostris hisce temporibûs maximi momenti sit, in Sacris Canonibus atq. Eccle
stica Disciplina Instructio, plurimi nostrâ interest har.ae Facultatis Studium ad nebulas dissipan
quibûs Ecclesiae Catholicae hostes certissimas optimi regiminis Regulas obscurare conant. Quapro
praecipimus: ut in singulis nostris Provinciis duo ad minimum ex Lectoribus Sacrae Theologiae
signentur, qui in Sacris Canonibus et Ecclesiastica Disciplina solertioris ingenii Juvenes instru
quibus meritò deputabitur instructio isthaec ad primas Cathedras obtinendas. Optima autem sup
omnia Juvenibus Religiosis instructio elargienda ea erit, quâ ipsorum cordibus altiùs infiga
Timor Domini Initium Sapientiae, virtutisq. amor et studium quibûs sibimet proximoq. uti
efficiantur. Ad haec plurimùm confert bonorum operum exempla ante eorum oculos obver
ri, quibûs ad recte agendum excitentur. Quandocunq. enim fervidi ingrediantur Religionem Juv
si emissa Professione antiquiores in Ordine viderint Regulae infractores sanctarumq. Legum conte
ptores, tepescunt facilè, pravôq. exemplô abrepti, perversionis vias ingrediuntur maximô Religi
detrimentô. Ut igitur incommoda haec, quâ par est sollicitudine in posterum vitentur, maximi in
fert, eos Religiosis domibus praeficiendos, quos constet multùm zelo ac integritate vitae valere, ut Discipl
Regularis Observantiam ubi viget conservari faciant, et ubi deficit, constanter instaurent. Tunc vero
ptimis hîs dotibus praediti eligentur Praelati, si ab Officiis Ordinis removeantur quos Ambitionis
ta incurit. Ad hoc Praelatis Religiosis injungimus, ut ad unguem observentur Summorù Ponti
Constitutiones et Decreta, praesertim Urbani VIII. Bulla incipiens: Admonemur. Et Benedicti
ea quae incipit: Universalis Ecclesiae Regimen. Harum exactiorî Observantiâ Ambitioni multor.
praecludetur aditus, qui Censurar.m Ecclesiasticar.m timore posthabito, paenarq. in Statutis contentaru
immemores, saecularium Personarum favore ad Ordinis Officia aspirant.

Administratione demandata Conventuum Praelatis exactioris Disciplinae Zelatoribus, eximia
virtute et charitate praeditis, in ipsis efflorebunt: Regularis Observantia, pax, Concordia fratrù, an
morumq. consensus, vel ipsi contumaces ac seditiosi acquiescent, dù Praelatum videant mansuetudin
plenum, pacem anhelantem, pariq. cum omnibus humanitate ac Benevolentia se habentem. Haec via
ditorum Fratrum voluntatibûs in Praelatum devinctîs etiam Illius nutibus obsecundabunt Officio
suorum partes abundè explebunt. Sic recursus extra Ordinem jam num frequentissimi vitabunt, qu
bûs bonum Praelatorum Nomen diffamatur, etiamsi justi innocentesq. demum agnoscantur; sic Ord
Leges et Statuta reverebuntur omnes, et perversissimi, cum à Superioribus observari animadverteri
sic deniq. Obedientia Religiosa, lux illa splendens, quae Professorum suorum gressus dirigit, ut ad pe
ctionis apicem absq. periculo deveniant, novas indies vires acquiret novaq. virtutum exempla mon
strabit, quae olim cunctorum oculis praelucebant. Haec aliaq. plurima bona expectari poterunt, cùm Pr
lati eligantur Prudentes, optimîsq. qualitatibûs praediti, quibûs Bonus Pastor ornatur, Qui ov
suas et doctrinae sale, et virtutum exemplîs informat.

Altissimam etiam zelantes Seraphicae Regulae Nostrae paupertatem, quae Ordinem Nostrum al
tiis apprimè distinguit maximeq. nobilitat, abusus omnes eliminari vehementer optamus qui ir
pserint, cùm certocertiùs quaelibet vel levissima hujus Voti transgressio notabilem nobis deformita
afferat, quae saecularium etiam Personar.m animos offendit. Hinc Superioribus Omnibus strictè praecip
mus: ut omnî curâ super subditos suos invigilent in Exactissima Observantia à Seraphico Pat
archa Nostro tantopere commendata, paenis in Statutis contra ppositis reos taxatis in transgressores ani
Aequè necessarium S.ae Orationis studium & exercitium ducimus, cui caetera temporalia deservire deben (adigen
ne in nobis devotionis fervor tepescat atq. extinguatur, et qua deficiente, deficit etiam Instituti Re
ligiosi decor et ornamentum. Hinc Magnus Basilius in Regula Monachos suos alloquens, as
bat: "Rerum Divinarum contemplationem omnibus aliis anteponi debere." Hieronymus asser
"Verum Religiosum vocari non posse Eum, Qui caelestium meditationi incumbere negligit." Se
raphicus quoq. Doctor Noster Bonaventura adjicit: "Revera Religiosus Orationem assiduè non
frequentans, non solùm est miser et inutilis, quinimo coram DEO fert animam mortuam in co
pore vivo." Minimè itaq. dubitandum venit, animi languorem atq. teporem qui in plerisq. Fra
tribus observatur, originem ducere, à laudabilis hujus sanctiq. Exercitii omissione. Namq. à pri
ma aetate rerum sensibilium notionibus assuefacti, magna postea difficultate praepedimur, qu
minus Intellectum in rerum aeternarum ac spiritualium meditationem elevemus, sensibiliu
et terrenorum objectuum praeoccupatione defixi; quae imperfectio animabus maximè nocua
rigi solummodò poterit frequentiorî sancta orationis studiô. Ob hoc Praelatis Locorum Eorum co
scientias onerando injungimus: ne quovis praetextu aut occasione omittat, imo inviolabiliter o
servet, quod adeo salubriter à Majoribus nris super Oratione mentali bis in die ad horâ ptrahendar
statutum est.

Cùm au

Cùm autem admodùm difficile sit ac ferè impossibile in via perfectionis progredi absq; ea interiori pace, mentisq; quiete, quæ omni prorsus terrenorum abstractione sensuumq; abnegatione solummodo assequitur, necessi omnino erit viam spiritûs ingredientibus curis omnibus à nostra Professione alienis abstinere. Hanc à rebus sensibilibus abnegationem, ut DEUM invenire valeamus variis Sacrarum Literarum Testimoniîs edocemur. Sic per Oseam Prophetam de anima Justi perfectionem aspirante loquitur Dominus: "Ducam eam ad solitudinem, et loquar ad cor ejus." Sic Regius Psaltes, Qui "elongavit fugiens, et mansit in solitudine" ajebat: "Concaluit cor meum, et in meditatione mea exardescet ignis." Sic demum Redemptor noster Qui nos docuit clausô ostiô orare Patrem in abscondito," secessit in montem solus orare, et erat pernoctans in Oratione DEI." Deniq; ut animi puritatem conservare valeamus, quam in Professione nostra DEO obtulimus, necessaria nobis est, ait Seraphicus Doctor sequestratio omnimoda à seculi commertio. Ut igitur hæc impetremus, quibus ad æternam felicitatem consequendam via sternitur, singulis quibuslibet annis exercitiis spiritualibus ad certos dies vacare debemus, rerum Divinarum contemplationibus mentem excolentes, quia etsi vitæ nostræ methodus optimarum Legum sanctionibus instituta, apta utiq; sit ad perfectionem assequendam, cùm vero quotidiana in eisdem actibus occupatio, frequens disciplinæ regularis in pluribus relaxatio, necessariò subeunda personarum secularium communicatio, aliaq; quibus implicamur, nostræ Professionis curæ tepidos nos reddunt ac remissos, his incommodis obviam ire cupientes Prædecessorum nostrorum mandata innovamus omnibus Fratribus ac Monialibus Nostri Ordinis injungentes, ut per dies novem Annîs singulîs Exercitiis Spiritualibus vacent, servatîs omnibûs quæ super ea re Mystici præscribunt.

Postquam ergo præmemoratîs modîs quibûs nihil opportunius ad reformandos mores, renovato homine interiori, spoliantes veterem cum actibus suis, novum induamus, qui secundùm Deum creatus est; id nobis maximè curandum erit, ut in Choro cæterisq; Communitatibus, ea quæ viros religiosos decet modestia cultusq; servetur, in Horis Canonicis persolvendis Divinisq; Officiis celebrandis ea devotio, gravitas et religio splendeant Sacris Mysteriis debitæ. Et ne plus justò increscat Pastoralis instructio Nostra, breviori perstringimus stylô quæ observanda ab omnibus volumus; Provinciales Ministri dum Provinciarum suarum Conventus visitaverint, Confessores omnes de Casibus ad conscientiam spectantibus Moralisq; Theologiæ debita instructione examinare curabunt, quod itidem cum Sacerdotibus omnibus præstabunt circa Ritus in Missæ Sacrificio servandos; Eos à Ministerio Altaris arcendo, quos parum instructos repererint ad Sacrosancta Mysteria qua par est Dignitate celebranda. Eisdem pariter Provincialibus injungimus, quatenus exactam inquisitionem de vita, moribus et scientia Eorum qui ad Prædicationis Officium assumuntur per se faciant; utq; meliùs prædictæ qualitates ad hoc Ministerium laudabiliter exercendum requisitæ dignosci queant, peractô Studiorum curriculô à Definitoriis Provinciarum Prædicatores instituendi examinabuntur super Scriptura Sacra, Sanctorum Patrum Artisq; Oratoriæ intelligentia, iiq; Prædicatores Conventuum designabuntur, qui præ cæteris instructi appareant. Quod in Capitulis et Congregationibus fieri mandamus, servatâ oppositionis formâ; Siq; ad Prædicationem Conventualem semel assumptus, ab ea nullatenus removeri, nisi justa id exigente causa à Definitorio approbanda, queat. Cùm autem S. Evangelii propagatio in dissitis infidelium Regionibus Seraphico Minorum Instituto proprior sit, His quibus ad Munus hoc Apostolicum vera Vocatio inest, omnibûs modîs à Superioribus opitulabitur, ut ad exitum perducatur; dumq; ad propriam Provinciam Missionibûs tempore præscripto peractîs reduces fuerint, omni diligentiâ, condignô laborum meritorumq; suorum, quorum nonalia maxima, remunerabuntur præmiô.

Demum Omnes Fratres monemus et hortamur in Domino, ut pacem, charitatem ac unitatem quam Discipulis suis JESU Christus Redemptor Noster adeo mandatam reliquit, inter se conservare studeant, utpote maximi momenti ad Perfectionem Instituti Religiosi, ad disciplinam Regularem in Communitatibus fovendam. Ubi enim pax deest, perfectaq; Fratrum charitas à Domibus Religiosis exulat, nihil boni sperandum venit. Hinc D. Hieronymus eas horroris atq; confusionis habitacula vocat: "Charitas (: inquit Maximus Doctor :) Monachos facit, sinè hac Monasteria sunt tartara, habitatores sunt dæmones; cum hac vero sunt Paradisus in terris, et in eis degentes sunt Angeli." Ideoq; licet Vos longa macerent jejunia, abjecta et nigra vestis deformet, longa officiorum et operum texat series, si intus desit charitas, ad infimum nondum Religionis gradum perventum est. Perfecta ergo charitate suffulti, in abjectione alacres, in Fratrum imperfectionibus ferendis patientes, in laboribus nostræ Professionis lætantes, Jugum Religionis ob JESU Christi Amorem leve nobis ac suave facilè tollemus. Modestia nostra, mansuetudo, humilitas, patientia perfectaq; charitas luceant coram hominibus, "ut videant opera nostra bona," hisceq; exemplîs excitati in melius mutentur. Sicq; quod nostri Instituti proprium est adimplebimus.

§ IV. Cùm ita demum Saluti Nostræ nedum consulentes, verùm etiam proximorum nostrorum bono atq; felicitati adlaborantes, Instituti Nostri partes cumulatè adimplere videamur, Numquidnam Fratres Mei adhuc apud impios, incredulos, corruptîsq; moribûs Philosophos velut Populis ac Statui inutiles dijudicabimur? Equidem in Epicureorum Atheorumq; Republica ubi cæco fato omne quidquid in mundo evenit tribuitur, ubi hominum spiritus temporalis vitæ limitibûs circumscribitur, ubi alius minimè dignoscitur finis ultimus quàm sensuum voluptas usq; ad satietatem. In hac utiq; belluarum congerie, superflua atq; inutilia Instituta Regularia æstimanda venirent. In populo autem quem verè Fidei lux illuminat, à quo verus et Unus Deus adoratur et colitur, bonorumq; omnium fons et origo creditur, de Cujus Manu justis ob nostra peccata castigationibûs plerumq; affligimur, firmiter tenetur Ipsum Dominum bonis justorum operibus demerere, ut cæteros Benedictionibus et gratiis impleat, justamq; Iræ suæ Vindictam "flectat" ac in Misericordiam vertat; sicut quondam Hebræorum Populo fuiebat, Moysis, David, aliorumq; Servorum suorum supplicatione placatus. Proinde Christianorum populus Religiosos Ordines maximi ducit, in quorum Sinu innumeri fovent justi, quorumq; preces Cœlos penetrant omni populo pacem, prosperitatem, abundantiam aliaq; visibilia et invisibilia bona à DEO exorantes.

Aliunde autem, cùm optimorum Fratrum vita et exemplum in mores Populi maximè influat, ex ipsoq; vivendi genere prospera multa jugiter deriventur, virtutem inter homines, sociamq; felicitatem regnare facit; quemadmodum enim Populi, Nationes et Regna in ruinam vitiô feruntur atq; destructionem

onem, sic virtute duce in culmen felicitatis et prosperitatis evehuntur. Nemo unus nec Regibus fidel[is] nec Civibus utilis inveniri quiverit á virtute alienus. Corruptis homo moribus si forte Magistratu[i] serit, Justitiâ proprio commodo posthabet; Militia, addictus vitiis mollis atq; effeminatus, ut in h[o]stium conspectum devenerit, mente concidet, metuq; aufugiet; Divitiis affluens, luxu, voluptati[bus] vanitatibusq; cuncta prodigens, iis abutet; Plebejus homo, ignaviâ pressus ac otiositate torpen[s] inutilis omnino societati erit, vitioq; vitium addens pestifer et exitialis evadet. His incommo[dis] alia innumera fere accedunt, eò Reipublicæ nocentiora, quò lynceis Magistratuum oculis d[i]fficiliora detectu. Quot mala Reipublicæ afferunt odia, æmulationes detractiones, doli, occult[æ] machinationes? Ornatissimus Virtute Civis, cujusvis vel flagitiosissimi ambitiosis insulti[bus] passim objicitur. Existimatio Nomenq; bonum Viri ad supremos honores meritò evecti, obtrectato[rum] morsibus continuò subjacet, quorum voracibus, invidiæ flammis uruntur corda. Nec pænar[um] Leg[um] sancitarum metus, nec Magistratuum vigilantia et cura, ad mala hæc vitanda, sunt satis, qu[ibus] Reipublicæ bonus ordo turbatur et quies; scelerati enim homines cunctam malitiam suam ita callidè tegunt, ut dum aliquantulum prodeunt gravissima jamq; ea irreparabilia damna attulerin[t].

Una igitur Orthodoxa Christianorum Religio Regna Populosq; in tuto ponit, atq; ab enumerati[s] isq; quæcunq; sint malis vindicat, mediaq; charitate quæ in cordibus nostris diffunditur per Spiri[tum] Sanctum qui datus est nobis, Deo et proximo conjungimur, adhærentes bono malumq; fugien[tes]. Laborum ergo nostrorum quoscunq; insumimus, ut in omnium Fidelibus instigatur et Timo[r] Domini Sanctus et virtutis amor, et vitiorum odium atq; fuga; opimi fructus colligendi veniun[t] Rempublicam volt plurimis malis immunem facere, innumerisq; bonis relatu impossibilibus dit[are]. Hinc pii prudentesq; Viri quibus Religionis sensus inest ad probè agnoscenda hæc obsequia à [Re]ligiosis Ordinibus Reipublicæ præstita, æqui eorum æstimatores habentur, Deumq; benedicentes, de bonis [o]mnibus lætantur quæ Reipublicæ obvenirunt ex optimo Religiosorum vivendi genere, mærore q; afficiunt[ur] quando viderint Fratrum disciplinam relaxari, summum infortuniû quo Respublica affictari qu[eat] arbitrantes. Hinc S.S. Patres adversus licentiorem Monachorum vitam Institutiq; Regularis corrup[ti]onem magnopere invehuntur velut optimis moribus contrariam, pacisq; populorum destructricem; ma[gnis] quos autem laudibus Sanctorum Monachorum vivendi rationem efferunt, quorum exemplô pax in Rep[ub]licæ conservatur et ordo. Cum quondam Antiochiæ, popularis oborta esset seditio, ut meminit Chrysostomus novo[rum] vectigalium causâ, Monachi è deserto Civitatem advenerunt, effrenatum vulgus pacificaturi, à qu[ibus] velut pacis Nuntii è Cælo missi recepti fuêre, extinctisq; dissensionis ac discordiarum, quibus tota Ci[vi]tas ardebat flammis, sedatisq; armis Paradisum effecerunt. Excitatæ ab Arianis in Summum Ep[iscopum] Athanasium Alexandrino populo Magnus Antonius è deserto advolans, Civitatem intrat per[que] omnes vias tam Athanasii Sanctitudinem tum hæreticorum errorem conclamitans, Cives ad verita[tis] semitam advehit, tranquillosq; reddit. Stylita Daniel columnâ descendens verbis suis Tyrann[um] Basiliscum compulit iræ impetus continere Sanctamq; Synodum Chalcedonensem amplexari.

Quid autem remotiora Exempla in medium afferre opus est, quando temporibus hisce nostris complures populos vidimus, discordiâ, simultatibus atq; odiis conflagrare, et quod pænarum metu con[tineri] non valuit, efficacibus Religiosorum eximiæ virtutes cepit. Quot ergo bona, quas felicitates Reipublicæ afferre valeamus, si Fidelium mentes ad virtutis amorem verbô atq; exemplô induxerimus[?] Rectus Ordo instauratus, Leges ut æquum est fideliter custoditæ, debita Superioribus Obedientia, tra[n]quillitas publica opum facultatumq; securitas, omnia deniq; suo et loco et ordine concinnè disposit[a] in commune omnium bonum felicitatemq; conspirabunt. Quid igitur officit quominus in præs[en]tiarum Nos eadem Obsequia Religioni atq; Reipublicæ præstemus quæ olim Majores Nostri præstiterunt. Numquid aliæ sunt quæ Nos hodie dirigunt Regulæ ac illæ fuêre quarum observantia adeo in vi[r]tutibus profecerunt Patres nostri; vel inviti easdemmet esse confiteri adstringimur. Tepescente verò in nobis Charitatis fervore in via perfectionis fastidio detinemur. Nec nobis ulla reddenda venit excusatio f[a]stidiô detinemur. Nec nobis ulla reddenda venit excusatio, cum stimuli non desint quibus ad perfe[c]tionem excitemur. Vix enim Domus Religiosa vel exigua invenietur in qua Fratres desiderentur pauperi, humiles, justi, affectibus terrenis soluti in abstractione viventes, proximorum bono æternoq; spirituali commodo dediti. Quid autem, si nobis hinc incultas adhuc Americæ Regiones pervagandi facultas foret, ibi ex [no]stris Fratribus quàm plurimos videre liceret montium aspera penetrantes solô Divinæ Providen[tiæ] auxilio innixos, egentes, angustiatos, afflictos, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis et in cavernis terræ, animarum zelô incensos, animas suas ponentes pro amicis et proximis suis, pl[u]ris ducentes animam vel unam Christo lucrifacere; quàm summum gloriæ terrenæ culmen ascende[re]. Quoniam igitur viribus animoq; deficimus, ut nostris commoditatibus renuntiemus, ut di[s]crimina terræ marisq; subeamus, ut efferatis gentibus Verbum Crucis annuntiemus; at omni studiô ad Nostri Instituti Officia incumbamus in Patria. In ea siquidem maxima obsequia avitæ Re[li]gioni præstabimus, quæ hostibus, quibus nunquam terribiliores undequaq; nunc impetit. Olim à sol[a] Superstitione Catholicæ Ecclesiæ bellum inferebatur, nunc commutatis machinis ab infensis hostibus oppu[g]natur, qui omnem cultum speciemq; Religionis abnegantes, cunctisq; sensuum affectibus blandientes plurimorum animas decipiunt ac in perditionem redigunt. Contra hos ergo Ecclesiæ hostes virtutis e[x]emplo solidaq; doctrinæ Catholicæ instructione tanquam armis colluctandum nobis est. Cunctis retro [a]ctis Ecclesiæ seculis Ordines Religiosi ut suprà ostendimus totis lacertis adversus hæreses dimica[]vêre usq; ad earum extinctionem; ergo si à nostrorum Majorum gloria degeneres, pro viribus ad er[]rores grassantes confutandos non incumbimus, opprobrio et confusione effundi inevitabile nobis eri[t]. Nec minimè dubitandum est, quin Religiosi Viri potentioribus armis instructi adversus hæreses in[]cedere valeant, cum ipsorum status et conditio oportunior absq; dubio sit ad eas scientias, quibus errores devincuntur comparandas, quarum studium nullatenus absq; jugi meditatione atq; omnimoda à negotiis secularibus abalienatione perfici valet. Nonne igitur ea est nostri Instituti a[c] Professionis congruentia? Si ergo stabilitâ studiorum methodô de Juvenibus nostris in Divinis hu[]manisq; Literis optimè instruendis solicitè curaremus, qantum in scientiarum via progredi valerent.

Notum est omnibus Majores Nostros, cum ineunte seculo decimotertio universus ferè terrarum Orbis i[]gnorantiæ tenebris effusus esset, oportunum nactos studiis in omni scientiarum genere plurimum pro[]fecisse, bonarumq; artium, Sacrarumq; Literarum studium instaurasse. Quis autem comoda enume[rare] queat,

queat, quæ Ecclesiæ DEI omniq; Populo Christiano attulerunt Viri Isti Sancti qui fuerũt
ante nos de inexhausto Sapientiæ thesauro nova proferentes et vetera. Sapientiæ enim in-
finitus est thesaurus, quô qui usi sunt, participes facti sunt Amicitiæ DEI propter disciplí-
næ dona commendati. Per Sapientiam Reges regnant, Principes imperant, et Poten-
tes decernunt justitiam; gensq; Sapiens aliarũ dominabitur gentium. De hoc er-
go Sapientiæ thesauro promere debemus, quidquid nobis opus est ad devincendos Phi-
losophorum errores, quibûs Ecclesia Catholica impetitur, Regna deturbantur ac Status.
Nec dubitandum minimè nobis est, quin hîs obsequiîs, Principum atq; Prælatorũ accep-
tationem æquè ac patrocinium demereamur, innovataq; videamus tempora felicis-
sima illa, quibûs certatim Reges, Magniq; Principes, Donationibûs atq; Exemptio-
nibus et Privilegiîs Religiosos Ordines cumulatos fovebant

Hæc sunt Patres! Fratresq; mei Dilectissimi quæ necesse habuimus scribere
Vobis. Utinam Verba Nostra Spiritus Sancti Igne accensa forent, quæq; Nostro-
rum Subditorum corda inflammarent, nostraq; desideria in optatum finem addu-
cerent! In Domino autem confidimus: Sua Gratiâ et Bonitate futurum
ut quæ reformandis moribus statuenda duximus, compleantur, ad Majorem I-
psius et Domini Nostri JESU Christi Gloriam Catholicæ Fidei incre-
mentum, Ecclesiæ ac Reipublicæ Christianæ felicitatem.

Hactenus ad Vos. ô Fratres! verba facimus, qui tanquam Filii Fideles
in Sinu Matris Religionis adhærentes, quæ DEO vovistis, constanter redditis.
Zelus verò Noster hîsce limitibus contineri non valet, quin boni Patris Exemplô, cu-
ris maximîs erga oves aberrantes feramur, quæ à Grege nostro separatæ, ad Reli-
gionis caulas redire detrectant. Compassivo Patris affectu miserandam sortem o-
blivisci non possumus illorum Fratrum, qui Religionis desertores errantes vagaq;
et profugi super terram magnô damnationis æternæ periculô, dum præ oculis versat
illud Æternæ Veritatis effatum: "Eum qui ponit manum ad aratrum, et aspicit
retrò, non esse aptum Regno DEI." Vellemus autem, nostræ clementiæ verba a-
deo efficacia fore, ut hominum istorum somnum excuterent, qui jugum Religio-
nis aspernantes, æternæ perditionis periculo se se offerunt. Eos ergo à tanto malo,
quô nullum majus, eripere toto cordis affectu volentes, ad pietatem et misericor-
diam paternè invitamus; obtestantes, illos qui à viis suis pessimis conversi ad
Religionis gremium redeant paterna benignitate Nos amplexum ire. Ad hoc
trium Mensium spatium ab harum publicatione Literarum illis qui intra Hi-
spaniarum Regna, illis autem qui extra Hispaniã, sex Mensium tempus assignamꝰ.
Demum, desiderantes omnia et singula in hac Pastorali Nostra instructione ab
omnibus alta mente retineri atq; ad amussim exequi, omnibus Provinciarum et Custodi-
arum Superioribus injungimus: ut in omnibus Conventibus præsentes has Literas
publicari faciant; translatasq; in proprium vernaculum idioma, Prælatis Localibus
præcipimus: ut semel saltim in Anno coram tota Communitate legi curent.
Deniq; quod oblivisci non patimur: Omnes et singulos Vos Fratres enixè horta-
mur et obsecramus in Domino, quatenus Orationes, postulationes et vota jugiter fi-
ant, pro **Sanctissimo Domino Nostro Pio VI.** Ejusq; felicitate ac salute, pro Sanctæ
Ecclesiæ incolumitate, Catholicæ Fidei Exaltatione, Christianorum Principum Pace atq; con-
cordia, pro Eminentissimo Domino Cardinale Nostri Ordinis Protectore, proq; omni-
bus Benefactoribus Nostris, ut Eos Dominus Gratiîs atq; Benedictionibus imple-
at. Vobis item injungimus: ut pro Nobis ab Ipso Domino deprecemini, qua-
tenus actiones nostras aspirando præveniat, et adjuvando prosequatur, Nostriq; Re-
giminis tempora prospera faciat, atq; beata.
Postremò, Apostoli Verbîs Hortationem Nostram concludentes, Vos alloquimur:
" Induite Vos sicut Electi DEI Sancti et dilecti viscera misericordiæ, benigni- "
" tatem, humilitatem, modestiam, patientiam; supportantes invicem, et donantes vo- "
" bismetipsis si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Dominus donavit vo- "
" bis ita et vos, super omnia autem hac charitatem habete, quod est vinculum per- "
" fectionis, et Pax Christi exultet in cordibus vestris. Omne quodcunq; facitis "
" in verbo aut in opere, omnia in Nomine Domini JESU Christi, gratias agẽtes "
DEO

"DEO et Patri per Ipsum". 1. Coloss. 3. v. 12. Omnes deniq; affectu Paterno salutantes, Vobis Seraphicam Benedictionem impertimur. Datis in hoc Sancti Francisci Regio Matritensi Conventu. Die 22 Julii. Annô Domini 1792do.

Fr Joachim Company Minister Generalis.

De mandato Reverendissimi in Christo P.
Fr Franciscus Gallego Secretarius Gnlis Ordinis pro Observant.

Hæc itaq; Patres ac Fratres in Domino Dilectissimi! sunt, quæ Amantissimus Noster Parens ac Supremus Totius Ordinis Moderator et Pastor vigilantissimus, vobis significanda ac præscribenda judicavit. Ipse, ut audistis Paterno ac summo quo Vos prosequitur affectu, præcipuas tantum magisq; necessarias Ordinis Nostri Leges Sanctionesq; in Compendium redegit, quæ nimis aptæ sunt ad nostrum studium pietatemq; magis fovendam atq; excitandam, pro exactissima eorum omnium observantia quæ DEO spopondistis. Non novum Vobis imposuit jugum, quod humeri vestri sustinere non valeant. Observate ergo Fratres Charissimi Præcepta Patris Vestri, et ne dimittatis Legem Matris Vestræ, sed ligate eam semper in corde vestro. Valete! et ad DEUM crebras fervidasq; Preces etiam pro Nobis effundite, Qui Seraphicam Benedictionem Vobis peramanter impertimur. Datū Romæ ex Nostro Ara-cælitano Cœnobio. Die Mensis Decembris. Annô Domini 1792do.

Fr Bonaventura à Placentia Commissarius Generalis.

De mandato Reverendissimi in Christo P.
Fr Joannes à Placentia Secretarius Generalis.

L. S.

Et hæc sunt quæ Statum et Professionem Nostram Religiosam maximè concernunt; Hæc sunt quæ primævum Seraphicæ Observantiæ spiritum stimulant excitandum; Hæc deniq; perquàm utilia, necessaria, ac salutaria, Amantissimi Patris, Reverendissimi Generalis monita sedulò servanda et exequenda Nobis et Vobis Patres Fratresq; Dilectissimi! intimantur; quibûs cùm nil ultrà recommendare valeamus: Injungimus Omnibus Locorum Superioribus: ut præsentes Literas Communitatibus lectas, Protocolis ingrossatas, ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ transmittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi! Nostrî ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datū in Conventu Nostro Piliensi ad Ædes Sanctissimi Nominis JESU. Die 11ma Decembris, Annô Domini: 1793tiô.

Fr Christophorus Reform. Min. Provincialis.

Fr Chri

Fr Christophorus Dobrakowski Ord. Min. S. P. N. Francisci Reform. Provae Smae Vae MARIAE Angelorum, in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Vndis, Venerandisq; Patribus, ac Dilectissimis
in Christo Fratribus, Salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Cum nuper Patres ac Fratres Dilectissimi! Encyclicas Pastorales Rndissimi Generalis totius Nri
Ordinis per manus Rndissimi Commissarii Generalis Nobis transmissas Vobis jam communicave:
rimus, ex quibus per omnia cognovistis Eundem Rndissimum Generalem nil magis intendere,
præterquam manutenentiam sarta tecta Observantiæ Legum, Statutorum, ac Constitutionum,
nunc tandem consimiles Encyclicas Pastorales Reverendissimi Commissarii Generalis immedi:
ati Superioris Nostri, instructas Charitate Paterna, monitionibus, ac zelo promovendæ et augen:
dæ Observantiæ præsentibûs nostrîs notas vobis facimus:

Frater Bonaventura à Placentia Lector Emeritus, in Universitate
Cæsenæ Physices experimentalis Jurisq; Pontificii publicus Professor et
Doctor, S. Officii ejusdem Civitatis Consultor, totiusq; Cismontanæ Familiæ
S. P. N. Francisci Commissarius Gnrlis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, et
humilis in Domino Servus.

Dilectis plurimùm in Christo Patribus, Fratribus, Superioribus et Subditis ejusdem
Cismontanæ Nostræ Familiæ Salutem et Seraphicam Benedictionem:

Quàm grave et luctuosum Nobis omnibus acciderit, non immaturum quidem, verùm ingratissi:
mum funus, quo Rndissimus Pater Paschalis à Varisio Ordinis Nostri Minister Generalis An:
nô præteritô ereptus, præter acerbam quæ animis nostris penitus insidet recordationem, ex ejus
virtutum adspectu facilè conjici potest; ac præsertim ex morum: pietate, justitia et zelo, adeo sa:
pientiâ ac vigilantiâ refertis: ut nec unquam erraret nec deficeret; ac demum ex innumeris cu:
ris et laboribus, quos ad commune bonum utilitatemq; tot annos lubentissimè impendit. Hunc
tamen casum quem dolemus, Reverendissimus Pater Joachim Company hodie abundè com
pensat qui Illius Successor in Generalatûs Officio, et in virtutum omnium copia spem Nobis af:
fert futurum, ut quamvis Supremi Rectoris Persona mutata sit, ordo nihilominus rerum eò sem:
per tendat quò jus et Seraphicæ Reipublicæ Bonum expostulant. Enimvero Artis obeundi
Regiminis jam diu Veteranus Magister; cùm Commissarium Generalem agens Ultramontanâ
Familiam sit moderatus; iisque eximiis dotibûs præstans, quibûs tum subditorum Benevolentiâ
sibi conciliavit, tum existimationem penes illustriores ac potentiores Europæ Principes, et potissimû
penes Augustum Hispaniarum Regem Catholicum, et Pium VI Pontificem Maximum, Qui ad supre:
mas Ordinis habenas nuperrimè Illum vocavit, omnia profectò ea secum habet, quæ non tantùm suffi:
ciunt, sed etiam satis superq; sunt ad id muneris ritè exequendum, omniumq; nostrûm expectationem vin:
cendum. Reliquum igitur est, ut meritas Summô Patri Luminum à Quo omne datum optimum et
omne Donum perfectum descendit grates referamus: quod Ordini Nostro talem Virum præfecit; enixisq;
precibûs Parenti Nostro incolumitatem et felicitatem Divinitùs flagitemus. Verùm, an quod Ul:
tramontanæ Familiæ obtigit, Nostræ etiam Cismontanæ lætandum sit sorte? Nos Quibus ab Eodê
Clementissimo Pontifice Vestrum cura demandata est, Patres Fratresq; Dilectissimi! jure meritò
dubitamus: omni namq; arrogantia et dissimulatione seposita ingenuè fatemur Nos impares Di:
gnitati quæ nobis confertur, et ponderi quod humeris nostris imponitur committit. Firma tamen
spe erecti quam in Eô collocamus, Qui sæpe ignobilia et contemptibilia mundi eligit ad imperscru:
tabiles Providentiæ suæ fines, nihil certè desideraturi erimus imo potiùs omnia habituri, quibus mu:
neri Nostro plenè satisfacere possimus. Quare voces effundimus cum Propheta: "Dnus regit me et nihil {mihi deerit}

Quod unicè optamus, et votîs omnibus prosequimur, nihil aliud est, vel esse potest, quam Or:
dinis Nostri conservatio, augmentum, et Decus, cùm in hanc rem Majores Nostri sedulò incubuerint
post Seraphici Patris Exemplum, Qui Illum nascentem jam sanctissimis Consiliûs et præceptîs se:
psit velut Hortulum, ex quo in Ecclesiam Catholicam fructus honoris et honestatis uberrimi redun:
darent. Ideirco ante omnia spondemus nihil Nos esse pretermissuros, ut finis hujus præstantissimi
compotes fiamus, precibûsq; ad Deum fusîs, Hortationibûs ad subditos habitîs, mediîsq; omnibûs
opportunioribûs enitemur ad opus pulcherrimum consummandum, quod tantò majori formidine Nos
occupat, quanto durius Judicium his Qui præsunt fiet.

Monasticarum obligationum perfectio Legum observantiam complectitur, sinè qua irritæ prorsus
et inutiles jacent. Hinc Dilectissimos Filios Nostros vehementer monemus, ut Leges quas professi
sunt, quæq; quotidie ferme eorum auribus insinuari solent attentè meditentur, et veluti speculum
sibi proponant intuendas, hôc enim fiet ut lucernæ instar ante pedes nostros colluceant, ad evitanda
hujus nostræ peregrinationis pericula et instar inexpugnabilis antemuralis Nos ab inimicorum qui:
bus circumdamur telis manibusq; defendant. Novimus enim inter Seraphicos Alumnos eo:
rum maximam copiam non deesse, qui ab illarum semita ne latum quidem unguem deflectunt, i:
is ducibus ad Montem DEI Sion properantes, procul ab hujus seculi nubibus et tempestate, ut
ibi tandem consistant, ubi non est neq; luctus, neq; clamor, sed nec dolor erit ultrà. Si de his tandê

gaudendum magnopere nobis est, qui Religioni Nostræ sunt corona lætitiæ, causam aliunde dolen-
di non exiguam neq; spernendam præbent tot alii, qui præcipites in contraria feruntur. Eidem Ma-
tri Religioni, in cujus mensa circuitu tanquam novellæ olivarum assistere deberent, in luctum ac
amaritudinem versi, et quamvis Legum codicem ostendens errantes in viam justitiæ revocare stu-
at, eos Moysis verbis allocuta: Quid sibi volunt testimonia hæc? nihilominus non flectuntur, neq
desistunt; quibus propterea Nos testari cogimur: si Paternum animum Nostrum experiri nolint,
certè severioris Judicis animadversioni obnoxios se reddituros.

Nullum sanè sollicitudines nostræ faustum exitum sortientur, nisi idem nobiscum sentien-
Provinciarum et Conventuum Prælati, nisusq; nostros in eradicandis zizaniis ab Evangelica
Messe omnî Studiô promoveant. In partem Apostolici Ministerii vocati, peculiaris Ecclesiasticæ
militiæ curam gerant necesse est, eamq; in atroci assiduaq; lucta quam habemus adversus visibi-
les atq; invisibiles potestates ad egregia facinora excitent potiùs exemplô quam verbô. Verba enim
aures subeuntia facilè transeunt, exempla autem animo impressa diutiùs remanent. Sed nec ver-
ba omittenda sunt: similesq; Beato Job (: ut cum S. Gregorio loquamur :) nos præstare debemus
"Qui inter tot curas rerum, inter tot affectus pignorum, inter tot Aras Sacrificiorum Subjectis suis
quamlibet extremis bona sequentis vitæ prædicabat, ut eos cælestibûs imbueret, qui sibi ad bona opera
deservirent. Quid ad hæc nos dicimus? Qui commissis nobis verbum vitæ impendere non curamus,
Quando Conjugatum Virum prohibere non valuit ab Officio prædicationis vel secularis habitus
vel magnæ occupatio facultatis! Nemo est, qui ad Nos oculos non attollat, à nobis erudiri non
cupiat, et in vestigia Nostra libenter non eat. Si ignavi erimus, ignaviâ quoq; Grex cui præfecti
sumus corripietur. Itaq; Apostolus meritò nos admonet: ut prædicemus verbum, instemus opor-
tunè, importunè arguamus, obsecremus in omni patientia et doctrina; vigilemus insuper in omnibus
laboremus, opus faciamus Evangelistæ et ministerium nostrum impleamus. Arbitrari n̄ possumus
Superiores adeo sui oblitos ut illud Augustini de illis verum sit, Qui ita loqtur: "Parum est ma-
lis Pastoribus quod oves languentes et infirmas et errantes et perditas non curant, sed etiam et
ipsas fortes et pingues necant. Hinc, qantum in ipsis est et illæ quæ vivunt de Misericordia DEI
vivunt, tamen quantùm ad Pastores malos attinet, occidunt. Quomodo interficiunt? Ma-
lè vivendo, malum exemplum præbendo. Omnis enim qui malè agit vivit in conspectu eorum qui-
bus præpositus est, quantùm in eo est omnes occidit. Credimus potiùs Illos minimè animad-
vertere opus quod exercent, ... dignitatem laborem esse non delicias, onus per quod humili-
tate decrescant non intumescant fastigiô. Omnis namq; Pastor præsit ut provideat, ut consulat,
ut procuret, ut servet; præsit ut prosit, præsit ut fidelis servus et prudens quem constituit Do-
minus super familiam suam. Ad quid? Ut det illis escam in tempore, hoc est: ut dispenset, non
imperet. Incautos hujusmodi homines! Si muneris quod sustinent, ut par est reminiscerentur, a-
què perficerent, non dubitamus, quin Ordo noster Seraphicus sanctissimè constitutus, sanctissimè
custodiretur. Nunc autem abusus multos et corruptelas in eo invaluisse fateri cum dolore debe-
mus. Inter quas imprimis numeranda Charitatis refrigeratio, ex qua illud dimanat damnum
de quo olim S. Bernardus tam anxiè querebatur: "Video, quod magis doleo, post spretam sæ-
culi pompam nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis
humilisq; Magistri graviùs insolescere, et impatientes fieri in claustro ampliùs quàm fuissent
in sæculo, quodq; magis perversum est: plerq; in Domo DEI non patiuntur haberi se contem-
ptui, qui in domo sua nonnisi contemptibiles esse potuerunt; quod facit superbia superbia sub s
pannis humilitatis Tuæ Domine JESU! Numquid non habet quo se palliet humana ma-
litia, nisi unde involuta est Salvatoris Infantia?" Et in alio loco: "Ecce (: inquit :) inter
Monachos parcitas putat avaritia, sobrietas austeritas, effusio liberalitas. Econtrà, remissio di-
scretio dicitur, loquacitas affabilitas, cachinatio jucunditas, mollities vestimentorum vocatur
honestas, superfluus cultus munditia." Labor et latebræ et voluntaria paupertas hæc Mona-
chorum insignia, hæc vitam solent nobilitare Monasticam. Vestri autem oculi sublime vident,
vestri pedes omne forum circumeunt, vestræ linguæ in omnibus audiuntur Consiliis. Hinc fit
ut Cultus Divinus in Ecclesiis non omnimoda frequentia et devotione peragatur, vita com-
munis actorumq; Religiosorum observantia parum vigeat, Fratresq; sæcularibus negotiis
implicentur, multovè solicitiores se in aliis exhibeant, quàm in iis quæ sunt propria. Hinc
Servitio DEI nuntium remittentes, dici vix potest: quàm sibi exitio sint, populis scandalo!
Summatim perstringimus quæ longiori Oratione exponenda forent. Compertum siquidem est,
atq; exploratum, non alia ex causa Religionis nostræ jacturam repetendam esse, quàm ex ja-
ctura domesticæ disciplinæ, propter quam sæculum contra Nos suapte natura concitatum
calamitosîs hîs temporibûs magis magisq; exacuimus, ut nos parvipendat, et degeneres
Seraphici Patris Filios clamitet, cùm se nos meliores non deprehendat.

Utinam Fratres Dilectissimi! in his aliisq; fallamur, ægrè licet, fatendum tamen est,
veteris disciplinæ rigorem adeò inter nos relaxatum esse, et indies relaxari, ut his qui præ-
sunt præcipua malorum pars sit adscribenda, vereq; cum Bernardo dicere possimus: "Eg-
gressa est iniquitas à Senioribus Judicibus Tuis Domine, qui videntur regere Populum Tuum.
Non est jam dicere: "Ut Populus sic Sacerdos," quia sic nec populus ut Sacerdos. Heu Dñe
quia ipsi sunt in persecutione Tua primi, qui videntur in Ecclesia Tua Principatum diligere
et gerere. Nos profectò ad Cismontanæ Familiæ evecti Regimen, hanc in Nobis culpam n̄
solùm Deo favente vitabimus, sed in aliis promptè quoq; ac severiùs corrigemus ut quod su-
mus professione actione potiùs quàm nomine demonstremus, ut nomen congruat actioni,
et actio respondeat nomini. Provinciarum itaq; et Conventuum Nostrorum Prælatis Qui-
buscunq; indicimus ut indulgentiam omnem, negligentiam et vecordiam abjiciant, sub-

ditos

ditos provocent ad meliora, eis consulant, eorumq mores ad legum laniem expendant; Bonos præmiis
et laudibus ad virtutem invitent, malos autem pænis et dedecore à vitiis deterreant. Non timeant
adversus sontes insurgere, eosq plectere, sic enim Nos fidelibus subditis tenere disciplinam debemus,
sicut boni Patres carnalibus Filiis solent, quos et pro culpis verberibus cædunt, et tamen ipsos
quos doloribus afficiunt habere hæredes quærunt. Præbeant se tales quales Gregorius vult, Qui
veri Pastoris imaginem his coloribus adumbrat: "Tota mente Fraternitas Vestra se exhiben
festinent in prosperis humilem; et in adversis, si quando adveniunt, cum justitia erectam, ami-
cam bonis contrariam perversis, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, Mi-
sericordiæ operibus juxta possibilitatem substantiæ insistens, et eisdem etiam supra posse cupiens,
aliena propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis sevi-
ens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira judicium sine ira tenens, in tra-
quillitate autem severitatis suæ sententiam deserens.

Meminerint igitur Superiores hæc præ oculis semper habere, et tôt mortibus se dignos
reddere quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Nemo enim amplius in Eccle-
sia nocet, quam qui perversa agens, nomen vel Ordinem dignitatis habet. Ita fiet, ut omnia in Or-
dine Nostro hunc cursum teneant, quem tenere debent. Quid porro optatius quid felicius nobis contin-
gere potest, quàm si in viis illis ambulemus, quas Summa Dei Misericordia omnium nostrûm
pedibus reservavit. Quis illos non miretur et prædicet, qui contemptis atq desertis Mundi hujus ille-
cebris in communem vitam sanctissimam et castissimam congregati simul ætatem agunt, viventes
in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, nullâ superbiâ tumidi; nullâ pervicaciâ turbu-
lenti, nullâ invidentiâ lividi; sed modesti, verecundi, pacati; concordissimam vitam et intensissimam
in DEUM; gravissimum Munus Ipsi offerunt, à Quo ista facere meruerunt. Hæc sanè à Legum ob-
servantia eggregia bona extrinsecus nobis profluunt. At verò si interna spectemus, multò majora
et pretiosiora inveniemus, nisi aliquis fortasse sit qui DEO vivere non delectet, Eoq frui, Qui Se
fontem totius consolationis in Scripturis Sanctis nominat, ut sciant homines nihil esse in hoc sæ-
culi cæno in quo possimus tutè libenterq consistere. Filii Sanctorum sumus, recogitemus anteactas æta-
tes, consulamus Annales Ordinis Nostri, et patebit: Nos in eor loco suffectos, qui omni tempore San-
ctitate plurimum floruerunt et Orthodoxam Ecclesiam mirificè illustrârunt Literis, Pietate, Verbi
Divini Prædicatione, infidelium conversione. Nec Regna solum et Provinciæ nobis finitimæ
sed integræ Telluris partes ab Apostolis ex Ordine Seraphico prodeuntibus Fidei lucem primitus
susceperunt. Ubicunq, nostris etiam privatis domibus oculos conjiciamus, monumenta non pau-
ca adspicimus antiqui decoris et gloriæ, quam ab aliis partam possidere nos pudeat, cùm desidiâ
premamur, nec quidquam aggredi audeamus in Domo DEI stantes tota die otiosi.

Vineam DEI excolendam nobis proposuimus, ut DEO opitulante optatissimi fructus sudores no-
stros exciperent. Hanc Legem Nobis ipsis sponte constituimus, hic DEO promisimus, hoc etiam
Mundo et Angelis et hominibus spectaculum facti spopondimus: ut honestè ambularemus, et omni-
bus qui nos adspicerent morum exemplô essemus, et tanquam norma ad quam seipsos componere
possent, Pietatis, Sobrietatis, Justitiæ, Moderationis, cæterarumq virtutum, quæ in Religiosorum Clau-
stris præcipuè ortum habent et incrementum; volentes nosipsos decipere: Deum certè qui scrutatur
renes et corda non decipiemus, quinimo timendum est: ne promissa à nobis repetens, et gratiæ ta-
lenta quæ dedit, dum venerit sepulta cernens, nobiscum veluti cum stultis et infidelibus servis irascatur,
Donisq omnibus exuat, quæ benignè fuerat elargitus. Horrescit animus dicere, sed tamen quæ di-
cimus vera sunt, Filios scilicet lucis fieri filios tenebrarum, hæredes Regni expelli atq ejici à Patriæ
Cælestis finibus, ut in gehennam ignis miserè demittantur. Qui in his cavillatur aut hallucinatur cum
Religionis Spiritu sensum omnem jam amisit, et nedum inter Religiosos Viros est computandus, de-
nec inter Christianos infirmiores et imperfectiores. Nam ad mundum quod attinet, si perfectionem
nostram mentiamur et sub vestibus ovium luporum feritatem et rapacitatem abscondamus, nos no-
straq omnia illicò perdemus, contemptui et ludibrio intuentium palàm expositi. Quemadmodum
enim vita nostra secularibus hominibus, in licentiam et voluptates proclivioribus perpetua est
reprehensio et speculum, ad quod nonnisi inviti oculos convertunt, cùm vinô illô criminum suorum
vitiorumq sententiam descriptam legant, ita solicitè mores nostros investigant, dicta nostra fa-
ctaq omnia studiosiùs inquirunt, occulta insuper cordium nostrorum arcana secretasq intentiones
rimantur, ut vicem nobis rependant, et censurâ aliquâ etiam innocentes notent. Quapropter
cautio nulla prætermittenda est, ut Deo primùm placeamus, deinde, ut qui ex adverso stant, vere-
antur, "nihil habentes malum dicere de nobis." Nec modestos, pios, innoxios esse tantùm oportet,
sed tales nos extrinsecus exhibere ad eos, qui foris sunt; sobriam namq à turbis gravitatem ac se-
riosam vitam, et singulare pondus conversationis Dignitas sibi vendicat Sacerdotalis. Quomo-
do enim potest in exemplum observari à populo, qui nihil habet discretû à populo, nihil dispar in moribus
à multitudine. Quid in Te miretur si omnia tua facta bona in temetipso recognoscat existere, si nihil in
Te aspiciat quod ultra se inveniat, sicea quæ in se erubescit in te quê verecundum arbitratur offendat.

Ad præclarum finem ædificationis proximi obtinendum, tum Nos qui Altari ministramus, tum Laici
et Tertiarii intendere debent, qui si Literas nesciunt, nec DEI Verbum annuntiare queunt, Ministe-
rio Aplico instantes, at possunt optimè virtutibus populo prædicare. Siquidem, ut vel ipsi gentiles
agnoscebant, non illi ad prædicandum eligendi sunt, qui verba magna celeritate præcipitant, sed illi,
qui vitâ docent; qui cùm dixerint, quid faciendum sit, probant hoc ipsum faciendo quod docent.
Eum elige Doctorem, quem magis admireris cùm videris, quàm cùm audieris. Seminemus igitur
hominibus bonum exemplum per aperta opera bona; hæc est portio nostra, quam negligere ne-
fas est, nisi falsò existimare velimus nos procul à sæculo in Monasticam solitudinem concessisse,
ut nobis solis viveremus non aliis, illisq potissimùm, qui vitam nostram eleemosynis suis

quotidie

quotidie sustentant, et à nobis aliquid expossunt quô advehantur et ad Patriam ducantur. Quodsi la
res nostri infeliciter cedant, et mundus nos contemnat et negligat, dicamus cum Hieronymo: "U
tinam ob DEI Nomen atq; Justitiam universa me infidelium turba persequatur et tribulet. Utin
in opprobrium meum solidus hic exurgat mundus: tantùm ut à Christo merear laudari, et
pollicitationis sperare mercedem. Gratias ago DEO meo: quòd dignus sum habitus quem mundus oderit.
Hoc autem fatalibus hisce rerum conversionibus dum torrentes iniquitatis longè lateq; exun
dant in apertam Orthodoxæ Religionis perniciem nobis maximè peragendum est. Videtis Fra
Mei Dilectissimi quot quantaq; ac Sanctuario mala impendant; impietas quæ hucusq; latebras q
sivit, ut paucis sectatoribus sub opacis errorum umbris mortifera venena propinaret vexillum sus
lit, nec jam ut antea occultas insidias struit, sed clàm graditur, catervas agens militum suor, qu
bus Regum et Sacro-Sanctæ Xti Religionis Majestates mordet, eoquè malitiosi spectant, id agun
ut extremam utriusq; ruinam et exitium moliantur. At verò pro Sancta DEI Ecclesia acriter dim
mus Armis Principum rectè sentientium prosperitatem à Deo precantes, quandoquidem nihil a
ud facere possumus. Hoc enim nostrum est, hoc professi sumus: ut conatus viresq; omnes exeram
ad conservationem Fidei Orthodoxæ "per arma justitiæ à dextris et à sinistris, p infamiâ et bonâ fa
omnibûs scilicet modîs DEI Causam defendentes, et ad Seraphici Patris imitationem adversus
furiorum ausus Ecclesiæ labenti humeros supponentes, fortitudinis clypeum sumamus, ut possi
resistere in die malo, et stare adversùs ignita tela diaboli. Siquisq; nostrùm sapiens et fortis ad
mnem incursum munitus et intentus; non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non
dolor impetum faciat, pedem referat, intrepidus; et contra illa ibit et inter illa stabit. Nec m
nor sit nobis cura; ut Legitimis potestatibus nos subjectos præstemus; juxta illud Christi Dñi
" Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari; quæ sunt DEI DEO." et D. Pauli: "Qui Potestatibus resis
DEI Ordinationi resistit. Quales esse debeant hi qui imperant non esse subditis discutiendu
Ex Seraphico Doctore Nostro fateamur: " Nemo nos independentiæ insimulet, et quamvis Ch
stum unicè sequamur, et sæculi negotia cuncta abjecerimus, possimus arguentibus cum Tert
liano respondere: Externi sumus, et vestra omnia implevimus, Urbes, Insulas, Castella, Mun
pia, Conciliabula navigavimus, et vobiscum militamus et rusticamur manibûs expansûs qui
innocui, capite nudo quia non erubescimus; deniq; sinè monitore quia pectore oramus, precan
sumus pro omnibus Imperatoribus, vitam Illis prolixam Imperium securum, Domum tuta
Exercitus fortes, Senatum fidelem, Populum probum, Orbem quietum, quæcunq; hominis et Cæ
vota sunt." Et cum Athenagora: " Omnes inter nos actiones honestas et virtutum exempla
de se præberet, dum perculsi non repercutiunt, spoliantibus vitam non scribunt, petentibus larg
untur, proximos quosq; ut seipsos amant." Nos pro vestro Imperio preces ad DEUM fundimu
ut Filius, qui justissimum est in Regno olim Parentis succedat atq; Imperium Vestrum m
gis magisq; augeatur semper. Deniq; omnia ea animi sententia vobis eveniant oramus.
Si quæ diximus exequi debemus omnino, multò magis necessariam vobis assicitis charitat
et dilectionem, sinè qua nihil bonum, nil perfectum, et quam Ipse Seraphicus Pater tantope
commendat: " Si mater nutrit et diligit Filium suû carnalem" etc. Si concordes simus inter n
et proximos, utiles erimus et nobis. Jungant igitur se animîs qui juncti sunt Institutis, inv
cem se foveant, invicem se defendant, invicem onera sua portent. Ait enim Sapiens: " Frater qu
juvans fratrem, ambo consolabuntur." Quodsi alterutrum (quod absit:) se corroserint et momor
rint, nonne simul ambo desolabuntur." Unanimes nostram et proximor salutem operemur; Eun
dem Spiritum, eundem zelum, eandem quoq; vultûs alacritatem ostendamus. Non sit in no
bis jurgium, non contumelia: quod Dilectissimi Fratres! eò libentiûs dicimus, quod non sin
ingenti animi nostri dolore accipimus; nonnullos ex vobis non verbîs tantùm, quod foret gra
vissimum, contendere solitos, verùm etiam pugnîs et verberibûs, quod tolerari nullô modô po
test, et execrabile penitus videtur. Si enim ut Salvator docet: qui in fratrem suum verbô co
tumeliosô insurrexerit reus est gehennæ ignis? Quô suppliciô obnoxium se faciet ille, qui in ip
manus injecerit? Salvatoris Sententia quæ omnes respicit Christianos, potiori jure Deo di
catos, viros perfectos nimirum, afficit. Hæc etsi sciant, non enim ignorantiâ laborant qui talia
committunt, nihilominus se non corrigunt, et Religiosæ charitatis, humilitatis, patientiæ imme
mores, barbarorum mores imitantur, facilisq; eis patet cursus et arma. Quemadmodum hæc in
credibilia videri possunt hominibus qui paulò humaniorem educationem obtinuerunt, ita mag
nostram excitant solicitudinem, ut propterea Ministris Provincialibus et Conventuum Supe
oribus districtè mandemus et præcipiamus, ut hujusmodi excessus prorsus cohibeant. Qua
in re renovamus Encyclicam Nostri Rmi Pris Paschalis à Varisio datam Annô 17
ad Guardianû Collegii Missionariorum de Zacatecas aliosq; Guardianos et Fratres Indiarum O
cidentalium; incipientem: Quod dudum ad barbaram flagellandi Fratres consuetudinem. E
Decretum S.ª Congregationis de propaganda fide, in eadem Encyclica insertum, quo jurgiis
contentionibus inter Fratres invicem exortis aditus præcluditur. Volumus insuper, ut præfa
Superiores in pervicaces et excommunicatos acriter animadvertant tum publicâ interdictâ
âq; exemplari pœnitentiâ, tum etiam, si necesse fuerit, carcerum mancipatione; Nam si verbera
correptionem ventum est, quantò minùs ferenda erunt ad odia, inimicitias, et animorum fe
vorem explendum. Quodsi in his obdormierint, nôrint se Judicium quidem nostrum fortas
effugere posse, at non Dei scelerum Vindicis. Concludimus, prorsus aureîs Bernardi ver
" Pacem habete, et vos nolite lædere invicem, non factô, non verbô, non signô qualicunq; ne
quis fortè exacerbatus et præoccupatus à pusillanimitate spiritûs et tempestate, DEUM inte
pellare cogatur adversus eos qui se læserint et contristaverint, et prorumpere in verbum gr
ve contingat: Filii Matris meæ pugnaverunt contra me." Ex charitatis defectu persæpe
etiam

etiam fieri addiscimus, ut inter Patres Observantes ac Reformatos non vigeat amor ille mutuus, qui Seraphici Instituti Professores decet. Nonne omnes Filii sumus ejusdem Matris? Nonne Ipsa lacte suo omnes alit? Ipsa quidem si loqui posset, omnes eadem voce sine ullo discrimine filios suos compellaret, et sicut de bonis operibus Eorum, lætitiâ afficit, ita non potest non graviter angi et mœrere, quod aliquos videat non recte ambulare coram se, et unitatis spiritum abjicientes rixarum et dissensionum causas indies semper fovere. Qua in re illud profecto minime ferendum: quod eo plerique processerint, ut habitum assumant alienum vel ad Eleemosynas à fidelibus capiscandas, vel ad alios peculiares fines; utque Fratres aliarum Provinciarum et Conventuum, etiam per vim abstrahant et furentur, eoque modo ab Observantibus fiant Reformati, et ex Reformatis vicissim Observantes, nullo servato ordine nec regulis quæ præscriptæ sunt in Generalibus Ordinis Nostri Constitutionibus Literisque Pontificiis. Ad hujusmodi abusus tollendos, renovamus Decretum Capituli Generalis Murinensis Anni 1756. per quod vetatur: ne Patres Observantes Russiæ trahant ad suam Provinciam Fratres melioris notæ Reformatos ejusdem Poloniæ Minoris; et vetatur: ne quæstuantes Provinciæ Observantis Poloniæ Minoris mentiantur habitum ad eleemosynas facilius corrogandas. Circa vero Incorporationem Fratrum si quando facienda sit, volumus ut primo observetur Reverendissimi Patris Raphaëlis à Lugnano Encyclica edita incipiens: "Muneris nostri ratio,= Annô 1753. In qua modus generatim indicatur incorporandi: Deinde, ut observetur Decretum Capituli Generalis 69ni; quo tollitur Auctoritas Ministris Poloniæ incorporandi Fratres unius illarum Provinciarum in aliam sub pœna privationis mandantibus et recipientibus. Novas Leges ut conspicitis non ferimus, sed veteribus insistimus, nec dubitamus Superiores, inobedientes ex gradu dejicere, tum Potestate Nostra ordinaria, tum etiam delegata, nimirum: ut Visitatores Apostolici, neque Regiones ab Italia procul dissitæ, aut quidvis aliud impediet, quominus Legum Nostrarum causam, quæ DEI est, omni tempore totisque viribus defendamus.

Ad hæc omnia unum superest addendum: Neminem videlicet Sobrietatis Religiosæ oblivisci debere in omnibus rebus, sed maxime in cibo et potu. Lamentabatur olim Bernardus, eo inter Monachos suos rem devenisse, ut in his reprehensibiles invenirentur. "Jam (inquit) de aquæ potu quid dicam: quando nec ullô quidem pactô vinum aquatum admittitur; omnes nimirum ex quo Monachi sumus infirmos stomachos habemus, et tam necessarium Apostoli de vino utendo consilium non negligimus, modicô tamen quod Ille præmisit, nescio cur prætermissô?" Forte hæc Doctoris Sancti verba usurpare merito possumus? Vos autem testes estis, an ex veritate loquamur? Temperantia sane, quâ et ipsi sæculares laudantur, Nobis qui vitam perfectam affectamus magis est consentanea ad virtutum incrementum et ad sæculi ipsius exemplum, cujus lux sumus. Quid profanis hominibus respondebimus, si Isidori verbis nos lacessant? "Non debet vitia aliena corripere qui adhuc vitiorum contagionibus inservit. Improbum est arguere quemquam in alio quod adhuc reprehendit in semetipso." Si hærere pudet, pudeat nos quoque consilii nostri, et juxta Apostoli præceptum: "Sobrie juste et pie vivamus in hoc sæculo."

Habetis, Patres Dilectissimi! quæ Vobis præcipienda duximus, ut quæ sponte facienda sunt etiam ab alio audiatis qui Vestri curam sustinet. Utinam autem, prout Vos in Domino hortamur toto animo, et mente quæ utilitati vestræ unice prospicit, sic et Vos Hortationibus Nostris respondeatis Nobisque gaudio sitis et exultationi in Christo JESU. Religiosam vitam profitemur, nec gloriari debet se esse Religiosum, qui Nomen habet et facta non habet, ubi autem Nomen secutum fuerit opus, certissime Ille est Religiosus qui se factis ostendit, ambulans, sicut Ille ambulavit à Quo et Nomen traxit. Nostis quid à Vobis Religio Seraphica expectat? quid DEUS? quid mundus? Dumque mundum dicimus: sapientes et insipientes pariter designamus, quibus debitores sumus. Valete! et DEUM precamini pro Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ prosperitate, pro hæresum errorumque extirpatione, pro concordia inter Principes Christianos, pro incolumitate, felicitate et gloria Summi Pontificis Pii VI. Qui humilem Ordinem nostrum singularibus favoribus prosequi dignatur, pro Eminentissimo Cardinali Romualdo Braschio Onestio Ordinis Nostri vigilantissimo atque amantissimo Protectore. Et pro Reverendissimo Joachimo Compány Optimo Parente Nostro, à Cujus sapientia, fide, vigilantia, nonnisi omnia fausta nobis repromittere possumus. Interim Seraphicam Benedictionem vobis impertimur. Datæ Romæ in Ara-Cæli: Die 30 Octobris Annô Dñi 1782.

Fr Bonaventura à Placentia, Commissarius Generalis.

L. S.

Ex mandato Reverendissimi in Christo Patris=
Fr Joannes Pius à Placentia Secretarius Gnrlis

Hæc sunt Pastorales Reverendissimi Commissarii Generalis, quibus Charitatis officia, benignitatis documenta, ac tandem salutaria manutenendæ Observantiæ monita nostris instillantur auribus. Hæc ergo Patres ac Fratres Dilectissimi! Divina Vos Gratia adju-

adjuvante ad effectum deducere satagite; ita, ut inde major et major DEI Gloria crescat, et San-
cta Observantia in suo nitore augeatur; salusq aeterna nostra et vestra tutius operetur. Valete Pa-
tres ac Fratres in Christo Dilectissimi! Sanctae Romanae Ecclesiae, Summi Pontificis, Regni, ac [illegible]
dem Nostri et Benefactor. Nostrorum in orationibus memores. Praesentes Literas Communita-
tibus lectas et explicatas Superiores Locales Protocolis ingrossari, et ad Conventus juxta ordinem
Cursoriae transmitti curent. Datt in Conventu Nro Cracoviae ad S. Casimirum Patt. Reg. Pol.
et M. Duc. Lithv. Die 20ma Janus. 1793.

Fr Christophorus Ref. Minister Provincialis mpp

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformator. Provinciae Ssmae V. MARIAE Angelor. in Minori Polonia Mnr Prolis et Se[illegible]

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus, ac Di-
lectissimis in Christo Fratribus, salutem, et copiosam à Domino Benedictioem.

Cum jam iteratis vicibus Româ transmissas nobis Pastorales tum Reverendissimi Ministri, tum Com-
missarii Generalis, Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi intimari fecerimus, intimatasq et lectas jam
esse per omnes Conventus non dubitamus, ex quibus satis cognovistis corda horum Reverendissimorum
Patrum plena charitate erga Filios; Nunc tandem dum simili amore refertas Literas Admodum
Reverendi Patris Procuratoris Generalis acceperimus, per quas omnem in obsequiis Nostrae Reforma-
tae ac aliis Provinciis declarat promptitudinem: Vobis promulgandas transmittimus, quidve in i-
isdem recommendatur, his ut obtemperetis exigimus.

Fr Coelestinus ab Asculo, Strictioris Observantiae S. P. N. Francisci, Almae Reformatae Provinciae Marchiae Concionator, Lector Theologus, Ex-Mnr Provincialis, Ex-Definitor Generalis, jam à Secretis Ordinis: et in hac Romana Curia pro Tota Cismontana Reformr Familia Procurat. Gnrlis, et Humilis in Dño Servus

Dilectissimis in Christo JESU Patribus, et Fratribus, Superioribus, et
Subditis, Ejusdem Familiae, Felicitatem, ac Salutem in Domino.

Postquam Universae Qui praeerat Minorum Familiae Pater Paschalis à Varisio de mortali hac vita
decessit, quae circa novos Ordinis Nostri Moderatores visa sunt PIO VI. Domino ac Pontifici Nostro, Optimo Ma-
ximo Apostolica Auctoritate sua providere atq disponere, nemo ea Vobis est qui ignorat Patres Fratresq
Dilectissimi! Hinc supervacaneum foret: de Nostra in Procuratorem Generalem pro cuncta Reforma-
torum Cismontana Familia in hac Romana Curia Electione Vos per Encyclicam hanc facere certiores,
nisi id aequè Nobis et Praedecessorum suaderet exemplum, et rerum de quibus Vos commonere cupimus ratio postularet.

Primò quidem: Scientes quantum in humeros nostros impositum, nobis onus excedat, Vos Patres
Fratresq omnes rogamus ac obsecramus in Domino, ne unquam in Oratione quae multum praesertim
valet assidua meminisse nostri intermittatis, ut quemadmodum Excelsa Manus Pontificis ad Procu-
rationem hanc Generalem Nos certè neq merentes neq opinantes assumpsit, ita et Superna Virtus Altis-
simi infirmos ac impares ad eam dignè exercendam benignè confortare dignetur.

Secundò: Illud optamus quàm maximè, ut Unusquisq vestrûm pro certo habeat, nos omnium sive
Provinciarum, sive Custodiarum, sive Conventuum, sive Individuorum negotia, quae opus omnino fu-
erit, ad Romanam Curiam ut hic pertractentur transmitti; libentissimô semper excepturos animô totisq viribus
pro eorundem necessitate aut commodo esse adlaboraturos. Sincero idcirco omnes hortamur corde, ut ad Nos con-
fidenter convertant, suosq Nobis recursus directè committant, ne contra Ordinis Constitutiones ad alios pot-
ius Procuratores praecipuè Saeculares clandestinâ via deflectant, atq confugiant.

Tertiò: Sed opus, has inanes imo nullas fore inter Vos, eas saltim quae alterum agunt adversus
alterum recurrendi causas, si praesertim temporum iniquitatem animadvertere non omnimodè negligi-
tis. Quò plus enim Regularium obstrepunt contentiones et jurgia, eò acrius in Nos debacchandi an-
sa praebebitur corruptissimo in quo vivimus saeculo, quod ad Regulares omnes si fieri potest everten-
dos undiq conspirat, ac velut fluctus feri maris suas confusiones clamoresq despumat. Itaq à Tribuna-
bus fatigandis nunc maximopere temperandum est Vobis, seduloq satagendum: ut cum patientia sup-
portantes invicem, ac mutuam in Vobismetipsis Charitatem continuam habentes, impudentem hominum
ignorantiam obmutescere faciatis.

Quartò: Verum enimvero si non animorum aemulatio, sed Zelus Disciplinae aut gravitatis casus
rem ad Superiorem Tribunaliumq Judicium deferre contigerit, hoc non aliter, quàm juxta notissimam
Benedicti XIV. fel: rec. Sanctionem, quae incipit: Apostolatus. = instituatur ac fiat, monemus, commendamus,
mus, obtestamur. Juvat tamen repetere perurgentem, excepta necessitate, communem, si sapimus, cau-
sam, non privatas exagitare lites; tempestatis conditio consulit palam, omnes ac docet.

Quintò: Quodsi valde haudubiò confert, concors fraternitatis amor et studium ad eorû fran-
gendam vim, qui in nos colluctantur, eò certè securius immanis quô premimur belli victoriam con-
sequetur, si caeteras quae Instituti sunt Nostri virtutes exercere non detrectabimus. At, quaenam esse po-
terit virtus, ubi mundano pulvere Religiosa corda sordescunt? Quapropter ne Locorum excursationes pro-
extra conclusos Domini Hortos, Claustralem Virum patentem mundi sordibus facilè contrahendis

propin:

propinquant, temerè suscipiantur; non abs re erit, in mentem Vobis crevocare, quæ prostant, quum in Statu-
tis Reformationis, tum in Actis Generalium Comitiorum, illorumq; potissimùm quæ Annô 1668 Romæ
habita sunt, ibi pag. 316. Tit. pro Cismontana Familia. num. 1. ad coercendā inobedientiā et frenandā vagaōnē.

Sextò: De Apostatis porro quid tandem loquemur? Nos ne suscipiendum quidem autumamus, fu-
turos ex Vobis esse, qui Apostasiæ barathro se dare præcipites non abhorrebunt. Verùm, si quem miserè ac
cautiosè fugere et apostatare, quod Deus avertat, revera contigerit, tunc Provinciarum Conventuumq;
Præpositi de illius qui fugam cœpit nomine, ætate, signis corporis, moribusq; vita, causa, tempore, semitaq;
fugæ illico Nos edocere festinent; ut Nos quoq; ea hic tempestivè caveamus, quæ tanti facinoris reos condi-
gnâ pœnâ corripere, cæterosq; per justæ severitatis exemplum à Castris Suis turpissimè deserendis valebût deterrere.

Septimò: Quantùm ex animo omnibus omnia fieri cupiamus, jam ingenuis apertisq; verbis pate-
fecimus suprà, et hic duo confirmamus. Læti igitur et gaudentes omnium accipiemus Epistolas quas
tamen non inanis ceremonia, sed prudens necessitatis vel utilitatis ratio mittendas suggesserit. Ex-
hinc namq; illud eveniet, quod neq; Nos in sat oneroso munere nostro inutilibus rebus obruemur,
neq; Vos sobriè ac discretè scribentes, gratuita Epistolarum, quâ /: inter alia Clementissimor Principū
beneficia :/ Noster ordo perfruit, immunitate abuti, nemo unquam aut dolere poterit, aut redarguere.

Octavò: Ut autem neminem lateant, quæ hic Nos nuntiamus ac pandimus, Provinciales, Loca-
lesq; Superiores has quasso Literas Nostras Communitatibus Religiosorum Universis in publica mensa
perlegi faciant, tum et in vernaculam verti linguam, pro eorum qui latinum sermonem non capi-
unt intelligentia. Omnes enim Officium et cura nostra complectit, adeoq; Nostri animi sensus omnium
aures pertingere omniumq; in ore versari enixè desideramus.

Nonò: Postremò: licèt Religio et Pietas Vestra nullô egeat stimulô quo ad DEI Opem pro
Sancta Ecclesia diebûs hîs nostrîs undequaq; jactata in omni humilitate ac Oratione flagitan-
dam incendatur; interest tamen: ut pro Summo Pontifice, Qui tot inter labores doloresq; animi
in Christiani Gregis custodia, Nostro etiam Sacro Ordini Paternâ curâ prospexit. Tum pro Chri-
stianis Principibus, quor favore ac munificentia adeo singulater cumulamur. Necnon pro Emi-
nentissimo ac Reverendissimo Cardinale Totius Ordinis Nostri vigilantissimo ac Amantissimo
Protectore, Quem de omnibus Nobis amplissimè promerentem indies experimur. Demum pro
Reverendissimis Ministro et Commissario Generalibus, qui perarduo Ordinis Regimini toto pecto-
re incumbunt; pro his inquam, impensius ferventiusq; exoretis. Quam in rem Precibus et com-
memorationibus vestris quotidianas quoq; nostras ferventiores, quantùm in Nobis est, copulabimus;
atq; in osculo sancto fraternè Vos amplexando, finem Encyclicæ facimus verbîs Apostoli, quæ cor-
de magis quàm ore proferimus: ut " Gratia Domini Nostri JESU Christi, et Charitas DEI, et Com-
municatio Sancti Spiritûs sit semper cum omnibus Vobis. Amen." Datt. Romæ ex Conventu San-
cti Francisci ad Ripas. 8vô Idus Decembris. A. D. 1782. . . Addictissimus in Domino Servus

L. S. Fr Coelestinus ab Asculo Procurator Gnlis

De Mandato P. S. A. R. Fr Carolus Ubenventanus Secretarius Generalis Curiæ.

Hæ sunt Voces Admodùm Reverendi Patris Procuratoris Generalis quibûs Nos alloquitur
Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi! Hic est Ejus tenerrimus erga Nostram Reformatam
cæterasq; Provincias affectus, quem in occurrentibus quandoq; negotiorum causis offert obsequi-
osissimum. Ut ergo Ejus favorabilis erga Nos animus unicuiq; sit notus; Superiores Locales
præsentes Literas Communitatibus suis perlectas et explicatas, Protocolis ingrossatas, de Con-
ventu ad Conventum juxta ordinem Cursoriæ transmitti curent. Valete PP. ac Fratres in
Christo Dilectissimi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Summi Pontificis, Regni Poloniæ, ac No-
stri et Benefactorum in Orationibus memores. Datt in Conventu Nostro Solecensi ad S.
Stanislaum Ep. et Martis Die 9na Martii. A. D. 1793.

F. Christophorus Ref. Minister Provincialis

Fr. Christophorus Dobrakowski Ords Mm S. P. N. Fri Reformatorum Provinciæ SSmæ
Vis MARIÆ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Adm Rndis, Rndis, Multum Venerandis, Vndisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratrib
Salutem et copiosam a Domino Benedictionem

Gravissimum Munus Ministeriatus Nostri exigit, ut quantò Nos /: secundum Gregorium Magnum :/ in
reddenda Deo ratione obligatiores conspicimur de Eo, tantò pro eo manutenendo diligentiores si-
mus. Eiusmodi diligentiam inculcasse videtur Dominus in persona Jeremiæ Prophetæ Nobis con-
stitutis super Provinciam, ut scilicet: Evellamus, dissipemus, ædificemus, plantemus. Hæc scripta
dura fortè videntur Vobis Patres ac Fratres in visceribus Christi Dilectissimi, sed mitescent, si
inspexeritis commentantem super hunc textum S. Hieronymum " " " Non tenebatur, nec debebat
hic Jeremias reipsa evellere, vel destruere gentes, sed prædicere et minari destruendas et evellen-
das, quæ id suis sceleribus mererentur, ædificandas et plantandas, quæ se Deo morigeras exhi-
berent. " " " Sic et Nobis hinc districtius inculcatum arbitramur, ut præcaveamus, invigilemus, ne aliqua ex
una parte in Provinciam irrepant, quæ comminatam destructionem et evulsionem coram Deo
illius efflagitent, ex altera: per omnia enitamur per gratiam Dei ut hucusq; ædificata auge-
atur, plantata curâ Sanctorum Patrum dilatentur. Porro cum ad utrumq; hoc sanctè
implendum adhuc ab initio cœpti Ministeriatûs Nostri meliora media non adspexerimus
illis, quæ relicta legimus à S. Bonaventura Doctore Seraphico in Opusculo de sex alis Sera-
phim,

phim, videlicet: Zelum Justitiæ tendentem ad Deum et commissos Nobis. Circumspectam directio-
nem, ac demum Pietatem seu Fraternam Compassionem. Hæc proinde cordi nostro intimiùs inser-
mus, inserta pro posse ac viribus conati sumus, et conamur exequi, maximè imminente prima a-
nuali Congregatione, Quam habitâ licentia Rndsmi Patris Bonaventuræ à Placentia Comm-
sarii Generalis. S. C. Die 24. Mensis Junii in Conventu Pinczoviensi ad Ædes SSmæ Vs MARIÆ
Visitantis Elisabeth celebrandam Vobis Patres ac Fratres in visceribus Christi Dilectissimi inti-
mus. Ad eamq ex Lege R.P. Petrum Alcantara Wierzbicki Vocalem Custodem, RP. Eustachiu-
Adamowski, RP. Simonem Fabianski, RP. Justinum Kosztylski, RP. Josephum Męcinski actua-
Definitores, ac RP. Henricum Dzidowski Secretarium Provinciæ humanissimè pro Die 20m-
Mensis prædicti, invitamus ac expectamus. Cæteris verò /: præter illos, qui speciali Mandat-
Nostro vocati fuerint :/ sub pæna Apostasiæ aditum ad locum Congregationis interdicimus,
inhibemus. Ut autem hæc omnia, quæ intendimus fortunatiùs succedant, exorate Patres ac Fra-
in Christo Dilectissimi elevatis suspiriis, et ordinariis ad præscriptum Nostræ Provinciæ Suffragiis De-
Ter Optimum Maximum, ut Nobis in unum congregatis de excelso largiatur Spiritum Consilii et For-
tudinis, lumine claritatis suæ Nos illustret, ut videre possimus, quæ agenda sint, et quæ recta sunt a-
re valeamus. Ipsa verò die Congregationis post Primam in unoquoq Conventu cantetur solemni-
Missa Votiva de Spiritu Sancto, in qua FF. Clerici et Laici sumant Sacram Synaxim, quibus ea-
dem die uti et cæteris Patribus, conceditur libera electio Confessarii, ipsisq Confessariis Facult-
pro hac duntaxat vice absolvendi a Casibus Nobis reservatis plenè elargitur. Patres verò Sa-
dotes in Missis privatis addant Collectam de Eodem Spiritu Sancto. Præcipimus i-
terea omnibus Conventuum Superioribus, ut in Schedis a Nobis relictis, ad omnia in eis conte-
ta, distinctè, fideliter, et conscentiosè, absq omni dolo et fallacia respondeant, cum Patribus su-
respectivè Conventûs Discretis, prius omnibus per seipsos diligenter revisis, et non ceremoniali-
ac ad simplicem narrationem se subscribant. De celebratis fideliter Missis tàm Superiores
quam alii Sacerdotes præscriptō more præstito Juramento, ac de Officiis Defunctorum, preci-
busq à FF. Clericis et Laicis persolutis Testimonium remittant, anticipativè unâ hebdomada
ad Conventum Congregationi destinatum. Penes hac resignationem Guardianatûs adiungant
Insuper P.P. Lectoribus Studiorum demandamus, ut de profectu suorum studiosorum,
præsertim qui terminant studium Theologiæ, Rhetorices, vel Grammaticæ, tàm ex Scienti-
quàm ex moribus eorumdem ferant secundum Deum et Conscientiam Judicium, quantu-
quis eorum valeat. Similiter P.P. Resolutores Casuum exhibeant conscientiosum Test-
monium, nùm omnes et singuli P.P. Confessarii sedulò et diligenter expositorum Casuum
resolutioni dandæ incubuerint, nec ne? Quia verò sæpe contingit, ut ea, quæ ordinant-
pro manutenentia sartæ tectæ Observantiæ per negligentiam in desvetudinem abeant, ide-
iniungimus omnibus Locorum Superioribus unà cum Discretis, ut Nos certiores reddant, a-
ea, quæ in Capitulo Sandomiriensi anno elapso a Vnbli Definitorio ordinata sunt, adi-
mussim adimplentur. Deniq caveant P.P. Guardiani, ex suis Conventibus distinc-
Schedis emissarios expedire, sed necesse est, ut Superiores Conventuum in vicinitate loca-
expediant unum emissarium fidelem, qui Schedas ex aliis Conventibus transmissas ad
Conventum Congregationi assignatum referat. Ad extremum P.P. Superiores pr-
sentes Nostras Literas lectas et recommendatas suis Communitatibus, Prothocollis i-
grossari curent, ingrossatas verò ad Conventus viciniores sine mora remittant. Valete
Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi Totius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Poloniæ Regni
Necessitatum Provinciæ. Nostri quoquè ac Benefactorum Nostrorum in suis Oratio-
nibus memores. Datum in Conventu Nostro ad Ædes Sanctæ Annæ Matris Beatissimæ
Virginis MARIÆ Die 11ma Maii Anno Domini 1793.

Fr. Christophorus Reform. Mnr Provlis mp

Fr Christophorus Dobrakowski Ords Mnr S. P. N. Francis: Refor: Prov
SSmæ Vgs MARIÆ Angelorum in Minori Polonia Mnr Provincialis et Servus
Admdm. Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Di-
lectissimis in Xto Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem.

Singulis mortalibus /: quos Deus perducit ad vitam :/ persvasum fore arbitror nihil esse certius
morte P.P. ac F.F. in Xto Dilectissimi. Illa etenim ducit Reges, trahit populos, gentes impell-
omnes interficit quibus contingit nasci, non potest illa divitiis redimi, nec flecti precibus, non
viribus unquam superari, quia sic Statutum est hominibus semel mori: testante Apostolo
ad Hebr 9. Et hæc est dolendi ratio: indispensabile mortis Decretum, hac animadversione mor-
tis assiduo ferimur, dum illud omni certitudine plenum Divi Petri perpendimus dictum: tanto nos
esse propinquiores mortis termino, quanto longius recessimus a die Nativitatis Nostræ quotidie
enim morimur, et sicut aquæ quæ non revertuntur dilabimur, transit vita nostra tanquam vestigium
nubis.

Hujus.

Hujus deplorandæ mortis Decretum Divinum licet libentiori animo impleri conspicimus in Nostris Benefactoribus, non tamen sine mærore et amaritudine cordis has funestas sortes excipere valemus, quinimo eo majoribus ex Eorum obitu premimur doloribus, quo noverimus Eos decedere de vita, qui quoad viverunt: et Deo per bona Opera, hominibus per exempla virtutum, Nobis vero per Beneficia præstita plurimum meriti fuerant. Talis Paschales ante Ferias cessit e vivis Illma Magnifica Dna Catharina Senensis de Potockie Mięczyńska Capitanea Smidensis Benefactrix Singularissima quæ et Deo famulari, Illius Ecclesias omni qua par est devotione invisere, ditareque opulentissime solemne semper habuit, ut vel sic in tuto ponat sua merita, tribuendo substantiam Deo, a quo illam sibi venisse noverat; Exsolvit debitum mortalitatis Illa, quæ nihil cum mundo habuit, et nec quidquam vanitatis mundus in Ea invenit, quinimo humilitatis, mansvetudinis, verecundiæ in conversando aliarumque virtutum flagrantes post se reliquit odores, ut cæteros quos non poterat verbo, exemplis saltim formam vivendi doceat, Morte sublata est Illa, a qua nullus pauperum minimam passus est repulsam, sed cuilibet inopi manum suam aperuit, et palmas suas extendit ad sublevandam Eorum egestatem, ut vere dici mereretur Mater pauperum, quos semper benigno excipiebat sinu. Quid tandem dicendum est? quali Ordinem Nostrum prosequebatur amore, quã tenerrimo in Nos ferebatur affectu, quam largas idque continuo tribuebat Eleemosynas, quam amplissima præstitit Beneficia. Testes hujus rei advoco omnes, qui inhabitantes Conventum Lublinensem Eam noverant, fateri debent ac deplorare irreparabilem jacturam tantæ Benefactricis, cui parem vix invenire poterimus, quæ non solum Nos fovit atque nutrivit nostram sublevando paupertatem, sed et præfati Conventus Lublinensis Sacristia testatur Ejus munificentiæ documenta in comparatis sufficientissimis apparatibus = = Quæ omnia piè Defctæ Illmæ Catharinæ Benefactricis Singularissimæ bona opera pro Dei gloria gesta, licet Nobis spem faciant, quod cum odore virtutum animam suam ad visionem Dei Beatificam transmiserit, quia tamen judicia Dei abyssus magna, Nostrum interest ut animam Ejus juvemus obsequiis non solum ex lege Charitatis, sed et ex vinculo debitæ gratitudinis, ut qui in vita Ejus ditati ac cumulati sumus gratiis, favoribus, ac Beneficiis, Illa quoque Nos promptos ac paratos experiatur in suffragando Animæ suæ. Quare nec gravando Provinciam, nec penitus ab omni ope ferenda absolvendo, injungimus Locorum Superioribus ut receptis hisce literis per tres continuo dies scribatur in Sacristia memento, hisque diebus mane, meridie et vespere pulsentur campanæ, unum Officium Defunctorum in Choro recitetur, Quilibet Fr. Clericus unum Officium Defunctor. absolvat. Quilibet Fr. Laicus centum Pater et Ave totidemque Requiem æ. oret, præterea Fratres Clerici et Laici duas sacras Communiones offerant pro Anima p.d. Catharinæ. Huic lugubri Notitiæ non absimilem secundam et tertiam adjungimus. Secunda est de obitu Generosæ Dominæ Rosaliæ Kalisinska Benefactricis Nostræ, cui in Capitulo Vieliciensi An. Dni 1781. appromissa sunt post mortem suffragia, et in Congregatione Brzozoviensi An. Dni 1787. confirmata in vim gratitudinis pro Beneficiis, gratiisque Nobis præstitis, vi cujus promissionis factæ et confirmatæ mandamus Locorum Superioribus ut pro anima piè defunctæ Rosaliæ, in unoquoque Conventu absolvatur una Missa cantata, et unum Officium Defunctor. in Choro recitetur. — Tertia est de obitu perNobilis ac Spectabilis Mariannæ Ziotkiewiczowa singularis Benefactricis non solum Conventus Jaroslaviensis sed et totius Provinciæ, quam protunc adhuc integram, ita suis obsequiis gratiis ac Beneficiis devicit, ut in Capitulo Ressoviensi Anno Dni 1777 celebrato post mortem suffragia duor. dierum Eidem appromiserit, Vi ergo datæ fidei a Provincia Nostra pro illo tunc viventi, nunc autem mortuæ ut promissa exsolvantur, injungimus Locorum Superioribus, ut pro anima Illius, quilibet Sacerdos duas Missas celebret, et una cantetur, unum Officium Defunctor. persolvatur, Insuper in unoquoque Conventu pro Eadem Defcta Marianna quinque Missæ celebrentur. Fres vero Clerici bis Officium Defunctor. absolvant, Laici bis centum Pater et Ave totidemque Requiem æ. recitent. Omnes autem et singuli charitativis satagant juvare suffragiis. Præsentes vero literas Communitatibus lectas et recommendatas, Protocollis ingrossatas ad Conventus viciniores transmittant sine mora. Valete P.P. ac FF. in Xto Dilectissimi Totius Ecclæ Romanæ, Regni Poloniæ, Necessitatum Provinciæ Nostræ, Nostri tandem ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Pilcensi ad Ædes SSmi Nominis JESU Die 30 Aprilis 1793.

Fr. Christophorus Ressr. Mnr. Provlis mpp

Fr. Christophorus Dobrakowski Ords. Mnor. S.P.N. Franci: Reform. Provæ SSmæ Virgis Mariæ Angelorum in Mnri Polonia Minister Provlis et servus.

Admdum Reverendis Reverendis Multum Venerandis, Venerandisque PPbus ac Dilectissimis in Xto Fratribus salutem et copiosam a Domino Benedictionem.

Peracta largiente Deo ter optimo maximo prima Congregatione ~~[illegible]~~ compendiose quidem

affectuose tamen Vos alloquimur P.P. ac Fratres Dilectissimi in Christi visceribus. Ecce fere in ea
tempestate saeculorum vivimus in qua Petri Navicula fluctuare et ipsa Machina Universi tremere
detur. Ecce quod olim Salvator Mundi Marci 13 locutus, ex parte conspicimus. Exurgent enim
(: ait Ille:) Pseudo=Christi et Pseudo Prophetae. Hi exorti signa quidem non dant, sed portenta de
Ventre inferni extracta (: falsa intelligo fanatismi dogmata :) producunt, ad seducendos si fieri p
set etiam electos. Ecce et illud quod apud Matthaeum simile priori sententiae idem Ma
Coelestis Christus Deus superaddidit multum cernimus. Et quoniam abundavit iniquitas, refri
scet charitas Multorum. Quid vero de spe istorum proferre debeamus. Suggerit Divus Bern
vanam eam appellans et omnino confundentem eo quod charitas desit, Quid de Evangelicis Con
innuamus corruptissimo Mundo. qui praecepta Dei, Mandata, Juraque Ecclesiae multa contemnit
raque excutit. Quid de vera virtute dicamus bonorum omnium morum desertoribus. Nihil lo
quendum sed tacendum est non perorandum sed orandum nobis contemptoribus saeculi pro saeculo
quam. Aliud nihilominus aliud commendandum sat agimus Vobis Patres ac Fratres in Xto
lectissimi, non tamen alienum a bono communi Ecclesiae, bonoque Orbis Christiani, imo toti Ter
Orbi valde utile proficuum ac necessarium. Navim fluctuantem salvate, Orbemque labentem
sustentare conemini boni Aemulatores.

Adversarius quidem vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit quaerens quem devoret, sed h
animarum nostrarum infensissimo hosti resistite fortes in fide. Sine hac quippe virtutum o 1mo
um Principe impossibile est placere Deo: ut dixit Apostolus, verum ij quibus minor inest
ctrina Sapientis dicta servantes in non respondendo insipientium quaestiunculis Fidei tenean
plicitatem, quae juxta D. Ambrosium Fidei simplicitas omnibus argumentis antecellit. Quam
in viris Religiosis Fidei debeat esse custodia nemo ignorat, Laudatus siquidem Doctor universim
omnes fideles monet: Christianus ante omnia fidem custodiat hac enim salva facile reliquas vi 2do
tes custodiet aut reparabit. Fide jam proposita; Ipsa fide major praetendenda est charitas cu
qua habita facile omnes virtutes habentur qua sublata tolluntur omnes. Expugnantur profecto ho
animae modiinque maximus omnium Daemon fortitudine fidei, Teste Joanne Apostolo, sed terrib
est quod ait S. Augustinus quia sicut: Fides cum dilectione Christiani est: ita: sine dilect
Daemonis. Quare proficiendum in charitate et contra hostes animarum imo ipsius Ecclesiae Sanctae 3tio
fide pugnandum cum charitate non ficta, quae utique deest impugnantibus fidem. Charitas est prop
gnaculum munitissimum pro fidelibus defendendis aptum et ut ~~virtutum~~ speculum perfectionis commodiu
prae caeteris capiens profitentes perfectionem. Nam re vera: Virtutum apex est ac veluti arx
loquitur S. Joannes Damascenus. Porro nec majus robur contra hostes salutis, nec amplior pro 4to
ctio dari vel cogitari vale, charitate quae Dei summi insignitur nomine, Quapropter magnus A
ponensium Praesul dicere non dubitavit Epi: 143 ad Julianum: Charitas in omnibus Dei do
ita excellit ut etiam Deus dicta sit, Deus enim est Charitas. At si Deus pro nobis q
contra nos. Spes autem non confundit. 5to

Viri Evangelicam Paupertatem Castitatemque professi, Philosophiae aut verius pestilentiae mo
qui facile obviam eunt, Obedientiae quoque Cultores nedum impugnare vitia sed ipsos Daemon 6to
facile vincere possunt. De prima harum eximiarum virtutum inquit Hieronymus Quod omnis Ph
sophiae magistra sit nempe paupertas eademque humilitati custodia juxta magnum Gregorium imo se
talis causa et omnis metus expulsio juxta Chrisostomum, Alteram seu Castitatem Thesaurum c
tias Christianorum appellat Tertulianus. Si tamen sine charitate fuerit comparat lampadi ab 7mo
secundum Divum Bernardum, quin imo ex ipsius Salvatoris testimonio: Vir (: tandem :) obediens lo
victoriam ut dictum in Proverbiis Cap 17. Quare praesentis temporis mordax superbia, inobedien
tiaque communis potestatibus vocaliter transfixam sublimioribus, modesta humilitate ac obedien 8vo
Religiosorum Hominum est prosternenda, sicque sedanda tempestas valida in Mari Mu
et spatiis, ut Hm Ducem sequentium sonent in auribus verba Apli ad Philippenses Cap. 2na
Christus humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem: Non immerito ergo inclam
S Gregorius Caeteris quidem virtutibus daemones impugnamus, per Obedientiam vincimus.
Ut si essus timeat, addenda est humilitas, ut fundamentum stabilitatis omnis. Si vero
ipse Daemon vincitur per humilitatem, qd. de aliis sentiendum hostibus superandis scrip
Reppe: Cadent a latere tuo mille et decem millia a dextris tuis qui habitas in adjutor
altissimi. Qui humilia respicit et alta a longe cognoscit, Summa omnium virtutum
Charitas Mater esse credit, ita mater quoque est, humilitas ut docet S Chrysostomus

Minus omnino est humilitas Charitate, sed est: Charitatis meritum, et pariter humilitatis praemium, ut optime censet D. Aurelius Augustinus. Maneq in sua Regula Fratres his suis notandis verbis: In moribus vestris nil fiat, qd cujusquam offendat aspectum, sed qd deceat Sanctitatem. Longum esset atq prolixum nimis, si singulatim proferentur hic media arma omnia et singula, quib expugnatur et superatur, hostis Ecclesiae, et Omnium animarum sanguine Xti pretiosissimo redemptarum, horum tamen armorum validissima conservant in Religiosorum ordinum observantia, et omnino intacta et restaurata.

Quid demum agendum in deliciis mundi jam senescentis hominibus miseris non aliud certe: quam Divinae ordinationi ac Providentiae innitendum, ejus certe sustentatio efficacissima, cujus gubernatio potentissima est, sub cujus imperio versantur omnes, qui portant orbem, et quid homo Parvuli dirigente omnipotente, universum, et assistente Sponsa sua Immaculata Xti: Cui nobiscum est omnibus diebus, usq ad consummationem saeculi, et portae inferi non praevalebunt adversus Eam.

State igitur fortiter in Ordine quem assumpsistis, intrepidi, sustentate vicum [illegible] vestris, quibus eum vult spoliare hostis, servate autem ad amorem servandae pacis, erit universa Pax optata, videlicet Pax, [illegible] ut verbis Apostoli ad Ephes. 6 Pax Fratribus et Charitas cum fide a Deo Patre et Domino Jesu Xto. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum Jesum Xtum in incorruptione.

Et licet non ambigamus de Vestro Zelo deque Stabilitate in Stricti et exacta Seraficae Regulae observantia, Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi. Muneri tamen nostro satisfacientes bonoque Provinciae invigilantes, sequentes VV. Definitorii ordinationes, non veluti novas, sed antiquarum renovationes, commendamus, et ut serventur injungimus, videlicet:

1mo Quoniam circa Jejunia consueta quidem abusus viguit in Provincia, ideo conformiter ad Statuta nostra ordinatur, ut servent omnino in Posterum tam Jejunia ex Praecepto Ecclesiae, quam et Regulae nostrae, omnia, uti etiam Vigiliae, et ultimi dies Bacchanaliorum, item Ferias quartas, juxta praescriptum Statutorum jejunent Fratres in Lacticiniis. Sanctam vero Quadragesimam, qui voluntarie jejunant, jejunent fideliter, nec excusent consulto extra Conventum pro comedendo carnibus, a quo ut abstineant, Fratres jejunantes, Superiores subministrent ipsis meliores portiones prout possibilitas permittet.

2do Patres Guardiani quamvis praescribunt Statuta frequenter horum die noctuque invigilentq observantia, ex illorum enim neglientia, et connivientia Laus Dei minuitur et laxitas tandem introducitur. Cum compertum sit Superiores locales atq sufficienti causa saepe permittere horas Canonicas plane recitari, et a Matutino media nocte recitando dispensare. Ideo VV. Definitorium strictissime prohibet, ne hoc in posterum Superiores faciant, nisi urgente justa causa, et si ex vera necessitate contigerit, circa matutinum dispensare, hoc mane absolvat tempestivius excitatos Fratribus.

3tio Renovatur Statutum Provinciae Nostrae, juxta qd sicut Superiores tenentur redeuntes ex potentia Fratres interrogare quomodo se gesserint in via, ita Socii etiam interrogati a Superiore aliquid in conscientia eorundem deferre Socios delinquentes, neque hoc depositionem sequatur ad Visitationem AR.P. Provincialis, multo magis non murmurent in conventu, coram aliis Fratribus contra delinquentem Socium, et coram Superiore celando: nam per talem detractionem charitas fraterna laeditur, et conscientia ipsorum onerat.

4to Cum Equitatio sit nobis per Regulam stricte prohibita, nec permittitur, nisi cogente necessitate manifesta vel infirmitate, qd tamen plerique minus attendentes passim transgrediuntur. Ideo serio monentur tam Superiores quam subditi, ut hujus praecepti Regulae memores, pro licita non utantur, et si adfuerit causa legitima Corrizatio circa hanc servent Ordinationes saepius jam renovatas a VV. Definitoriis, quae ne aliquando Fratres absque necessitate utantur, deferant et Superioribus qui transgressores juxta Statuta puniant.

5to Inculcatur Patribus Officialibus, ut ad praescriptum Statutorum curent Regulare horarum, debent enim aliis praelucere exemplo, et externi devotioni vacare, ne aliud videatur docere et aliud facere, proinde neglientes in hoc per Superiores reficiant et moneant.

6to Quoniam innotuit aliquos PP. Praedicatores minus attendere suo officio, et per transennam praedicationi verbi Dei insistere. Ideo serio exhortantur ut pro Concionibus omni qua possent diligentia, se praeparent quatenus per illas laudem Dei promoveant, aedificent populum, conciliento existimationem Religionis. Unde sermocinationis non indulgeant, sed libros necessarios legant, materias seligant, accomodatas auditori, fidelitq scribant Conciones praesentandas A.R.P. Provinciali in Visitatione.

7mo Innovantur ordinationes circa Resolutionem Casuum tam Latinorum quam Polonicalium ut Statuta temporis habeant, nec absq causa praeteritat. Qui vero Resolucioni casuum Latinorum non fuerit praesens, reversus de via adeat Patrem Resolutorem et Resolvat casum quem omisit. Resolutio autem Polonicorum fiat praesente Superiore ad Normam Ordinationem Statui Factam An. 1772.

8vo In quo Conventu ob urgentem Necessitatem asservatur per D. Substitutum Eleemozina pecuniaria, illa nullatenus asservetur in Cela P. Guardiani, sed in alio tuto loco, et Clavis ubi illa non apud P. Guardianum sed apud D. Substitutum maneat.

9no Ubi conscribitur Discretorium in Casu aliquo graviori in quo punitur aliquis Frater delinquens, ejus modi discretorium describat in Charta, cum expressione culpae Fratris et poenae ei assignatae et concludat pro casu.

Haec sunt Patres ac Fratres in Xto dilectissimi quae pro stabilienda manutenentia sanctae Observantiae nostrae emendanda duximus, haec scribimus vobis haec legentes, haec adimplere conemini, ut inde et Dei Major gloria crescat et vestra facilius obtineatur salus.

Demum hic adjungimus vobis Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi Nuntium de Morte Spectabilis Domini Thomae Dziekanowicz, Substituti Conventus Stopnicensis, Cui pro susceptos

laboribus in sui gratitudinis apromissa et suffragia in Capitulo Sandomiriensi An. Dom. 1792 Celeb.
quare ut satis fiat data obligationi praesentibus Literis Nostris sequentia suffragia in integrum
absolvenda videlicet: In Conventu Stopnicensi, quilibet Sacerdos tres Missas celebret, quilibet Frater Clericus ter
officium Defunctorum recitet, quilibet Fr. Laicus ter Centum Pater et Ave totidem Requiem aeternam dicat.
Praeterea in Choro unum officium Defunctorum recitet et una Missa pro eodem pie defuncto Thoma can.
In Aliis autem Conventibus per Provinciam in Unoquoque Conventu unum officium Defunctorum in
Choro recitetur, et Fratres Laici singuli semel Centum Pater et Ave totidemque Requiem aeternam dicant.

Praesentes vero Literas Nostras Communitatibus lectas et explicatas, Protocollis ingrossatas, Patres Super
iores semper ad Conventus Viciniores juxta ordinem Cursoriae transmittant. Valete Patres ac Fratres
In Xto Dilectissimi Sanctae Romanae Ecclesiae, Regni Poloniae Nostrique quoque ac Benefactorum Nostrorum in
in orationibus memores. Datt. in Conventu Nostro Pinczoviensi ad B. V. Mariam Visitantem
D. 1 Augusti An. D. 1793.

Fr. Christophorus Refs Mnr Provin.

Fr. Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. Francisci Reformatorum Provin-
ciae B. V. Mariae Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et servus.

Adm. Rndis Rndis, Multum Vrandis Vrandisque Patribus ac Dilectissimis in Chri-
sto Fratribus salutem et copiosam a Domino Benedictionem.

Illorum unum quae salutariter meditanda praecepit Ecclesiasticus ob oculos vestros statuere
proponimus ut ad compassionem salutarem animos vestros excitaremus Prs ac Frs
Dilectissimi in Xti Visceribus. Hoc enim quamvis reliquorum novissimorum certius non sit
fortius tamen et frequentius viventibus pensandum esse censetur quam alia, nam ab eo
caetera dependere videntur, hoc autem non aliud quam mors esse dignoscitur. Quales namque
in ultimo vitae suae puncto homines reperiuntur tales statuuntur in conspectu Judicis
praemia vel poenas ab Eo deputandi. Illud ultimum punctum recogitantes Vobis
quoque recogitandum communicamus PP. ac FF. Dilectissimi, dum de morte Illsmae ac M.
Dnae Mariannae de Drohojewskie Pininska Comitissae ac Capitaneae Pilznensis ac
Nostrae Benefactricis nostrae Vos certiores reddimus. Licet autem Mulierem fortem quae
amulata et imitata solicite p. d., licet fortitudo et decor indumentum illius essent, licet
risisse in die novissimo suo pie praesumatur. Verumtamen quia non nostrum est perfe-
cte dijudicare de optima illius sorte post mortem, agendum est quod agendum non
solum pietas christiana praecipit, sed etiam obstricta pluribus beneficijs obligatio jubet.
Exoranda igitur pro anima p. d. Illsmae Mariannae Divina justitia ante cujus conspe-
ctum vix justus securus est, quaeque in Angelis reperit pravitatem. Orate itaque PP. ac FF. Dile-
ctissimi pro Anima Ipsius ut si forte piacularibus flammis pro debitis nodis aut sa-
tisfactione temporali explenda adjudicata est, quantocius liberetur. Unde ut et charitati et ju-
stitiae satisfiat injungimus praesentibus ut sine dilatione in unoquoque Conventu pro A-
nima p. d. Mariannae integra suffragia tanquam pro Fre absolvantur videlicet Officium
Defunctorum in Choro recitetur, Missa cantetur, quilibet Sacerdos 3 Missas celebret, Fr.
Clericus ter Officium Defunctorum, Fr. Laicus ter centum Pater et Ave ac totidem Requiem
aeternam recitet. Cum autem munificentia p. d. Illsmae erga nos plus creverit obliga-
mur ad ampliora suffragia eidem praestanda, quare insuper in quolibet Conventu
pro Anima ejusdem Illsmae Mariannae cantetur una Missa de Requie, 14 absolvantur,
FF. Clerici Officium Defunctorum unum, FF. Laici centum Pater et Ave et totidem Requiem
aeternam recitent. Praesentes vero Literae Communitatibus lectae et recommendatae
Protocollis ingrossatae sine mora juxta Ordinem cursoriae ad conventum viciniorem
mittantur. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi nostri ac Benefactorum nostrorum
in orationibus memores. Datt. in Conventu Nostro Solecensi ad Aedem S. Stanislai Epi.
Marty: Patro: Reg: Pol: D. 7 Martii A. 1794

(L. S.)

Fr. Christophorus Refs

Fr Christophorus Dobrakowski O. Min. S. P. N. F. Rman Prov. S.ma B.o Mariæ Angelor. in Min.i Polonia Minister Prov.lis et Servus.

Adm. Rdis, Rdis, Multum Vrandis Vrandisq. Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus salutem et copiosa a Dno Benedictionem

: Secundus jam feliciter elabitur annus abhinc quo Deo annuente (: licet impares tanto portando oneri viribus :) suscepimus Ministeriatus Officium, soli Divinæ confisi Providentiæ, scientes qd q dedit eē, dabit, et ita in conspectu Ejus placuerit et perficere. Postquam vero vos Patres in visceribus Xti Dilissimi jam etiam hoc Anno tam ubiversalim qm individualim singulos personaliter invisitavimus, os ad os locuti fuerimus, postquam uniuscujusq merita in Matre nra Provia posita, laboresq cuivis Officio proprios perspexerimus, vota ac desideria uniuscujusq audiverimus, iterum iterumq ad vos revertimur non Ptona sed scripto impeditq sed calamo et litera. Repetimus dicta: Visitavimus vos in hoc Ano ex munere nro, noviusq e qd nos Deus hujus nræ Proviæ tanquam vineæ electæ suæ ac pusilli gregis S. P. N. F. constituerit Custodem, juxta effatum sacrum: Super muros tuos Jerusalem constitui Custodes. Perspeximus tamen et uniuscujusq Vrum merita et labores. Scimus e nos a Deo constitutos equi et justi Arbitros, distributivam in hoc munere administraturi justitiam, Deum ipsum secuturi; Qui sicut cujusq videt merita ita decernit et præmia. Audivimus omnium Vrum desideria, gerimus e hac in vice Cor et Personam Pris uniuscujusq Vrum; sdm justum et dignum placitum coronaturi vota in in hoc passu D. O. M. erga nos oēs perpendam imitaturi benevolentiam, de quo attestatur Scriptura: Non enim subtrahit personam Cujusquam Deus ------ pusillum et magnum ipse fecit et equalr Ipsi cura est de omnibus.

Si itaq vere Custodes sumq electæ Vineæ Dni Proviæ nræ commisso nobis Gregi pusillo Minoritico vigilare nos convenit prædertim quo ad ea q conveniunt Majorem Dei gloriam Religionis nræ augmentum ac sustentandam conservandamq Strictiorem nram Observantiam Reformatam et cum tempus plantationum in hac vinea Minoritica adveniat prout necesse fuerit de loco ad locum de Officio ad Officium unumquemq transferre curabimus. Si iterum justitiæ distributivæ sumus Administri Vrum proinde studium erit unicuiq quod suum est reddere, quod justum b negare, deq Superioribus adspiciendo Capitulum Provinciale futurum providere. Cum denq paterno erga omnes feramur affectu nostra in id incumbet solicitudo gratiorum paternæ benevolentiæ unicuiq manifestare affectum ha oibq et singulis prodesse ut a nobis susceptum Officium exigit, ita omnibus et singulis prodesse par nos urget obligatio; Ad quem finem ut nostro muneri Vestrisq desiderijs quamprimum satisfiat futura congregatione obtenta jamq habita licentia Reverendissimi Patris Bonaventuræ a Placentia Commissarij Generalis Superioris Colendissimi Die 24 Mensis Julij in Contu pro Pilcensi celebrandam Vobis Patres ac Fratres in visceribus Xti Dilectissimi intimamus, ad eamq ex lege R.P. Petrum Alcan, Wirbicki Vocalem Custodem, R.P. Eustachium Adamowski R.P. Simonem Fabianski, R.P. Justinum Kosztylski, R.P. Josephum Mquinski Actuales Definitores, ac R.P. Henricum Dzicowski Secretarium Provinciæ humanissime pro Die 21 Mensis prædicti invitamus ac expectamus. Cæteris vero omnibus non habentibus a nobis specialem accedendi ad hunc Conventum licentiam sub pœna apostasiæ interdicimus. Ne vero nos a prospero Consiliorum nostrorum tramite aberrare contingat a Patre Luminum et Consolatore optimo enixis precibus implorandi sunt Divinæ ejus Gratiæ subsidia, ideoq in hunc finem injungimus ut in singulis Conventibus duabus septimanis Congregationem præcedentibus fiant consueta suffragia, nempe: Veni Creator Spiritus &c: cum versibus et orationibus de eodem Spiritu Sancto et Immaculate concepta B. V. Maria ac de S. P. N. Francisco, Ipsa vero die Congregationis

post Primam in uno quoq Conventu cantetur solemniter Missa Votiva de Spiritu
Sancto in qua Fratres Clerici et Laici sumant Sacram Synaxim, quibus eadem
die uti et cæteris Patribus conceditur libera electio Confessarij, ipsisq Confessa
facultas pro hac duntaxat vice absolvendi a Casibus nobis reservatis plena
elargitur. Patres vero Sacerdotes in Missis privatis addant Collectam de eod
Spiritu Sancto. Porro monemus omnes Locorum Superiores ut in Schema
tibus a Nobis porrectis ad omnia in eis contenta distincte fideliter et conscienti
cum Patribus respective Conventus Discretis respondeant, prius tamen omnibus et
gulis per seipsos non perfunctorie sed tempestive mature visis et revisis ac
gestratis se subscribant. De celebratis fideliter Missis tam Superiores
alij Sacerdotes præstito Juramento ac de Officijs Defunctorum, Precibus
Fratribus Clericis et Laicis persolutis juratum testimonium remittant, anticip
ce una Hebdomada ad Conventum Congregationis. Demandamus
Patribus Lectoribus Studiorum ut de profectu suorum Studiosorum præsertim
qui terminarunt Studia tam ex scientia quam ex moribus ferant judicium, quan
quis eorum valeat. Similiter Patres Resolutores Fasciculum exhibeant continen
osum Testimonium quem omnes Patres Confessarij sedulo et diligenter C
positorum Communium resolutioni demde incubuerint. Denique caveant Pa
Guardiani ex suis conventibus distinctos cum schedis emissarios expedi
sed necesse est ut Superiores Conventuum in Viciniori[tate] locati unum eorum
rium fidelem qui scedas ex alijs Conventibus transmissas ad Conventum
gregationi destinatum referat. Insuper injungimus omnibus Locorum Super
ribus una cum Discretis ut nos certiores reddant an ea omnia quæ in prioribus
cyclicis Literis Ao Dni 1792 et 3. commendavimus plene et adæquate executa s
Ad extremum Patres Superiores præsentes Literas Nostras Communitatibus
lectas et recommendatas, Protocollis ingrossatas ad Conventus viciniores sine m
ra remittant. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Christi Dilectissimi
ac pro exaltatione Ecclesiæ, infidelium conversione, hæresum extirpatione, Christi
anorum Principum concordia, pro Visibili Ecclesiæ Militantis Capite, necnon p
bono almæ Provinciæ et felici successu Regni Poloniæ, pro Nobis quoq de
nefactoribus nostris Divinam ferventissime Majestatem exorate. Datum in Con
ventu nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Patroni Regni Poloniæ et Mag
Ducatus Litvaniæ Die 20 Maj Ao D. 1794

Fr Christophorus Res: Mar Pro Minister

(L.S.)

Fr Christophorus Dobrakoski Ords Minorum S. P. N.
Francisci Reformatorum Provinciæ Sanctæ V. Mariæ Angelorum
in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.
Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Ve-
nerandisq. Patribus ac Dilectissimis in Xsto Fratribus Sa-
lutem et Copiosam Benedictionem a Domino.
Verbis Divi Psalmistæ alloquimur vos, Patres ac Fratres in Xsti Visceribus Di-
lectissimi. Magnificate Dominum meum et exaltate Nomen Ejus in idipsum
Benedicite Dominum quia mirificavit misericordiam suam Nobis futuræ
expositionis gravi in Civitate munita. Equidem peracturos nos Congre-
gationem intermediam ultra Spem humanam sed Divina per omnia

munitos, non obstantibus temporis angustiis ad Conventum ab Sno Homine Jesu erectum, Mirifica Ejus Misericordia Congregari tempore determinato incolumes fecit Congregatos in omnimoda pace et tranquillitate Consultationes, Electiones et Coordinationes Familiarum per Conventus peregisse concessit. Has aliquorum electiones et caeterorum Coordinationes ratas vos habere necesse est nisi calce abjeceritis illam saluberrimam Almi Patriarchae Nostri Francisci verbo proditam, exemplo firmatam jussionem: et firmiter volo obedire Generali Ministro et illi Guardiano quem sibi placuerit mihi dare, et ita volo esse captus in manibus suis ut non possim ire vel facere ultra voluntatem suam: quia Dominus meus est, rata inquam omnia vos habere necesse sit, nisi Deo ejusq voluntati resistere et perperam cum dispendio salutis aeternae ire malueritis, indicante Divo Apostolo ad Rom Capi 13 itaq qui resistit potestati Dei Ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Nolite Patres et Fratres in Xsto Dilectissimi a proprio privato Spiritu abduci in sensum reprobum de Superioribus eorumq circa vos Coordinationibus Collocationibus et aliis his similibus. Et ne? Nos non sumus illi, de quorum manibus sanguinem [secundum Expositores mortem et perditionem] sagacissimus ac rigidissimus Judex requisiturus vestrum? Nonne Nos non sumus de eorum numero Pastorum qui animas debent ponere suas pro ovibus suis, si hic ponere neglexerimus ponemus [ah! horrendum etiam auditu] ponemus in ultimo Judicio sed inevitabiliter aeternum damnandas. Damnabiles sicut credimus ita praedicamus ac ingeminamus Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi proprium amorem sui, propriam voluntatem, et proprium judicium: et quomodo evitabimus aeternam damnationem coram districto Scrutatore cordialium Arcanorum nostrorum, si pellice privato amore sui et non augendae Majoris Gloriae Dei, et boni communis atq salutis Vestrum? si pellice voluntate propria nostra et non Divina nobis in Codicibus Sacris, in Regula, Statutis et Legibus manifestata? si pellice proprio Judicio alias arbitrario et non maturo in Deo Domino concepto salutari Judicio Vos rexerimus? cunctaq circa statum Almae Matris Provinciae si non meliorandum saltem conservandum, circa certam vestram vocationem ex parte nostri faciendam, providerimus? Ne sinatis ergo vos abduci proprio privato fallaci Spiritu in reprobum sensum de Nobis Nostrisq circa vos Coordinationibus, Collocutionibus et aliis his similibus, sed ex toto animo abrenuntiantes huic maligno Spiritui [si qui forte inter vos ejusdem sunt] renovamini potius Spiritu qui ex Deo est, rememoramini pristinos dies in quibus illuminati sine ulla glossa totam vestram Voluntatem propter Deum captivastis mancipastis ac subiecistis voluntati superiorum, state verbo quod jurastis, fidei quam dedistis et Author Pacis Deus Ter Optimus Maximus imperabit tempestuosis ventibus cogitationum imaginationum vestrarum in corde ascendentium et faciet tranquillitatem magnam. Quod autem in universum omnes nostrae Curae et Solicitudini Pastorali commissos tangit, aperimus Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi mentem et sensum nostrum: Minime nos sub tempus nuper Celebratae Congregationis [in qua statum Provinciae attente perpendimus] intendisse novas sanctiones Ordinationes condere, edicere, vel conditas renovare, vel renovatas quandam iterum innovando inculcare, minus ad huc intendimus nova onera imponere sed ea duntaxat quae semel vovistis Deo, quaeq in ea per Apostolicas pro Reformatione Constitutiones jam dudum sancita nostris etiam municipalibus Statutis comprehensa, commemorare, ad ea ex integro implenda commonere, ut in vocatione

vestra, qua vocati estis, digne ambuletis, et magis ac magis in omne opus bonum abundetis. Vos ergo
præprimis Superiores Locales quos Deus elegit et posuit Communitates vobis commissas regere
vos qui in adminiculum Ministeriatus Nostri vocati, tanquam proximiores speculatores stri
Deo una mecum reddituri rationem pro grege vobis concredito, nolite deesse partibus gravi
mi Muneris vestri, sed Orationibus interpellando apud Deum, frequentioribus exhortatio
ad quas vos urgent statuta, et nos præsentibus, bonô exemplô juxta doctrinam præceptivam Di
Pauli ad Titum Cap 2. Succurrite Communitatibus Vestris, Attendite serio ut tremenda Sa
Sancta Missæ Sacrificia cum summa gravissimaq devotione à singulis celebrentur, Un
quod Deus avertat. Si quos non celebrantes, sed potius Divinæ Majestati insultantes an
madverteritis, super eos ex Apostolo 2 ad Timo Cap 4 primo obsecrando deinde increpando
Si alias opus compulerit, mortificando Animadvertite. Satagite per omnia ut Divi
num Officium tam diurnum quam Nocturnum reverenter, devote, et attente, cum debi
pausa elevationeq vocis Ritui Majori vel Minori Festi accomodata persolvatur. Contra
facientes indevotionis erga Deum, (moniti et non emendati) publice acriter arguantur. Su
periores Locales enim pro omni posse die noctuq assistant, Cæteri autem omnes et singuli
tantum exceptis qui ob veram minimeq simulatam infirmitatem vel aliam ob causam per
statuta probatam sunt exempti, diurnis nocturnisq horis intersint, alias statutarie pu
niantur, ex Amore autem intimo erga Beatissimam V. Mariam non possumus non memi
nisse Ejus Parvi Officii a Nobis dici soliti. Unde ut illud cum respirio loco pausæ re
citetur enixe commendamus. Cum autem multum de Spiritu devotionis plures torpe
re animadvertamus, inter alias autem hujus torporis Causas deprehendamus Supinum
orationis mentalis neglectum, exercitium Octiduanæ Recollectionis per transennam ap
catum, Excursiones pro forensius frequentiores et eas arbitrarias, per Civitates in quibus vel ad
quas Nostri Conventus erecti, divagationes crebras, Unde obsecramus per Viscera Misericordiæ
Dei Nostri Superiores Locales ut pervigili solicitudine delaborent, quatenus quot quot non
sunt legitime impediti, oratione Mentali sublata quavis dispensationis facultate assistant
et intersint. Similiter serio Superintendant ut Recollectiones Octiduanæ temporibus ma
xime jejunalibus ab omnibus cum omni pietate, modestia religiositate ac exemplaritate
absolvant. Fratres vero Clerici et Laici juniores omnino Duce Spirituali Patre hæc
Spiritualia exercitia peragant. Pro forensius nisi exigente vera vel veris necessitatibus expe
diant, de iis revertentes seorsim examinent quomodo se gesserint, et de cæteris. Ad Civitates au
tem Conventibus nostris contiguas maxime circa vel sub tempus mentalis Orationis nisi
probatiori ex necessitate egredi Fratres permittant, ad casum egressus ut tempore suo rursus
revertantur, serio super anima advertant. Altissimam Paupertatem Evangelicam sive
expropriationem Deo dicatam, a S.mo Patre Nostro in Regula et alibi plurimum satis
laudatam, multoties commendatam, et nos enixè præsentibus commendamus, Ut profi
mini Patres ac Fratres Dilectissimi coram hominibus pauperes, ita in oculis Dei vivite: ne
ultimus Judicii Universalis Dies Vos toti Mundo cum pudore æterno prodat simulatores, pau
cis in omnibus estis contenti, viliora eligite, a superfluis vero etiam ultro oblatis multo magis pro
curatis per omnia abstinete. Amore hujus altissimæ Paupertatis, quæ est unicum illud
excellentius nostri status Decus, abominamini ponticarias, strophiola, talia his similia
cara, rara, et oculos forte secularium offendentia. Procul elongamini ab elemosinis pecu
niariis gratuito aliquando, vel pro labore aut alio titulo oblatis, quæ illico aliis pecuniis a Be
nefactoribus pro communibus necessitatibus Fratrum elargitis Dominus Substitutus

eorundem Benefactorum penitus immisceat. Et ut ex integro lesioni hujus Sae Paupertatis provideat, graviter in conscientia obligamus Superiores Locales ut de vere necessariis quo ad Vestitum, Victum, Potum, officiamuniaq Patrum et Fratrum respectiva rite obeunda, paterno amore omnibus et singulis subveniant, alias in his deficientes, vel ad se cum humilitate filialiq confidentia recurrentibus, se inaccessibiles ne dicam inexorabiles ostendentes, noverint se tanquam crudeles dispensatores à Nobis in Canonica futura Deo dante Visitatione, irremissibiliter puniendos. Dum autem ad necessaria providenda Communitatibus Locales Superiores ut praefertur obligamus non eo ipso permittimus Illis lautiores cibos aut etiam abundantiores eosq pretiosiores potus Fratribus subministrare, imo expresse et rigorose inhibemus, ne forte pro his plus aequô expresse contra Sam Paupertatem expendatur. Conventuum autem ingruentes necessitates negligant, ac Fratres per nimiam in potu indulgentiam miserabiliter et perdite inhabituent. Circa autem laborantes et senes respectum statutarium tam quo ad Cibum quam quo ad Potum serio mandamus. Circa currizationem quae est coruptela instituti nostri Sanctaeq Paupertatis ut ea omnia ad amussim servent Superiores Locales quae servari per ordinationes saepius renovatas ac novissime Anno Dni 1793 Ama Augusti, sub animadversione nostra praecipimus. Vehementer etiam iterum exhortamur omnes et singulos ut ex toto animo non serviliter sed filialiter obediant suis superioribus in omnibus quae non sunt contraria animae suae et Regulae nostrae, terreat eos à contemptu hujus voti sensus Sanctorum Patrum, quorum aliqui contemptores Sae Obedientiae in Oculis Dei Apostatas, alij Idolatras existimant, meminerint exempli Obedientissimi Salvatoris Nostri Jesu Christi qui eam vita sua praetulit, pensent quod haec sit singularis specialisq nervus Nostrae Reformationis, qui eam insolenter rumpunt exortes noscunt Sae Observantiae. Super tales si quod Deus avertat repertos, Locales Superiores Statutarias paenas indispensabiliter extendant. Nos autem si Nos ad id ipsi hujusmodi refractarii coegerint noverint rigidiores fore Vindices excussi jugi, fractiq Voti Sae Obedientiae.

Castitatem Sanctam unice à Xsto Domino tanquam Sponsam sui dilectam commendantes, obsecramus Vos ut omnem quam potestis et debetis circa eam intactam conservandam adhibeatis diligentiam, occasiones omnes et singulas etiam umbratilis illius ruinae Multo magis familiaritates per Regulam vetitas serio vitate, ponite custodes illius fortes scilicet carnis et animi mortificationes, parcimoniam cibi et potus ac ferventes erga Deum ac Immaculate Conceptam Virginem Sacratissimam Mariam Orationes et sic efficiemini in die Resurrectionis digni ambulare ut habent SS. Patres post Agnum Immaculatum Caelestem quocunq ierit. Patres Vicarij sedulius invigilent profectui Spirituali Fratrum suae curae subjectorum, Unde circa Methodum absolvendae mentalis Orationis quotidianae, Recollectionis, diligenter instruant Eos, in Virtutibus Theologicis et Moralibus exerceant, Circulos post prandium fieri ab antiquo solitos non intermittant, eosq neququam peremptorie absolvant, sed quem Fratres curae Eorum subjecti de Meditationibus fructum perceperint et an in Virtute sibi assignata se exercuerint, inquirant. Eosdem saltim bis in Mense in Ceremoniis Ecclesiasticis rite servandis practice instruant laborantibus in horto vel alibi assistant, utq devote secundum laudabilem nostram consvetudinem videlicet dicendo: Ave Maria laboritium peragant, invigilent, tempore autem hyemis vel circa flores novos faciendos vel antiquos instaurandos cum Studendibus solito tempore occupent. Fratribus autem Laicis etiam suae Curae non subjectis praevia tamen cum Locali Superiore collatione laboritia assignent. In Refectorio sub tempus hyemale exemplariter commoveant ominino, ut si non ad praesentiam Localis Superioris, saltim illorum silentium perpetuum servet. Saecularibus in Conventibus servientibus semel in Mense omnibus et singulis Congregatis in lenitate spiritus catheizent. De his utrum agent nostrum erit in Visitatione Canonica solerter investigare. Patres Lectores Sae Theologiae sicut et Philosophiae regi Elenchis à nostra Provincia probatis perspeximus, unde de his minime monendos duximus id tamen enixe commendamus, ut jungant cum pietate studium

id instillent suis Studentibus, deinde ut Authores selectos et quondam in Pastoralibus Piæ memoriæ Reveren-
dissimi Paschalis a Varisio defuncti Ministri Generalis Totius Nostri Ordinis de Theologia Dogmatica,
Speculativa, tum Morali Sancte meritos inibi specificatos volvant et revolvant, ea Eisdem succinctim
sed nervose, breviter quidem, sed non obiter ad calamum suis Studentibus tradant, Sabbathinas suis
temporibus haberi solitas non intermittant, a Conferentiis et se et una secum Studentes sub quocunque
textu minime dispensent: quid quid enim condonat, id profectui studentium, quem Alma Mater Provincia
avide præstolatur, ademptum notat, repetitiones traditæ suæ doctrinæ cum iisdem Studentibus indispen-
sabiliter fieri curent, hæ enim absentiam a lectionibus impedient, et si tempus concesserit, etiam jam
repetita rursum repetant, taliter enim repetita memoriæ fortius tenentur, tenta diutius conservantur.
Ut autem majus tempus ad ea omnia adæquatius impendenda Patres Lectores tam Sacræ Theologiæ quam
Philosophiæ habeant, obligantur Superiores Locales ut eos raro expediant, nunquam vero utrumque
alterutrum pro forensius. Fratres vero Studentes tantum secundum tempus a Statutis præscri-
ptum. Patres Prædicatores exhortamur ut meminerint sui muneris significativi quilibet enim
eorum ad instar Divi Pauli vas electionis dici potest portans Nomen Jesu Christi, quia dum
Evangelium Ejus annuntians, enitemini ut aitis selecti in Sermonibus Concionibus vestris ad po-
pulum habendis Memoria retinentes illud Sanctissimi Patriarchæ, moneo et exhortor Fratres ut
in Prædicatione quam faciunt sint examinata et casta eorum eloquia. Illos proinde in hanc rem seligatis
Authores qui non demulcent, sed accendunt Cor erga Deum, voluntatemque ad exequenda Præcepta Dei
Ecclesiæ, amplectendumque secundum Deum Moralismum vehementer movent, quod facile in Popu-
lo evincetis si de Codice Sacrorum Bibliorum, si de Thesauro Conciliorum, Sanctorum Patrum depromptis
argumentis delectabimini. Sitis selecti in moribus, ne alias vita contradicat doctrinæ, velut com-
muniter dicitur, ne id quod verbo ædificatur, moribus destruatur. Denique perpendendo alte horrendum Sacra-
menti Pœnitentiæ Tribunal, Vos Patres Confessarii qui huic Tribunali præsidetis, qua possumus effi-
cacia commonemus: Perpendite intime cujus vos Personam geritis: ecce Dei, quos instruitis, monetis,
redarguitis, judicatis, retinendo vel remittendo peccata; ecce eas animas quas Xstus Dominus hic commo-
rans cum hominibus, tota vita sua in laboribus, erumnis, egestate, paupertate et doloribus quæsivit, eas
animas quas ad extremum in Cruce moriens pretioso suo Sanguine redemit. Hoc opus præcellens quoque
est reverentiali impletæ gravitate, instruimini competenti et utinam eminentiali omnes scientia, ne quod
in remedium salutis æternæ a Xsto institutum est, in laqueum mortis lethalis vobis ipsis vel pœnitentibus
cedat, terite manibus moralistas sed notæ bonæ a quibus videlicet Probabilismus penitus exulavit, in
preservativis medicinalibus delectemini instructionibus Divi Caroli Boromei, non sinatis tempus
inaniter vel otiose defluere, sed Libris vestro muneri accomodatis incumbite, Unde si aliqui Confessa-
riorum supine otiosi, murmuratores, per ambitus de loco ad locum divagantes in Conventibus inve-
nirentur, eos Superiores Locales ad sedulitatem omnino compellant etiam si opus fuerit pœnis salu-
taris. Ad extremum cum Partium Superiorum Localium sit suo exemplo præire Communi-
tatibus in omnibus, ad Sanctam Benedictam jejunandam Ipsimet Jejunantes alliciant
Communitates. Deinde comparanda ad officinas tempestive comparent et ex integro finita
Patribus Discretis penes conscriptionem Officinarum præsentent, alias si aliter evenerit, Patres
Discreti in Scheda Venerabili Diffinitorio notificabunt. Item vehementer omnes et singulos monemus
ut in Epistolis suis quaquaversum scribendis nullos et nullos transmittant rumores, timendum
enim est plurimum, ne aliquod exitiale, inde tota Provincia incurrat detrimentum. Hæc sunt quæ ex
Paterno animo duximus vobis Patres ac Fratres Dilectissimi scribenda, ne omnino tacentes cogere-
mur aliquando dicere cum Propheta: Væ mihi quia tacui, nec omnino exprimentes his vos spe-

volutos, sed præcavendo ne involvamini. Fugite ergo Patres ac Fratres Dilectissimi quæ merito fugienda sunt agite autem quæ in Deo secundum Deum et propter Deum agenda sunt et Deus pacis erit vobiscum.

Porro præsentes nostras Pastorales Literas Superiores Locales in plenis Communitatibus publicari faciant, publicatas lingva vernacula interpretentur, Protocolo ingrossent, et ad viciniorem Conventum per emissarium certum consulto ad id conductum secundum Ordinem Cursoriæ a foris annotatum sine mora remittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi. Necessitatum Provinciæ Nostræ, Nostri tandem ac Benefactorum nostrorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Pinczoviensi ad Ædes Sanctissimæ Virginis Mariæ Visitantis Elisabeth Die 10 Mensis Augusti Anno Domini 1797 Fr Cristophorus Refor. Minister Provincialis mpp

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Cristo Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

Dei infallibili veritate certum est, hominem postquam temporalis vitæ perfecerit cursum, interminabilis æternitatis arrepturum iter, anxia nihilominus unumquemque futuræ sortis suspensio animo detinet opinio, num sibi Beatæ Patriæ licebit possidere Regnum, num perpetui exilii continget luere tormenta. Ex hoc est Patres et Fratres in Christo Dilectissimi unde Sanctæ Deoque semper fideles animæ salutari merore in dies afficiebantur, nec sine intimi terroris sensu poterant sibi in mentem revocare æternitatis annos, mixta lachrimis ingeminando suspiria. Reddebat siquidem illis optimum conscientiæ testimonium, quod Justissimus Judex Deus certa eaque æterna vitæ in præceptis suis exercitæ redditurus est præmia, hanc tamen spem licet salubriter fundatam prius non cessabat comitari metus, ideo: quod nec bene incipientibus, nec optime proficientibus, ast constanter usque ad finem (juxta effatum Salvatoris) perseverantibus, æterna appromissa est salus. Cum itaque repulso omni dubio in conspectu est, non nisi fideles usque ad mortem, æternæ vitæ coronari lauro, prout legitur Apocalipsis Cap. 2 V. 10 Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi Coronam vitæ. huc certe omnium mortalium debent singuli quam intensissimi collimare conatus, ne quando a Sancto Dei servitio decedant, ast potius ut viam mandatorum Dei inoffenso pede currentes ad finalem in bono perseverantiam, propius accedere, ac in illa confirmari mereantur. Felices qui sic currunt, ut accurrentes illico accipiant et bravium. Sors tamen ista quia neque solius volentis, neque etiam currentis potest certificari conatu, ast potius solius Dei miserentis ad effectum perducitur, Gratia inquam illa specialissima Gratia millies exoptanda. O! quid attentari non debeat pro illa obtinenda, dies noctesque deberent continuis replere suspiriis, acclamando cum Regio Psalte Perfice gressus meos in semitis tuis ut non moveantur vestigia mea. Vel 16 alias etiam sanctissima vitæ hominibus timendum, ne illis tristem contingat audire derisum. Hic homo cœpit ædificare et non potuit consumare. Salutaris inscrutabilium Judiciorum Dei circa finem, æternitatemque hominum metus, pie movit Animum Magnifici Domini Pauli Fabianski, qui demum filiali fiducia erectus in Misericordia Dei propitia atque placabili æternæ Lucis felicitatis collocandi sortem arripuit media Deo placentissima, Eleemosynam scilicet atque Orationem, quærit a Nobis Patres et Fratres in Christo dilectissimi pias preces pro finali Divinæ bonitatis gratia sibi expetenda. Nos itaque præfati Magnifici Domini Pauli Fabianski desideriis convicti, injungimus Omnibus Locorum Superioribus ut receptis præsentibus in dilate secundum intentionem Ejusdem Singularissimi Benefactoris Cantari faciant Missam Votivam, jam vero Psalmos Pœnitentiales Litaniasque de omnibus Sanctis in Choro recitent, Omnes Sacerdotes Tres Missas absolvant, Fratres Clerici ter Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis de Omnibus Sanctis dicant, Fratres autem Laici ter Centum Pater et Ave Maria totidemque Gloria Patri recitent. Hæc suffragia vobis Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi dum absolvenda mandamus enixe etiam vos exhortamur, ut unusquisque vestrum suæ vocationis memor cum timore et tremore proficiat in Via Domini atque ut Deus nos, qui Sanctæ Professionis vinculo unum efficimur corpus, in eius Sancto servitio confortare et conservare dignetur, exorate. Porro hæ Literæ nostræ Communitatibus lectæ et recomendatæ, Protocollis ingrossatæ sine mora juxta Ordinem Cursoriæ

ad viciniores Conventus remittantur. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Jesu Dilectissimi, Nostri ac Be-
nefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Sandomiriensi ad
Sancti Josephi Sponsi Beatissimæ Virginis Mariæ Die 27 Januarij Anno Domini 1795

Fr Christophorus Refer Mnr Prolis m.

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Refor-
matorum Provinciæ Sanctæ Vᵉ Mariæ Angelorum in Minori Polonia Mini-
ster Provincialis et Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus
ac Fratribus in Christo Jesu Dilectissimis Salutem et copiosam a Domino Benedictionem
Habent quoddam insolubile vinculum beneficia cum gratitudine, ut illis haud aliquando potiri liceat, nisi
hanc vivacitas cordis tenacius exprimere nitatur. Sic præclusis Cæteris Sanctissimis Legibus, una lex
to naturæ exculpta, usque adeo sua invicta ratione animum convincit. Quod si gratitudinis munus benefi-
ciorum magnitudine metiri debere dixerim, non aliud nisi adæquatum gratitudinis ad Beneficia re-
procationis Ordinem præscriberem. Et hoc est cujus Vos semper meminisse oportere ipsa paupertatis
status conditio inculcat atq præcipit. Cum etenim Divinæ sic nos regente Providentiæ continuas expe-
amur gratias, gratos animorum nisi illis exsolvamus census, novetimus Nos nec voluntati Supremi Pro-
visoris ex æquo respondere. Inter cæteros, quibus nos optime mereri necesse, non ambigite primarum
pendendæ a Nobis gratitudinis jus possidere illos qui nedum larga munificentiæ manu copiosam indi-
gentiæ nostræ opem conferre dignantur verum etiam paterno ac pleno addictissimæ charitatis prone-
tes affectu Singularis suæ protectionis amplexari nos amant sinu. Tales duo quorum erga Ordinem no-
strum sic adeo crevit gratia, ut Syndici Apostolici munus atq nostrum amantissimi simul ac muni-
ficentissimi Protectoris Officium suscipere ac magnifice adimplere suæ virtuti duxerint Argumen-
tum. Nostis perbelle Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi quantum a suis Avis Illustrissi-
mis non degener plenum favoribus erga nos habuit animum, nostis hunc Illustrissimum Joannem
Morsztyn Colonellum Exteri exercitus Conventus Cracoviensis Syndici Apostolici, obiisse vices. At
te nunc quam tristem de eodem mittere Vobis cogor nuntium. Ille Veri Nobis addictus communem mortali-
solvendo Legem ultimam vitæ suæ clausit periodum. Superabat vires nostras huic Illustrissimo et au-
gustæ gratitudinis potuissemus pendere testimonia. Unica tantum Nobis inerat facultas, Numen
premum pro Faventissimo Illius vitæ successu enixis exorare cordibus et hæc usq modo post fata
Illustrissimi Domini piæ Defuncti eo efficatius quo oportunius manifestandæ gratitudinis Lege. Pro-
mur igit semper addictam Nobis Illustrissimi Domini piæ Defuncti animam, usq ad ipsos æternit
apices, Noscat Nos ille nunc apud Divinam Majestatem Exoratores, Quem dum vixit novimus Nostrum
nefacterem. Precemur Ipsi perennem semperq Beatam requiem, ad cujus limites (si nondum ingressa
Divinæ sic forte mandante Justitia) suspirat atq expectat. Nostræ obligationis sciamus Patres ac Fra-
tres in Christo Dilectissimi inevitabilem esse curam, ut piis supplicationibus Cælestis Patriæ Ipsi aperi-
mus januas. Hinc præsentibus injungimus, ut illis receptis sine dilatione in Conventu Cracoviensi in
suffragium Animæ piæ Defuncti Illustrissimi Domini Missa Cantetur de Requiem, in Choro Officium
Defunctorum recitetur Quilibet Sacerdos Tres missas celebret, Fratres vero Laici Ter Centum Pater
et Ave Maria Totidemq Requiem æternam recitent in aliis vero Provinciæ Conventibus Una Missa
de Requiem cantetur, Quilibet Sacerdos unam Missam celebret, Fratres Clerici Ter Officium Defun-
ctorum absolvant Fratres Laici Ter Centum Pater et Ave Maria Totidemq requiem æternam reci-
tent his innunctis etiam ad ampliora Suffragia pro Anima piæ Defuncti Illustrissimi Joannis Op-
Dilectissimi Patres ac Fratres exhortamur. Præsentes vero Literæ nostræ Communitatibus lectæ et
commendatæ, Protocollis ingrossatæ sine mora juxta Ordinem Cursoriæ ad Viciniores Conventus remittan-
tur. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Jesu Christi Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum
in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Pinczoviensi ad Ædes Beatissimæ Virginis Mariæ
Visitantis Elizabeth Die 5ta Februarij Anno Dni 1795 Fr Christophorus Refor Mnr Prlis

m.p.

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum
Provinciæ Sanctæ Vae Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus
Admodum Reverendis, Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Fra-
tribus in Christo Jesu Dilectissimis Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

Itineri vitæ præsentis accincti ut recta versus Cælestem Patriam nostros formemus gressus, trium præcipue vi-
delicet: Dei Mandatorum, Suorum, ac inevitabilis mortis jugem tenemur habere memoriam. Ad Dei præprimis
habendam memoriam, invitamur illo Sapientis effato: In omnibus viis tuis cogita Dominum et Ipse diriget
gressus tuos Prov Cap 3 Deus enim revera semper ac ubiq nobis præsens est, regens nos, atq conservans, hinc in
Universo disordo foret, habere in Conspectu Ducem et non respicere illum. Qui sequentes se regit atq sustentat,
Item Deus non Qualiscunq est Spectator sed terribilis et tremendus, et is forte diligerimus Judex severissi-
mus. Cum ergo nos et sæpissime delinquamus et plerumq incerti simus num actus Nostri Deo placeant, quomodo
non continuo in Deum respiciamus cum timore et tremore. Deniq quia Deus est Largitor omnium bonorum
quæ ab Ipso velut Unico fonte in nos continuo promanant, idcirco Sicut nullum est momentum quo homo non utatur
vel fruatur Dei bonitate et Misericordia, Sic Nullum debet esse momentum quo Eum præsentem non habeat in me-
moria, Hæc sunt Divi Ambrosii verba. Memoriæ Dei et Memoriam Mandatorum Suorum jungere tenemur
Cuius hominum Deus per os Sapientis præcipit. Fili ne obliviscaris Legis meæ Prov Cap 3 Hinc David legem
Dei in Cantilenam sibi vertere solebat, ut eam inter occupationes alias mente revolveret, dicens: Cantabiles mihi e-
rant justificationes Tuæ in loco peregrinationis meæ Psal 118 Rationemq hujus dat eodem Psalmo dicens: Tu man-
dasti mandata tua custodiri nimis, id est summa diligentia, studio quia Qui præcipit est Magnus nimis, merces
servantibus promissa est magna nimis, pœna prævaricatoribus imminens est magna nimis. Mortis deniq memo-
ria nobis habenda, nam quemvis viventem monet Ecclesiasticus: Memor esto quoniam Mors non tardat Eccle 14
S. Aug Lib 10 Confess: Cap 14 docet memoriam esse in anima quod est stomachus in Corpore, ideoq eum sæpe anima stoma-
chum vocat. Quemadmodum ergo stomachus, si languens sit: cibos non retinet nec concoquit in de quitam in periculo ponit
sic memoria meditationem mortis non retineat, Signum est male affecti et de Salute periclitantis animi. Qui ergo Salu-
tem animæ adipisci contendit, Dei, Mandatorum Suorum, et Mortis memoriam habere tenetur. Ad hanc veram Chri-
stianitatis normam vitam suam componens Illustrissima ac Magnifica Domina Christina Lętowska Succa-
meraria Cracoviensis, semper Dei, Mandatorum suorum, ac mortis memor esse curat; Dei Cultus, Mandatoru-
morum observantia, Mortisq memoria in Ejus vita piis relucens operibus, neminem utiq latet Qui domum Ejus no-
vit pietate fulgere. Quia tamen mente Sedula hæc Illustrissima Domina revolvit ista omnia posse abire in
cassum nisi Finali terminentur Gratia a qua Cujusvis tota dependet salutis series, id Circo per amorem quo semper
perferebatur Fortur ergo Nos enixe postulat quatenus Divinam exoremus Clementiam, ut Eidem Illustrissi-
mæ Dominæ et de peccatis esse propitia, et Eidem finalem impertiri Gratiam dignetur. Nos piis hujus Illustris-
simæ Dominæ postulatis annuentes hunc in finem omnibus Locorum Superioribus injungimus ut receptis his
ce Literis Nostris sequentia a Suis Communitatibus faciant pericli suffragia, scilicet: Quilibet Sacerdos tres Missas
celebret, in Quolibet Conventu Cantetur Missa Votiva, et in Choro post Completorium Psalmi Pœnitentiales cum
Litaniis de omnibus Sanctis ac Orationibus illis annexis absolvantur. Quilibet Fr Clericus tribus Vicibus Psalmos
Pœnitentiales cum tribus Litaniis de Omnibus Sanctis ac Orationibus ibidem appositis recitet. Quilibet Fr
Laicus Ter Centum Pater et Ave Maria addendo toties Gloria Patri &c. Præsentes vero Literæ Nostræ Commu-
nitatibus lectæ, et recommendatæ, Protocollis ingrossatæ, juxta Ordinem Cursoriæ ad viciniores Conven-
tus remittantur. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Jesu Christi Dilectissimi Nostri ac etiam omni-
um Benefactorum Nostrorum Vivorum et Mortuorum in Orationibus Vestris memores. Datum in
Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Patroni Regni Poloniæ Magni Ducat Litvaniæ
Die 10 Februarii Anno Domini 1795 Fr Christophorus Reformatorum Minister Provincialis mp

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Reformato
Provinciæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Pro
vincialis ac in Domino Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilect
mis in Christo Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

Literas Reverendissimi Generalis totius Seraphici Ordinis, pro incolumitate observantiæ zelosissimi pe
verendissimum Commissarium, ad manus nostras transmissas. Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi; Comm
camus. Excipite igitur cum reverentiali auscultatione Vos alloquentem tenore Ejusmodi

Fr Bonaventura a Placentia, Lector Emeritus, in Universitate Cæsenæ Physices Exper
mentalis, Jurisque Pontificii publicus Professor et Doctor. S. Officii ejusdem Civitatis
sultor, Totiusque Cismontanæ Familiæ S.P.N. Francisci Commissarius Generalis,
tator ac Reformator Apostolicus, et in Domino Servus.

Dilectis plurimum in Christo Patribus, Fratribus, Sororibus, Superioribus et Subdit
Nostræ Cismontanæ Familiæ tam Observantium quam Reformatorum Curæ ac Juri
ctioni Nostræ Subiectis Salutem Veramque in Domino Pacem

Tempus ab electione tenuitatis nostræ in Cismontanæ hujus Seraphicæ Familiæ Commissarium Gene
lem, jam ad triennii finem vergit, nostrique proinde terminus instat officii. Ea propter Reverendissim
Pater totius Ordinis Nostri Minister Generalis Vigilantissimus, intermediam Generalem Congregati
in qua ad præscriptum Apostolicarum ac Generalium Nostri Ordinis Constitutionum Successor Nost
digatur, Encyclicis suis Literis indicere decrevit, easque Nobis dare dignatus est. Illis duntaxat Ejusdem Nost
Familiæ Provinciis evulgandas. Quæ Unionem cum Ordine et a Superioribus Generalibus dependent
adhuc servant, ut inde constet: Eos tantum ad indictam Congregationem Generalem vocari Qui e prædict
Provinciis in Definitores Generales assumpti sunt. Quinimo Idem Reverendissimus Pater per Epist
Suam sub Die 25 Novembris Anni elapsi 1797 districte Nobis injunxit, ut Eos qui ad illas pertinent Pro
cias, quæ in prædicta unione ac dependentia, quacunque de Causa non perseverant, admonemus: ne ad eandem
neralem Congregationem accedere ullo modo audeant, vel præsumant. Quod si ad Ipsam accesserint sci
se nec Suffragium nec Vocem nec locum ullum in ea fore habituros. Congruum quippe et æquum minim
est in electionem Superiorum Generalium partem habere, Illarum Provinciarum Alumnos, qui neq
Iis Communionem habent, neque Ipsorum Curæ aut Jurisdictioni subdunt. Quæ Reverendissimi Patris
stri Generalis mandata dum pro muneris Nostri debito exequimur Literarum Ipsius tenorem hic fideli
subtexim

Fr Joachimus Company Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regio
tritensi Congressu pro Immaculata Semper Virginis Mariæ Conceptione The
logus Totius Ordinis Fratrum Minorum S.P.N. Francisci Minister Genera
Visitator, Reformator Apostolicus et in Domino Servus

Universis in Christo Jesu Fratribus ac Sororibus tam Superioribus quam Subditis Nost
Obedientiæ in tota Ultramontana Familia Concreditis, Salutem in Domino Sempiternam

Congregationem Generalem intermediam Nostræ Ultra Montanæ Familiæ, post triennii decursum a
ultima Omnium Ordinis Officiorum electione a PIO PAPA VI effecta virtute celeberrimæ Bullæ qu
incipit: Pii Cupimus. Quam Sanctissimus expedivit Romæ Die 5ta Mensis Maji Anni 1792 in
proximo imminentem, ac in Vigilia Pentecostes Anni 1795 Die 24 Maji in Italia ac in Nostro Conve
Romano de Ara-Cœli ad tenorem Apostolicarum et Generalium Nostri Ordinis Constitutionum D
num Patre aspirante sub Nostra Assistentia seu præsidentia vel etiam Delegati Nostri quando legiti
impedimento detente sumus Celebrandam: Vobis omnibus per præsentes notam facimus et prout Pastoralis
stri Officii Cura exigit indicimus, et publicamus atque ad Ejus Canonicam et Legitimam Celebrationem ac electio
præsertim Commissarii Generalis, Et juxta per Celebrem Unionis Bullam, harum Serie et ad præscriptum
Statuti Generalis Romani de Anno 1678 Convocamus Patres Omnes, Quibus Jus est in Ipsa Generali Cong

gatione Suffragium ferre Videlicet Reverendissimum Patrem Fratrem Benaventuram a Placen
tia Comissarium Generalem Familiae Reverendissimum, Admodum Patrem Comissarium Generalem
Romanae Curiae, Procuratorem Generalem Reformatorum, Definitores Generales Ordinis Nationum
Italiae Germaniae et aliarum, Nostrarum Ultramontanam Familiam nunc integrantium tam Observantes
quam Reformatos. Praecipientes Omnibus et Singulis per S. Obedientiam et sub poenis in nostris Constitutionibus
Generalibus Contentis, quatenus oportuno tempore ad diem praefixam, Vigiliam nempe Ascensionis Domini Ejusdem
Anni 1795 in praefato nostro Conventu personaliter Compareant, nisi vera et realis Causa excuset atque impediat. Voca
libus praeterea hujusmodi Stricte mandamus sub poenis arbitrio nostro infligendis, ut non nisi unum duntaxat So
cium Eorum quisque secum ducat et si expensae aliquae in itinere ex necessitate faciendae sint Tertiarium etiam deferre
possint qui Syndici Apostolici vices gerat, et Ipsius Nomine expensas praedictas inevitabiles faciat. Supradictosque mo
nemus in Domino monemus et pro muneris Nostri debito hortamur, ut euntes et redeuntes cum exemplari Modestia Re
ligiosa Compositione et gravitate sese gerant, Sicut decet Seraphici Patris Nostri Filios, Sanctae humilitatis altissimae
que Paupertatis Professores Praecipientes insuper sub poena Apostasiae ipso facto incurrenda, aliisque Arbitriis ne praeter
Patres Supradictos cum suis Sociis et Eos quibus a Nobis aut Delegato Nostro Concessa fuerit Specialis licentia, ullus
sub quovis praetextu aut quaesito Colore ad praefatum Congregationem Generalem accedere aut ad hunc effectum e
propria Provincia exire audeat vel praesumat. Ministris autem Provincialibus et Custodibus injungimus
ut si quid dignum aut Commendabile, vel etiam necessario providendum aut resolvendum Cognoverint in pro
priis respective Provinciis aut Custodiis illud Definitoribus Suae nationis Commendent vel ad Generalem Con
gregationem transmittant. Denique ut a Deo O.M. Bonorum Omnium Largitore actionum nostrarum directi
onem, et felicem Agendorum Successum impetrare valeamus, hisce nostris Literis Encyclicis acceptis ac in Singulis
Praefatae Ultra Montanae Familiae Provinciis Earumque Communitatibus Solemniter promulgatis preces ad
Deum ferventer et incessanter fundantur et a Paschate Resurrectionis Domini Supra dicti Anni Usque ad di
em Electionis faciendae Qualibet Feria quinta Solemni festo non impedita in Singulis Conventibus decantetur
Missa de Spiritu S. ac de eodem in Missis privatis a Sacerdotibus Collecta recitetur In Choro post Matutinum
Vesperas et Missam Conventualem seu Majorem, dicatur Hymnus Veni Creator Spiritus Cum Antiphonis et O
rationibus de Spiritu S. de Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis et de S. P. N. Francisco. Ab Ascen
sione autem Domini Usque ad praedictum Pentecostes Festum exclusive per Ecclesias et Claustra, Solemnes fiant
Processiones in Quibus Litaniae Sanctorum Cum precibus et Orationibus decantentur in Ipsaque Pentecostes Vigi
lia Religiosi omnes peccata Sua devote Confiteantur Quos Patres Confessarii Authoritate Nostra ipsis per praesen
tes Concessa ab Omnibus Casibus et Censuris Nobis reservatis absolvere valeant Sacerdotes Celebrent Reliqui
Sacro Sanctam Synaxim devote Sumant Summo mane Sacrum etiam de Spiritu S. Solemniter decantetur
fiatque Processio ut Supra in quibus Omnibus Religiosi Singuli ad Deum pias preces effundere Curent pro
Incolumitate Sanctissimi Domini PII PAPAE VI S. Romanae Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatio
ne et Christianorum Principum pace Memoresque Sint Eminentissimi Domini Cardinalis Romualdi
Braschii de honestis Totius Ordinis Nostri Protectoris Vigilantissimi et illorum insuper quibus Nos et No
stra Religio Patrocinii, Munificentiae et Beneficii Iure adstringimur. Summam item atque infinitam bo
nitatem enixe ac devote exorantes ut quae agenda sunt ad Sui laudem, et honorem ac Nostri Ordinis incremen
tum, animarum Salutem Totius Ecclesiae Suae Sanctae utilitatem et profectum cedant ita quae praeveni
endo Aspiret et adjuvando prosequatur Caeterum Valere omnes et in timore Domini permanere Vos Cupi
mus et Verba S. P. N. Francisci usurpantes, precamur: ut Patris Vos adjuvet Potentia, Filii Vos dirigat Sa
pientia et Spiritus Sancti Vos foveat Clementia Amen Datum Valentiae Ex hoc S. P. N. Francisci Conven
tu Manu Nostra, Majorisque Nostri Officii Sigillo, munitum et a Nostro Secretario Generali recognitum
Die 25 Mensis Octobris Anni 1795 Fr Joachimus Company Minister Generalis mpp
Locus + Sigilli

De Mandato P. S. Reverendissimi

Fr Hilarius de Monte Magno Secretarius Generalis Ordinis
mp

Hæc porro quæ tanta tamq efficaci zeli, et amoris Significatione in hisce Epistolis Vobis insinuarem ut exactissime
serventur, quantum in Domino possumus hortamur et Vos atq Obtestamur. Interea vero omnium Vestrumq
Deum precibus Nosmetipsos enixe commendamus. Ut Pater Misericordiarum ea quæ Superioris munere fu
tes pro Conditione fragilitatis humanæ, peccavimus pro sua Clementia in hoc Sæculo indulgeat, ne in futu
rum Judicium Subire Contingat. De Cætero Dilectissimi quemadmodum a prima die qua onus hoc sub
nihil subtraximus utilium quominus annuntiaremus Vobis quæ ad Regulæ, ac Legum nostrarum Observ
et Commune Ordinis Nostri bonum spectare Cognovimus et per triennium non Cessavimus monere unum
q Vestrum ita sub fine functa Paterno Affectu in mentem revocantes Commendamus Vos Deo et Verbo Gr
Ipsius. Qui potens est dare Benedictionem hæreditatem in Sanctificatis omnibus. Vos Instanter Obsec
tes, ut quæ annuntiamus Vobis opere jugiter impleatis, et declinetis eos qui dissensiones et offendicula præ
doctrinam quam didicistis faciunt. Valete in Domino Filii Charissimi Charitas Fraternitatis maneat
bis, animas vestras Castificantes in Obedientia Charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex Corde invicem diligi
attentius, et Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, Custodiat Corda vestra et intelligentias Vestras in Chr
Domino Jesu Christo Datum Romæ ex Nostro Ara Cælitano Cænobio Die 25 Februarii Anno Dni 17

Fr Bonaventura a Placentia Commissarius Gen

De Mandato Reverendissimi in Christo Patr

Fr Joannes Pius a Placentia Secretarius Gen

His itaque excoeptis, restat Patres ac Fratres in Christo Jesu Dilectissimi, ut sicut Filii Obedient
pareatis Mandatis Reverendissimi Patris Ministri Generalis, Divinam exorantes Clementiam ut
gere ac regere dignetur hancce Generalem Congregationem futuram Celebrandam. Quem ob finem eu
ta Suffragia ad amussim persolvantur. Ac præsentes Literas Communitatibus Lectas et recommen
tas Superiores Locales Curent ac Protocollis ingrossari faciant Valete Patres ac Fratres Dilectissimi
trum ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores Datum in Conventu Nostro Pinczov
Ad Ædes Beatæ V. Mariæ Visitantis Elisabeth Die 8 Aprilis Anno Domini 1795

Fr Christophorus Reformatus Minister Provincialis

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Re
formatorum Provinciæ Sanctæ V. Mariæ Angelorum in Minori Polonia
Minister Provincialis et Servus……………………

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patrib
ac Fratribus in Visceribus Jesu Christi Dilectissimis, Salutem et Copiosam a Do
mino Benedictionem……………………

Audistis multocies Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, istud æternæ Veritatis Oraculum. Qui perseveravit
usq in finem, hic salvus erit. Math Cap 10mo quid autem denotet. Vester jam animus percepit et modo jam intimius
scrutatur; parum scilicet prodesse incipere, virtutes diu colere, summam diligentiam in exercendis operibus Christia
nis diu adhibere si tenor hic ad mortem usq non procurrat. Sane intellexistis Patres ac Fratres Dilectissimi Verba
Salvatoris Nostri. Sola enim perseverantia laborantibus ac certantibus imponit coronam, et juxta Sanctum August
Libr de modo vivendi Serm 6to inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus datur. Parum conducit
omnem vitæ cursum laborasse, si in fine vitæ laborare quis desistat, et plus prodest unicum momentum ultim
quam omnes anni præcedentes, omnia namq perdit qui in ultimo instanti deficit. Merito tali omnes qui viderint in
unt illudere dicentes: Hic homo cœpit ædificare et non potuit Consumare Luc 14 Ne inducant in se hujusmodi
confusionem plurimi maximopere peroptant, poscunt, et precibus efflagitant a Deo hoc summe necessari
perseverantiæ donum, sed etiam plurimi ob difficultates aliquas confictas idem donum curare negligunt,
numquid rerum difficultates graviores, homines studio mundi addictos a perseverantia deterrent. Quot

excelso loco nati, docti, honore digni, per annos viginti, triginta, in Aulis Principum, Regum, degentes et gratiam pulsantes
eorum; consenescunt, et tamen vel spe perseverantes cadunt, vel exili mercede torquentur, vel demum praemoriuntur Prin
cipibus. Navigantes (: mirum est:) quam audacter cum Oceano luctentur quot sudoribus et laboribus afflicti persis
tant, bis illi aut ter e mortis fluctibus erecti ineunt ne aliam vivendi rationem? minime, sed proterve corde perdurat
et cum Divites facti demum redire cogitant procella ultrice sorbentur. Horum ergo iniquitas cultorum JESU Christi
Doctrina est, quos etsi aliquae difficultates ab inceptis Christianis operibus deterreant, armantur in spe Divina adversus
omnia impedimenta quae Perseverantiae obsistunt, cum cursum inceptum tenent, qui nullum potest creare naufragium
E numero horum JESU Christi cultorum Patres ac Fratres Dilectissimi est Quidam Magnificus Dominus Insi
gnis Benefactor. Hic Nomen et Cognomen suum celans Spe Ille Divina munitus, uberioribus Caelestibus Gratiis
desiderat locupletari, ut valeat mediantibus Nostris Orationibus navigationem vitae suae felicissime peragere, ab in
cepto cursu Christianissimae vitae non desistere, et ad Patriam Caelestem ubi jam nullum periculum naufragii ti
metur, pervenire. Jam Salutaribus ac piis desideriis satisfacere volentes injungimus omnibus Locorum Superi
bus ut receptis hisce Nostris Literis hunc in finem indilate Cantari faciant Missam Votivam, jam vero Psalmi
Paenitentiales, Litaniaeque de Omnibus Sanctis in Choro recitentur. Omnes Sacerdotes Tres Missas absolvant, Tres
Clerici ter Psalmos Paenitentiales cum Litaniis de Omnibus Sanctis dicant. Fratres autem Laici ter Centum Pater
et Ave cum totidem Gloria Patri ac recitent. Porro hae Literae Nostrae Communitatibus lecta et recommendatae
Protocollis ingrossatae ad viciniores Conventus juxta Ordinem Cursoriae sine mora remittantur. Valete Patres ac
Fratres in Visceribus JESU Christi Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus me
mores. Datum in Conventu Nostro Solecensi ad Aedes Sancti Stanislai Episcopi et Martiris Patroni Regni
Poloniae Die 2da Aprilis Anno Domini 1795 Fr Christophorus Reform. Minister Provincialis mpp

Fr. Sigismundus Mężeński Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum
Custodiae Russiae S.ae ANNAE Matris Beatissimae V.s MARIAE Ex-Custos Regiminis
et in hac Inclyta Provincia S.ae V.s Mariae Angelorum Minoris Poloniae Commissari
us, Visitator Generalis et in Domino Servus ---------

Admodum Reverendis, Reverendis, Multumque Venerandis, Venerandis Patribus, ac Dilectis
simis in Corde JESU Fratribus, Salutem a Domino et Copiosam Caelestium Donorum Affluentiam
Evangelicae vitae praecipuis Cultoribus, in primo Salutationis Exordio, hac audeo verba proferre, quibus effusissimus in Charita
te Apostolus, manentes Corinthii Fratres per suam visitando Epistolam salutans, non solum vota sua, inscripsit: Gratia Vobis et
Pax a Deo Patre Nostro et Domino Jesu Christo, verum et addictionem cordis sui erga illos manifestans quae laetus ad Deum
agebat, scripto exaravit. Gratias ago semper Deo Meo pro Vobis, in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu, quod in omni
bus divites facti estis in Illo, in omni Verbo et in omni Scientia, sicut Testimonium Xti confirmatum est in vobis, ita ut nihil
vobis desit in ulla Gratia: - Qui et Confirmabit vos usque in finem. Quanta exultatione Spiritus Pauli, pro tunc replebatur
abundantissimam illum Paterni Cordis, licet capere non valeo, desuper sibi Communicatam largitatem, verum similem Illi
erga Vobis experiens, paribus verbis exclamo, Multa mihi fiducia est apud vos, Multa mihi Gloriatio pro Vobis, Repletus sum
Consolatione superabundo gaudio, ita ut etiam hoc fateri extimulor, in Cordibus nostris estis ad Commoriendum et ad Con
vivendum : - : Hujus Vobis Laetitiae meae Copiam manifestans, non jam praesentium temporum ingesta tristitiarum un
dique vibrantium tela jaculaque, non curiosa futurorum eventuum adeo sperandorum presagia, at certissi
ma omnes homines vere laetificantia, non solum ad praesens sed in aeternum duratura Providentiae Divinae Vo
bis Commemorare exopto documenta, ut exinde in orbis angustiis Thesauris Gaudiis his perfruamini, qui
bus Bonitas Supremi Numinis Vult Vos luculentissime adimplendos. Audite itaque non jam primas feli
citates Naturae humanae ad tempus Concreditas Laetitias, quae ab exordio Creationis Caeli et Terrae primo
Parenti elargitae in Paradisi plantatione, brevi usui et Commodo affulserunt, ast stabili perpetuoque statutum
Decreto: Quas Largitor Gratiae, mortis Theandricae vitae profusoque Sanguine, atrocique morte perpessa condidit, ac
Copiosa Redemptione firmando, in aeternum stabilivit. Hunc Gratiae Divinae Paradisum intrantes, primo
Apostoli aperuerunt ostia ad Vineam Xti unicuique laboranti denarium diurnum, omne scilicet bonum pro o
peribus exantlatis nomine infallibili in Suis promissis Omnipotentis Dei promittentes. Qui centuplum in aeter
nitate donat, ubertateque beatitudinis praedivites fecit, omnes illos qui Suae Vocationis onera diei aestus supper
tant. Ut ergo illi Divini Verbi Praecones cum aliis Evangelii Christi Doctoribus, Fidem Salvatoris Ecclesia
que Sanctam Nobiliorem Primario hunc Paradisum Gratiae, secundum usque ad extremum terrae pro

mulgarunt, Sic Nos praestantioris decoris titulo, Religionem Seraphicam, Paradisum Jucunditatis animae eorum
us videamus, de quo loquitur non in doctis humanae Sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus, Spiritualia Spiritualibus com-
parando, ut Sciamus quae Deo donata Nobis dum a Spiritus Divinissimi favente afflatu in hoce Paradiso Religionis
Seraphicae positos et Confirmatos agnovimus. Pauperem Religiosum Suae Regulae Addictum Divus Chrisostomus con-
siderans non Solum affirmat in Paradiso tanquam in pavimento ambulare, ast ultra exhortans monet his verbis Hom.
in Math. Quod Si tale pavimentum Domus Ejus est Considera per temetipsum quale tectum reperiatur. Certe Gloria et
Beatitudo aeterna, ad quam Religiosus Crebro aspirans Continuus eandem meritis et exercitio virtutum acquirit. Idem
aurei oris Orator de Religiosorum Ordine disserens, non Solum tranquilitatis Matrem, quietis portum, verum omnis
perturbationis expultricem denuntians exulem Proto Parentem Adamum videns et felicis Gratiae in Spiritualem Pa-
radisum introductos et inter hos et Angelos distinctionem vix aspegi dubitat, qui hoc in terra dicunt et Canunt
quod et Spiritus Angelici in aethereis sublimitatibus modulantur Gloria in Excelsis Deo et in terra pax homini-
bus bonae voluntatis, quotidie in se ipsis experiuntur. Haec Ille universaliter de Religione dicens, Ego specialiter de Ordi-
ne Seraphico jam innuere non audeo dum pridem Summi Pontificis Clementis V ore decisum, scripto decretum, cla-
re probatum, promulgatum, ac ubique divulgatum, Ordinem Seraphicum Paradisum esse manifeste Constat.
Ast de hacce Specialissime Provincia Reformatae Minoris Poloniae, loquens plurimas evidentias intueor, quibus
motus Securius Illam Paradiso Similem ex cordis jubilo affirmo, quo vivatius omnia Paradisum Gratiae Spiritualis
representativa Animadverto. Speciosissimam Paradisi Januam Beatissimam Virginem Mariam Omnes
Patres affirmant, imo non portam solum est et Paradisum hanc esse tota Ecclesia confitetur, in quo Deus Homo fa-
ctus est ut nostram operaretur Salutem, et delicias poneret cum filiis hominum. De hoc etiam Mariano Paradiso
quadruplex flumen Cursu veloci elabitur dum testante Divo Bernardo Angelus laetitiam, Justus Gratiam, Miser
consolationem peccator Consequitur veniam. Vos autem omnia jure haereditario haec bona possidetis dum in hu-
jusce Marianae Provinciae Angelorum Consortes, de hominibus vero electi, Vos primo merito possidetis bona ut [...]
la et domestici, Adveris etiam ad Sinum Mariae confugientibus, largissime postulatis, annuendo propinatis, [...]
eta denique, lignaque pomifera, fructibus perfectionis, abundantia, quis poterit edicere? de quibus omnibus uti perfectio-
nem et Sanctitatem augentibus non Solum Vobis concessum verum et demandatum, ut Comedatis et Saturamini ab u-
bus Consolationis hujus Purissimae Matris. Quae non solum Paradisus, hortus conclusus, verum terra benedicta [...]
dotalis, Melle et lacte fluens omnibus momentis vitae vestrae indivisibiliter super favum dulcis sit. Paradisum Spiri-
tualem hanc ce Mariano-Angelicam Provinciam dicere affirmo, nam ut Ille antiquo terrestris in cujus medio
abundanti ornabatur fonte ut ex illo quatuor flumina ad irrigandum terram, auroque et gemmeis lapidibus fecun-
dam effluebat, Sic haec Paradisalis Provincia Quatuor divisionibus Spiritualium fluviorum abundat de quibus
tam Regni Poloniae irrigas terram, Auro Charitatis Margaritisque virtutum, per plenos Zeli Apostolici Viros
qui tanquam fontium rivi mittentes eloquia Sapientiae Spiritus irrigare non cessant. Magno Solatio decoreque m[...]
ipso non cesso gloriari exinde quod in hujus Almae Inclytaeque ac Paradisalis Provinciae Cunabulis ortus Illam [...]
aliter ast ut Paradisum et Animae Deo plantatum Matremque Charissimam ex animo colebam Ejusque fructibus
suavitate plenis nutritus tandem impetu exuberantis hujus fluminis etsi procul locatus, nunc iterum unde exeunt
flumina revertuntur, flante aura Sanctae Obedientiae cum Gaudio regredior, in Medio Vestri Cordialissimi Patres
Utrisque titulis Ornatissimi, ac Fratres Dilectissimi Consistens, Vestrorum laborum Adjutor fieri desiderans, Sar-
nam Officii Commissariatus Generalis portans et Officium adimplens, Visitationes Canonicas per me brevi i[...]
das notifico. In quibus Lustrare muneris mei erit ne in hoc Spirituali Paradiso, venenosi afflatus Serpentini [...]
doli aut quid quid jucunditati nocere queunt, haec omnia ablegare, etiam vulpes parvulas quae demoliuntur Vineam
Seraphicam corripere tutaque omnia in sua integritate munire quantum de viribus meis dante Deo (qui dat o[mni]-
bus affluenter) subministrare non desistam. Quapropter exhortamus Vos Patres Suis Titulis Ornatissimi Fratres-
que in Corde JESU Dilectissimi ut tanquam Incolae Paradisi et domestici Dei, pacis Mutuae Charitatis Religiosae
ac Sanctae Observantiae Regularis Diligentissimi Zelatores, Omnia quae de Jure et Consuetudine laudabili obser-
vanda ferventiori adimpleatis Conatu et ea quae vobis nunc demandantur Sedula executione perficiatis. Breviter
Omnibus Locorum Superioribus sub poenis in Constitutionibus Ordinis ac Statutis Generalibus taxatis ut tempestive
ante adventum nostrum ad Illorum Conventus Omnia Privilegia seu Fundationibus eorundem data, Omnia quae
pro Religiosis, Indulgentiis Concessis quae asservantur in Eorum Ecclesiis, Inventaria Omnium Officinarum Con-
ventus exacte conscripta Revisa ac Subscripta a Discretis Conventus praeparent, ut Vos in promptu ea omnia h[abe]-
amus, quae ad Visitationem non perfunctorie peragendam omnino visitanda, examinanda, videnda que venium [...]
lumus Vos amplius ordinationibus molestare uti perfecte gnaros quae ad Visitationem Generalem Sint praeparanda
Attamen Omnibus Superioribus Localibus demandamus, omnia exacte [...] in promptu habere quae hunc actum [Cano]-
nicum concernunt, ne aliqua Confusio aut Conturbatio contingat. Valete Patres ac Fratres in Corde Jesu Di-
lectissimi enixe exorantes Divinam Clementiam pro Felici Statu Stae Matris Ecclesiae Ejusque visibilis Ca-
pita, pro Extinctione inimicorum Christianae Fidei, pro Concordia Principum Nec non pro impetran[...]

pissima Ejus miseratione supra afflictam Patriam Nostram pro Superioribus ac Benefactoribus nostris, Nostriq voz
licet immeriti ad Aras non immemores. Volumus autem ut hæ Literæ Patentales ad publicam mensam perlegantur et Sacræ
Communitati intimentur, Protocollo ad hoc destinato inscribantur, et juxta Ordinem Cursoriæ a foris adnotatum ad Ulte-
riorem Conventum transmittantur. Datum in Conventu Nostro Lublinensi ad S.ti Casimirum F.F. R.R. P.P. et M.M. D.D. L.L. Die 6ta
Mensis May 1795 Anno Fr. Sigismundus Reformatus Idem qui supra Loco † Sigilli mpp

Fr. Sigismundus Męzeński Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reforma-
torum Custodiæ Russiæ S.tæ ANNÆ Matris B.ssmæ V. MARIÆ Ex:: Custos Regiminis
Et in hac Inclyta Provincia SS.mæ V. Mariæ Angelorum Minoris Poloniæ Commissarius
Visitator Generalis et in Domino Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multumq Venerandis, Venerandis Patribus, ac Dilectis-
simis in Corde JESU Fratribus, Salutem a Domino et Copiosam Cælestium Donorum Affluentiam.
Magnum tamen in Apostolicis laboribus exinde Doctor Gentium se gloriatus est, quod scribens ad Fratres: non solum ut scientibus Legem lo-
quebatur, verum illos adeo versatos in Spiritualibus viderat, ut non tam cum terrenis hominibus et mundi incolis sermocinabatur, ast tan-
quam Cælestium Consvetudinum gnaris Divinis Eos colloquiis recreabat dicens: Jam non estis Hospites et Advenæ sed estis Cives Sanc-
torum et Domestici Dei Superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum: Ipso Summo Angulari Lapide
Xto JESU, ut tamen Magis ac perfectius eos in Sanctitate excoleret, optabat: Imitatores mei estote et observate eos, qui ita ambulant, sic-
ut habetis formam nostram. Ex Gentilitate enim conversis: per devia et scabrosa ante ambulantibus planam viam acquirendæ San-
ctitudinis demonstrando, paradiso Spirituali admovere atq securius ex animo propinquare cupiebat; Ubi Ipse aliquando morabatur,
tur, de Se Ipso fatendo: Raptum se esse in Paradisum, ubi Arcana audierat verba, quæ non licet, (promiscue) homini loqui,
hunc tamen Paradisum ibidem Cælum nominando, adeo in illo inhabitare adamavit, ut tandem pro more et Consvetudine haberet
ibi libentissime commorari et delicias pacis tranquilitatisque animæ suæ experiri, affirmans: Nostra autem Conversatio in Cæ-
lis est, omnem exinde facilitatem Viris Spiritualibus ostendens, de terra et Mundo ad Paradisum Confugere ex Paradiso autem
Ipsum Cælum intrare; si prius Paradisi horti seu Vineæ Domini bonus Operator, eloquiorum Ejus auditor, et Strenuus auditorum
verborum effector extiterit. Vobis Patres et Fratres Religiosissimi, vere incolis Spiritualis Paradisi quasi imitatoribus: non
Unius Pauli Doctoris Gentium, ast et alterius Seraphici Patris Alumnis, qui ut Paulus primus Prædicator, minimum se
in collegio Apostolorum esse ajebat, Stigmataque Domini JESU in Corpore suo portabat; Sic et alter Seraphicus Pater
Fratrum suorum minimum se apellabat Vulneraq Domini JESU in Corpore suo miraculosissime impressa gestabat.
Vobis inquam imitatoribus Apostolicæ vitæ, et Sectatoribus virtutis eorum, non solum in amando Votum verum et in observa-
is Ejusdem manentibus quid ultra proferam? et ad quæ monitis Paternis exhortabor? Unum restat ut de Paradisi Culto-
ri memores vocationis Suæ qua Vos Deus vocavit, in admirabile lumen suum, Cæli Gloriæ propinquemini; Unusquisque conservans
ditum sibi. Tene quod habes ut nemo accipiat Coronam tuam. Implete mensuram operum sibi consignatorum, talentis acceptis alla-
borando ut cum Usura meritorum Vestrorum Domino exigente reddentes in gaudium mirificæ requitudinis Domini intra-
re valeatis. Nullo tedio afficiamini ad serotinum adventum, reversuri a nuptiis Regis æterni, sed omni oratione et observatio-
ne vigiles existendo tanquam arbores Paradisi fructus salutis proferentes, æmulemini charismata meliora, germinando et
accrescendo in tempore Suo. De quolibet enim Justo in Psalmis dicitur: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus
decursus aquarum, quod fructum Suum dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, et omnia quæcunque faciet prosperabun-
tur. Nam et Ille illuminatus a Xto si vidit homines velut arbores ambulare, existimavit proinde, ut stabiles in gradu manentes
formis et fructibus abundare utque veteribus juxta Divinum promissum adiciantur nova. Non absq Mysterio inter alias simi-
litudines Cæli dicit Christus de grano Sinapis, quod et si sit minimum omnibus seminibus, cum autem creverit omnibus præcelsi-
bus sit, ut fiat Arbor in qua volucres Cæli gratiliter habitare Congaudeant. Fratres vocamur etiam (ut ajunt) minimis minores, crescen-
dum itaq in modum grani Sinapis oportet, sic alte frugaliter ac Consolationi aliorum, ut Spectaculum facti mundo, Angelis et hominibus, Cæ-
li volucribus seu alta Beatitudinis Conscendentibus grata de Nobis exhibeamus habitacula et altius exinde subliminora petamus
Sed ultra hæc protendit ex discipulis suis Salvator, dicens: Si habueritis fidem sicut granum Sinapis, dicetis huic Arbori Moro: era-
dicare et explantare in mare, et obediet Vobis, factum hoc mirabile ac opus insolitum videtur inter homines, ast in Ordine No-
stro pro Suæ consvetudine solitum, et jam ordinarium, ut in Terra fertili Religionis plantata Arbor Vir Spiritualis fructus
perfectionis pacis, ac Obedientiæ Observantiæ permanenter afferens Sacræ obedientiæ jussu eradicari videatur de Commu-
ni Fratrum Contubernio, et transplantari in mare, seu super Congregationem aquarum id est confluxum negotiorum si-
cut unda sibi invicem Continuoq succedentium cum quibus et vita nostra defluit dum omnes morimur et sicut aquæ
dilabimur in terram quæ non revertitur. Non Sicomoro dicere permisit Sapientia Incarnata sed Arbori Moro
id est non illi qui parvum aut nullum exhibet fructum ast ei qui et abundanti florescens Germine nedum terræ

unius alicujus Conventus operum suorum saciat, ex exornat angulos, ast etiam Mare integrum, totam videlicet Provinciam, moribus Doctrinis vita morigera exemplis exsaciare et decorare valeat, Transportari in Mare adhuc designat. Opera suscepturi Officii alicujus Ecclesiastici ut fluctus Savientis Pelagi sedare mirabilesque plantationes Maris Sua virtutum inconcussa stabilitatis firmitate ac prudentia aliarumque virtutum Zelo Componere Sciat. Hoc itaq praecipuum Nostri Comissariatus Generalis opus solicitudini Nostrae datam cupimus ex animo ad optatissimum deducere effectum, utq Caelico adjutorio Rite et Canonice peragatur, ista Spiritualis transplatatio Mori, seu Nova Provincialis Electio quam Celebrandam indicimus Die 29 Mensis Junij in Conventu Nostro Pinczoviensi ad Beatissimam Virginem Mariam Visitantem pro qua affectuosissime invitamus R. P. Petrum Alcantaram Wierzbicki Custodem Actualem ac RR. PP. Diffinitores Actuales Quorum praesentiam pro die 25 Junij de Mane Patrum vero Guardianorum pro die 26 ad Vesperam adventum ad Conventum Capitularem praestolamur et Ultra hos nemini aditus ad locum Capituli permittitur sub pena apostasiae nisi illis quibus a Nobis justis de Causis permissio et invitatio suffragabitur. Post recessum autem Patrum Guardianorum ad Capitulum ne Conventus maneant Sine Capite et Regimine Acephali in Unoquoque Conventu MM. VV. PP. Vicarios respective Suorum Conventuum Praesidentes instituimus ac Institutos declaramus Quosque monitos esse volumus Amo ut Charitate Seraphica et Affectu Paterno ac Fraterno Communitates Sibi Commissas regant, Caveantque Summopere dilapidare Elemosinas Conventibus oblatas. Praecipimus autem Omnibus Communitatibus, ut suis respective Praesidentibus in omnibus pareant quae sunt contra animam et Regulam Nostram sub penis Contra Inobedientes et Contumaces fulminatis. Patres Locorum Superiores Schemmata fideliter Conscripta et a Patribus Discretis subscripta uti Syndicationem Missarum juratam ac ab omnibus Subscriptam Patribus Tum etiam Testimonia Patrum Lectorum sibi terminantur de Capacitate Studiosorum ac de probitate vitae Conscientiosa in quo oneramus Eorum Conscientiam Tum a Patribus Resolutoribus Casuum Testimonium de Idoneitate Confessariorum et quot Casus hoc Anno resoluti sunt tempestive transmittere Curabunt ad Locum Capituli. Quia vero in tanti momenti negotio non Sumus sufficientes cogitare aliquid de Nobis quasi ex Nobis Sed omnis Sufficientia nostra ex Deo est, Obsecramus proinde Vos omnes PP. ac Fratres Dilectissimi ut fervidas ad Deum preces fundere non intermittatis, Quatenus dirigat omnes actus Nostros Capitulares in Beneplacito Suo Detque Nobis Sedium suarum Assistricem Sapientiam et mittat illam de Sede Majestatis Suae, ut Nobiscum sit Nobiscum laboret, Nobisque Sancta desideria, recta Consilia et justa opera instillare et spirare non cesset donec sciamus Quem ad Regimen Laceratae Provinciae Quos ad Dignitates et Officia hujus Almae Provinciae elegerit Dominus. Effundite Corda Vestra in Conspectu Altissimi, ut tribuat Nobis benignum Patrem et Iustum Judicem, boni publici Amatorem et prudentem; Nostrae Strictissimae Observantiae Zelatorem, Virum secundum Cor et verum salutis vestrae Ministrum Quo Duce venire possitis ad bravium Supernae Vocationis Vestrae. Quod ut assequi valeamus: disponimus praesentibus et ordinamus, quatenus in unoquoq Conventu Duabus hebdomadis ante Diem electionis Canonicae Ter dicantur in Choro Consveta Suffragia de die pro felici successu Capituli. Ipso vero Die Capituli statim post primam Horam Canonicam decantetur Missa solemnis de Spiritu Sancto et applicetur pro Successu Capituli in qua Clerici et Laici Communicabunt offerentes hanc ad eandem Intentionem. Quibus permittimus liberam Electionem Confessarii approbati in Ordine pro hac Sola vice. Confessariis autem taliter electis itidem impertimur facultatem pro hac Sola vice absolvendi a Casibus reservatis in Ordine Nostro. Volumus tandem ut hae Encyclicae Literae Nostrae in Unoquoque Conventu Nostro in plena Communitate perlegantur, Protocollo inserantur Vernacula lingua explicentur et Subscriptae ad Viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursorias a foris adnotatum transmittantur. In reliquo Valete Patres et Fratres in Visceribus JESU Xsti Dilectissimi DEUM Patrem Misericordiarum ac DEUM Totius Consolationis ferventissima prece exorantes pro prospero eventu Capituli ac pro Felici Sanctae Romanae Ecclesiae statu Regni Nostri Miserrimi et afflictissimi prosperitate, Meique Famulitio Vestro deditissimi ac Benefactorum Nostrorum Spirituale et Salute exorantes. Datum in Conventu Nostro Stobnicensi ad Aedes Sanctae Mariae Magdalenae Die 28 Mensis Maij Anno Domini 1795 Fr Sigismundus Mozienski Reformatus Comm[issarius] Gen[eralis] Supra Loco † Sigilli

Fr Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Sanctissimae V[irginis] MARIAE Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem et Copiosam Benedictionem a Domino

In hac miseriarum valle constituti mortales, et ad aeternam felicitatem suspirantes, variis utuntur modis ut eam assequi valeant Patres ac Fratres in Visceribus JESU Xsti Dilectissimi. Inter media vero conducentia peregrinis ad Caelestem Patriam non postremum locum obtinet propensio erga Defunctorum animas in Purgatoriis flammis Divinae Majestati satispatientes, quibus

procul dubio viventium Suffragia prodesse possunt, juxta Doctrinam Catholicæ Ecclesiæ ac Ejusdem perpetuam praxim in offerendis pro iisdem Sacrificiis, Eleemosynis erogandis, et aliis piis operibus impendendis. Quam praxim confirmavit Sacrum Concilium Tridentinum Decreto de Purgatorio, de eadem praxi Sancte probata Divus Augustinus Enchyridio Cap 110 N{ro} 29 aperte loquitur Neque negandum est animas in pietate suorum viventium relevari, cum pro illis Sacrificium Mediatoris offertur vel Eleemosyna in Ecclesia fiunt. Addit praeterea Idem Sanctus Pater quod Anima saltim in Communi sicut nos in multis peccavit versari, sicut et Nos credimus Easdem in Purgatorio multum torqueri. Approbat item ea omnia quæ tota Ecclesia Catholica solet approbare, et singulariter quod Salutare sit Defunctorum animabus Suffragium præstare, cum de Oratione pro Ipsis Divina Scriptura dicat 2di Machabæorum Cap 12 Sancta ergo et Salubris est cogitatio pro Defunctis exorare ut a peccatis solvantur. Nullum quoque dubium est Principem locum tenere in Suffragiis animarum Sacrificium Mediatoris quod pro iis offerri solet. Hæc revolvens animo pie ac Religiose de Resurrectione cogitans Magnificus Dominus Vincentius Debinski Præfectus Annonæ Czchoviensis volens Divinam Clementiam sibi quoque fieri propitiam confugit ad Sacrificia pro Defunctis, volens ea applicari Eisdem quatenus liberati de purgatorio, Divinam Majestatem Ipsius interpellent pro remissione peccatorum suorum, Gratiaque finali. Qua in Cogitatione vere imitatus est Judam Machabæum de quo habetur 2di Mach: Cap 12 Qui considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam Gratiam. Quare in hunc finem satisfaciendo Magnifici Domini Vincentii Debinski Benefactoris Nostri desiderio, injungimus præsentibus ut sine dilatione in Unoquoque Conventu pro fidelibus Defunctis integra Suffragia tanquam pro Fratre Nostro absolvantur, videlicet: Officium Defunctorum in Choro recitetur Missa cantetur, quilibet Sacerdos tres Missas celebret. Frater Clericus ter Officium Defunctorum, Fratres Laici ter centum Pater et Ave ac totidem Requiem æternam recitent. Præsentes vero Literæ Nostræ Communitatibus lectæ et recommendatæ Protocollis ingrossatæ sine mora juxta Ordinem Cursoriæ ad Viciniores Conventus remittantur. Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus Memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes Sancti Casimiri Patroni Regni Polon. et Mag. Ducat. Lithaniæ Anno Domini 1795 Die 6ta Junii Fr Christophorus Reformatus Minister Pro{vin}lis m{anu} p{ro}p{ria} Loco † Sigilli

Fr Petrus Alcant. Wirzbicki Ord{ini}s Min{oru}m S. P. N. F. Reformat: Pro{vinc}iæ S{anctissi}mæ V{irgin}is Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus

Adm. R{e}n{}dis, R{e}ndis, Multum Ven{e}r{an}dis V{e}ndisq{ue} P.P. ac dilectissimis in Xto F.F. salutem et copiosam Benedictionem.

Admirabilem Dei providentiam, et inenarrabilem sapientiam in cunctis ejus operibus relucere nemo est mortalium qui ignorat quinimo omnium interest /: sive in prosperis sive in adversis, nec non omni eventu/ non solum ea spectando admirari verum etiam in omnibus eo, quidquid Deus agat, quidquid permittat, quidquid disponat :/ semper illud Evangelium occinere: bene omnia fecit Math 7. Et sane P.P. ac F.F. in Xto Dilectissimi mirificam hanc Dei in adversis providentiam experiebatur olim constans in patientia Job, et ecce nihil contra voluntatem Dei judicavit et dicebat dicens: sicut D{omi}no placuit, ita factum est, sit nomen D{omi}ni benedictum; Ordinatissimam tandem circa se dispositionem Dei agnovit David: dum de pascendis gregibus ad solium regni evectus, et ecce non minus in sublimiori quam in viliori constitutus sorte, humiliatus conquerebatur. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit ... suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem ...

Hanc denique sapientiam Dei in gubernatione, Bonitatem in conservatione Potentiam in sustentatione totius Universi, seria mente revolvens Paulus Ap{osto}lus: et ecce non aliud quam altitudinem Sapientiæ et scientiæ Dei, incomprehensibilia Judicia, et investigabiles vias ejus dixit esse, ideo: quia sensum D{omi}ni, et voluntatem ejus in disponendo nemo hominum /: ut satis est :/ cognovit: qui utique solus scit de tenebris lumen splendescere, occidere et vivificare, humiliare et exaltare, vel ut clarius loquitur Propheta: Dominatur excelsus in regno hominum ... juxta voluntatem suam, tam in virtutibus cœli, quam in habitatoribus terræ et non est qui resistat manui ejus, et dicat quare fecisti Dan 4; hac enim Dei Sapientia et potentia, hac Dei voluntate stat gubernaturque universa terra, his Dei perfectionibus admirabile nomen ejus toto orbe terrarum cunctæ creaturæ commendant. Quare P.P. ac F.F. in Xto Dilectissimi advoco vos verbis David Prophetæ: Venite et videte opera Domini quæ posuit prodigia super terram Psal 45 venite et videte mirabilia ejus quæ fecit nobiscum in nuper celebrato Capitulo Pinczoviensi, nonne hæc sunt consiliorum, ac voluntatis ejus circa nos et provinciam nostram decreta manifesta, dum citra spem, ac desiderium nostrum, omnium vocalium in nos ordinavit charitatem, quorum suffragiis unanimiter consentientibus, tot inter meritos, gravissimosque P.P. nos nec pares meritis, viribusque exiguos vestro præfecit servitio: certe hæc in parte cum nec sensum D{omi}ni cognoscere valeamus, nec ejus Ordinationum decreta discutere liceat ideo minime investigamus vias D{omi}ni, potius in humilitate cordis dicimus: Sicut D{omi}no placuit ita factum est Job I.

Verum cum jam et vobis id satis notum est P.P. ac F.F. in Xto Dilectissimi, quia cecidit sors super nos ministerii hujus almæ Provinciæ, nec etiam vos latet, quam sit formidandum Officium Pastoris et munus ideo cum timore, et tremore /: non de honore hilares, sed de periculo solliciti :/ non reluctantes Divinæ voluntati, illud nos suscepisse, hisce primis litteris notum vobis facimus, simulque certos vos reddimus, nolle nos vobis novas condere leges, aut aliquod importabile imponere jugum, ast solum /: quod sponte et libere suscepistis, quodque Deo per vota solemnia servandum spopondistis :/ ad illud constanti animo ferendum adhortor vos in Domino.

Hinc in primordio ministeriatus nostri loquimur ad vos verbis Doctoris Gentium: Gaudium meum corona mea P.P. ac F.F. in Xto Dilectissimi, ast utinam semper illa charitate /: qua cor ejus æstuabat :/ perfusi, placita Deo, provincia utilia, vobisque salutaria loquamur, sed et hoc scitote in votis nostris esse, hoc unice intendimus, sartam, tectamque manu tenere observantiam; ut inde et honor Deo gloriaque quam maxima augeatur, et nobis meritum, tandemque æternæ beatitudinis præmium crescat. Idcirco quæ status nostri obligationem concernunt, et quæ ex visitatione A. R. P. Comissarii Generalis Venerabile Definitorium commendanda suscepit, hæc nos vobis observanda et ad effectum deducenda insinuamus, videlicet: Imo Quia primario ab omnibus Xti fidelibus debetur cultus S{anctissi}mæ Trinitati, ideo omnibus locorum Superioribus commendatur, quatenus hujusmodi S{anctissi}mæ Triadis imagines curent comparare, et comparatas in Ecclesiis suorum conventuum loco patenti affigere, ut sic in populo advenientium erga S{anctissi}mam Trinitatem major devotio excitetur. 2do recommendatur ut culpæ generales sæpius practicentur prout Statuta Provinciæ nostræ præscribunt, non enim tam facile arbores majorum defectuum excrescunt, si minima semina et radices tempestive evellantur proindeque Superiores locales illa quæ viderint dicta nostroque statui difformia, ac moribus dissona curent cum sale discretionis

paterna charitate emendare in suis subditis. 2tio ut prævijs solemnitatibus tum Ordinis nostri tum Ecclesiæ Superiores locales
beant breves sermones quibus suas respective communitates commoveant et alliciant ad fervorem devotionis exemplaris 3tio ut in uno
que conventu sint libri non quidem simul comparati, sed seorsivi in quibus describantur seorsive tum sepulturæ, tum introductio
Viæ Crucis, tum Conversiones Infidelium, tum deniq copulatorum 4to serio admonentur singuli PP. ac FF. ut debitam reverentiam,
Obedientiam præstent suis superioribus, uti docentur 1. Petri 2. servi subditi estote etiam discolis, qui enim spernit superiorem,
nere etiã dicit Christum, meminerint quanta mala sequantur ex inobedientia et irreverentia Superiorum; teste S. Hyeronimo
Ubi non est... Reverentia Superiorum, ibi contemptus, ubi contemptus ibi injuria, ubi autem injuria ibi indignatio, ubi
indignatio, ibi nulla quies conscientiæ, ibi mens sæpe a proposito deducitur et sic gradatim incurritur damnatio. hæc ille
Præter hæc vi muneris nostri et Officij adhortamur in Dño Superiores locales, quatenus omni conatu satagant
charitate, prudentia, discretione erga sibi subjectos certare bono exemplo omnibus domi forisque prælucere; invigilent, ut
nis quæ par est religiositas, modestia pietasq in suæ curæ subjectis elucescat, juxta monitum Apostoli: modestia vestra nota sit
omnibus hominibus. ad Philip 4. Currisatio sine manifesta necessitate omnino vitetur juxta præscriptum regulæ
Frequentatio Chori ad laudes Deo persolvendas recommendatur; imo verbis Divi Bernardi monemus vos PP. ac FF.
pure semper, ac strenue Divinis interesse laudibus, strenue quidem, ut sicut reverenter, ita et alacriter Dño assistatis
non pigri, non oscitantes, et somnolenti, non parcentes vocibus, aut præcidentes verba, sed vivido ut dignum est sonitu
et affectu, voces Spiritus Sancti depromentes. Meditationes et Recollectiones /: a quibus pendet profectus spiritualis :/ neduna
a PP. et Fribus ad chorum spectantibus, verum etiam ab omnibus PPbus Officialibus non intermittantur. Circa infirmos
sollicita cura habeatur quoad utrumq, scilicet; tam quoad corpus quam quoad animam; ipsq Superiores pro posse in
ritate necessaria subministrent, sicut sibi ipsis vellent subministrari. Pauperes ad portas nostrorũ Conventuũ venientes
benigne semper recipiantur, forte enim Deus ideo his temporibus calamitosis provide et munifice aperit nobis manum suã, ut per ma
nus nostras inopia pauperum sublevetur. Silentium statutis temporibus ubiq locorũ omnino servetur, nam in multiloquio
non deerit peccatum; et qui non refrænat linguam suam hujus vana est Religio S. Jacobi Otium omnino fugiant PP. FF.
quod est pulvinar diaboli, simulq multam malitiam docuit otiositas; sed alij lectionibus librorum tum moralium, tum spiri
tualium, tum scholasticorum, incumbant, alij manualibus, ipsq necessarijs, ac conventui utilibus occupentur exercitijs
Quæstuationes extorsivæ et assiduæ omnino vitentur, his præsertim calamitosis temporibus; dum autem FF expediu
pro forensia, sive ad petendam eleemosynã, sive ad obsequia spiritualia, ipsis Superiores locales assignent tempus rever
nis, ne frustra divagentur FF. cum molestia benefactorum, et cum detrimento, ac ruina vitæ spiritualis. Comendat Supe
ribus localibus, ut in suis respective Conventibus Fratres laicos applicent Officijs culinæ, sedulogue invigilent, ut in arte co
quendi exerceantur. FF Laici Quibus cura Officinarum commissa est, uti culinæ et canapæ, sciant se esse sub gravi
obligatos in conscientia, ut memores semper altissimæ paupertatis, seriam adhibeant diligentiam, ne ea quæ a Benefa
ribus Fribus offeruntur :/ eorum incuria, et indiscreta tenacitate, aut ineptia usui comuni reddantur, aut ne prodi
liter dispendantur, nimia enim prodigalitas adversat paupertati, et nimia parcitas obest charitati Frũ. PP. Vicarij
ex munere suo sedulam navent operam, ut FF. Juniores eorum curæ subjecti in vita spirituali proficiant, in virtutibus
se exerceant, et ea quæ Ordinarium cæremoniale præscribit, curent adæquate observare. Quia verò ingratus est labor, quem
præmia nulla sequuntur; hinc VV Definitoriũ spectando labores et merita MVenerandorũ PP. Bernardi Wirzbicki, Ambrosij
Muszynski, Thadæi Orzanowski, et Hilarionis Twardowicz, eosdem posse et debere uti Prærogativis Emeritorum declarat
Similiter idem VV Definitorium decrevit MVP. Sylvinum Trubecki habere locum secundum vocationem a susceptione ha
bitus, siquidem transeundo a PP. Observantibus ad nostram provinciam Reformatã protunc VV. Definitoriũ id ei favora
biliter indulsit. In reliquo PP. ac FF. in Xto Dilectissimi! comendo vos gratiæ Dei, et exhortor in Dño, ut digne am
buletis vocatione, qua vocati estis; singuli assiduo revocemus in memoriam, quia elegit nos Deus, ut essemus sancti, et
immaculati Dei; ergo tam insigni electioni respondeamus, ut pateat ex actionibus nostris, quod simus factura Dei, voca
vit nos de sæculo nequam ad sacram religionem in sortem sui ministerij, donavitq prænobili dignitate cooperari Xto
in salutem animarum, ex animo ergo operemur, sicut Dño et non hominibus. Lux mundi nominamur, ergo satagamus
ut luceat lux nostra coram hominibus, ut videant opera nostra bona, et glorificent Patrem qui in cælis est. Deniq Xti bonus
odor sumus, ergo quæ sunt Xti sapiamus, quæ sunt Xti quæramus, non quæ super terram, quæ via securior, trita legibus
plena pijs consuetudinibus, expolita laudabilibus sanctis et Ordinationibus, hac toto conatu curramus, ut accipiamus
coronam vitæ. Et hæc; ut suum sortiantur effectum, comendamus locorum Superioribus, quatenus præsentes literas
nostras, et omnia in eis contenta suis comunitatibus perlecta, lingua vernacula explicent, explicata executioni mandent
comendata Protocollis ingrossari curent. Valete PP. ac FF. in Xto Dilectissimi S. Romanæ Ecclesiæ, Regni, nostri que
ac benefactorũ nostrorum in suis orationibus memores. Datũ in Conventu nostro Cracoviensi ad S. Casimirũ PRP. et
D.L. Die 14 Aug 1795. (+) Fr Petrus Alc. Ref. Mrr Prolis.

Fr Petrus Alcant: Wirzbicki Ords Mnrm S. P. F. Refm: Prvia Sma V. Mariæ Angelorum
in minori Polonia Minister Prvlis & Servus
Adm Andis Andis MVndis Vndisq PP. ac Dilectissimis in Xto Fribus salutem et copiosã benedictionem
Omnibus /: quibuscunq vivimus :/ sæculis, illud semper eloquium Dei verificatur, quod libris Jeremiæ Prophetæ insertum est
Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos de foris, et juvenes de plateis Jerm 9° Ne
mo nostrum ignorat PP. ac FF. in Xto Dilectissimi: quotidie namque cernimus, quam funestæ mortis vincula plurimos ligant
assiduo concidunt cadavera, quorum stratum n̄ aliud, nisi tinea, et operimentum eorum vermes. Contremiscimus, et conturba
mur nimis talia spectantes; et hinc etiam imprimitur cordi nostro, id de quo monemur: tempus præterit, et mors appropin
quat; memor esto, quoniam mors non tardat Ecl. 14. magis tamen affligimur dum videmus oculis, aut audimus auribus
nostris, etiam hos /: quorum vita multum nobis profuit :/ jam jam morte præoccupatos. Et sane licet sciamus de ore Apos
toli, inevitabile esse mortis decretum: quia statutum est hominibus semel mori ad Heb. 6. nihilominus justa nobis adducitur ra
tio afflictionis, cum etiam his temporibus, tales e vivis sublatos esse annuntiamus vobis, quorum propensissimum affec
tum erga Religionem nostram, et munificentissimam manum in beneficijs præstitis non raro agnovimus.
En horum primus Illustris Magnificus Dñs Ignatius Kalinowski Capitaneus Leloviensis Conventus Pinczoviensis
dicus Apostolicus, aliorumq Conventuũ singularissimus Benefactor mortis stipendia solvit. Præstitit hic pie defunctus Be
nefactor ea omnia quæ viventibus adhuc præstanda comemorat Ecclesiastes: Ante mortem benefac amico tuo, et secundum
vires tuas exporrigens da pauperi Ecl. 14. nam nos non tantũ ut amicos hospitio recipere, sed et larga beneficia præstare no
bis, ut pauperibus solenne habuit. Ci ergo p. d. Ill: et Mag. Dño Benefactori vices gratitudinis cum jure merito debeantur
a nobis, hinc sine mora animæ ejusdem præstemus suffragia, quæ et integra tanquam pro Fre injungimus, videlicet
Quilibet Sacerdos celebret tres Missas, Fr Clericus ter Offiũ Def: laicus ter centũ Pater et Ave totidemq requiem æternam
oret, præterea in choro semel Offiũ Def: recitetur, et Missa una cantata fiat
Non absimilis alterius Benefactoris ex hac vita discessum vestræ PP. ac FF. transmittimus notitiæ, et hic est: Perillustris
Rvdus Dñs Laurentius Spiechowski Canonicus Livoniensis Ectæ Parochialis in Krzęcice Curatus, qui adhuc stante vita sua
amaram mortem memoria semper retinens, assiduo in munijs status sacerdotalis, hoc unicum attendebat, quo tem
qua de causa, non tam in transitorijs sollicitus, quam in negotio suæ salutis providus, omnis pietatis thesaurizavit
thesauros, quos in beneficijs nobis præstitis manus ejus deportaverunt, idq ideo, ut per preces nostras, et suffragia ani
mæ suæ requiem, et lucem perpetuam miserante Dño inveniat. Quare dignum est, ut quantocius accurramus votis,
pareamus desiderijs ejusdẽ p. d. Laurentij. Nos vero in hunc finem /: ut obligati sumus :/ similiter ut primo integra tan
pro Fre injungimus suffragia, quilibet Sacerdos missas tres Clericus ter Offiũ Def: laicus ter centũ Pater Ave et Requiẽ, in choro
Def: et Missa una cantet. Præterea quia benefactoribus nunquã satis hinc n̄ solũ ea quæ de ratione debiti, et obligationis
hisce præfatis pie defūcts præstanda injungimus, verũ et ad ea suffragia, ad quæ urget nos ipsa charitas adhortamur

PP. vero Superiores locales receptis hisce literis sine dilatione pro ambobus missas alternatis diebus exponi curent, ita ut una die p. Ignatio altera p. Laurentio absolvant. Valete PP. ac FF. orate Deu. O. Omnipotente quatenus in tanta temporu calamitte subveniat nobis & misericorditer per alios Benefactores. Datu in Conv: Crac: 29 Mensis Aug 1795 Fr Petrus Alc: Mnr Prolis (: loc Sigilli:)

Fr. Petrus Alcan. Wierzbicki Ordns Mnr S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Ssmæ Vs Mariæ Angelorum in minori Polonia Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Vndis Vndisq. Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus salutem et copiosam à Domino Benedictionem.

Ea est Conditionis humanæ optima ratio et illud primum negotium sic temporalem instituere vitam ut etiam mereatur æterna, vita etenim nostra (: juxta effatum Domini:) dies est ad modicum, quâ operari salutem est necesse, antequam veniat nox (: mortis:) quando nemo operari poterit, hac de causa per cuncta bona ac meritoria opera, vigilanti cura pensandus est vitæ nostræ cursus monente Christo Domino; Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam æternam. Joan: 6. Ast in negotio hoc sat urgenti quanta hominum desidia, qui temporalia sectantes, lubrica viarum amplectentes, in fluctibus et procellis malorum constituti (: etiam his deplorandis temporibus:) magis terrena quam cælestia sapiunt, nec percipiunt quæ sunt spiritus, sed ea duntaxat quæ sunt carnis, horum igitur qualem speraverim exurgere messem, certè non aliam nisi desperatam salutem, nisi semina infelicis æternitatis manipulosq. tormentorum, ecce verissimum in effectu promissum quod Xtus predixit Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur Math: 3. et quæ homo seminaverit hæc et metet. Sed contra quam longe feliciores dixerim illos, qui de incertitudine diei mortis convicti cum timore diem judicij presentientes, penes opera justitiæ pietatis et misericordiæ quærunt quidem temporalia sed simul cogitant æterna, dormitare videntur in divitiis, sed cor eorum semper ad Deum vigilat, vivunt in societate hominum in terris, sed declinantes à malo affectu et effectu conversantur in Cœlis, certe tales si dixerim beatos imò securos de æterna Beatitudine, minimè a via veritatis deflecto; quoniam ut ait Apostolus Paulus Gloria honor et pax omni operanti bonum ad Rom: 2. Et ut testatur David Propheta beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis Ejus etenim de fructu operum suorum metent tempore suo vitam æternam. Verum licet hoc jam jam labente sæculo inter tot homines plurimi reperiantur tales quorum depravati mores minimè Eis permittunt cogitare futura, nihilominus dubium non est etiam reperiri illos, qui et dies antiquos cogitant et annos æternos in mente habent. En adest nobis Patres ac Frēs in Christo Dilectissimi Magnificus Dominus nomine Josephus (: similis Ejs quorum vitam Christianam bona opera probant:) qui utique memor consilij Apostolici non solum ut domesticus Fidei cursu temporis vitæ suæ operatur bonum verum etiam latere cupiens suum cognomen bonorum operum testimonium reliquit non suam sed Dei gloriam unicè quærendo. Hic namq. Vir Prænobilis vigilantissime curans salutem animæ suæ memor semper illius eloquii Domini Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum Cœlorum, Math: 7. Et insuper minus fidens suis bonis operibus ad nostra pulsat suspiria ut securius consulat suæ saluti à vobis sibi exposuit suffragiari; Justum itaq. et dignum censuimus hujus Magnifici Domini Benefactoris, vobis Patres ac Frēs Dilectissimi annuntiare desideria utpote affabilis et benemeriti Ordini nostro qui per decursum multorum annorum Conventui Sandomiriensi non rara suæ affabilitatis et munificentiæ prestitit documenta, et Provinciæ nostræ gratiâ suffragiorum in oblatione Eleemosynæ contulit Beneficium.

Quare ut satisfiat desideriis præfati Magnifici Domini Benefactoris injun
gimus Omnibus Locorum Superioribus quatenus receptis hisce Literis cu
rent absolvi Suffragia sequentia: videlicet in unoquoq; Conventu faciant cele
brari Missas cum cantata N. ro 30. pro Finali gratia, Quilibet Frater Clericus tri
bus vicibus recitet devote Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis, Quilibet
Laicus dicat ter centum Pater et Ave & cum gloria Patri &. Insuper in quovis
Conventu recitentur in Choro semel Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis

Hæc est Pres ac Fres in Christo Dilectissimi obligatio nostra succurrere
per Suffragia his, qui nobis benefaciunt, nostram sublevando inopiam jure e
go subveniamus illis (: ut Consulit Isaias Propheta:) quatenus qui nobis in hac
vita præstant misericordiam, ipsi soli in futuro per nostras preces fru
tum adinventionum suarum recipiant. Presentes verò Lite
ras nostras Communitatibus suis lectas et intimatas Prothocollis
ingrossatas Superiores Locales juxta ordinem Cursorie per Fidelem
Laterem transmittant, valete Patres ac Fres in Christo Dilectissimi
nostri Benefactorum, Ecclesiæ quoq; Romanæ et Provinciæ nostræ ne
cessitatum in suis Orationibus memores Datt in Conventu nostro San
domiriensi ad Ædes S. Joseph Sponsi B. V. Mariæ Die 4ta mensis
Febr. Anno Dni 1796.

L. S. Fr. Petrus Alcan Ref. Mnr Prolis mp

Fr Petrus Alc: Wierzbicki Ords Mnr S. P. N. F. Refm: Provinciæ Sæ Vgs Mariæ Angelorũ
in Minori Polonia Mnr Prolis et Servus.

Adm Rndis Rndis Multum Vnrandis Venerandisq PP. ac Dilectissimis in Xto FF. Salutem a Dno
Inter assiduas luctuosorum temporũ mutationes, inter continuas (: adversitates nihil tam speciali dolore
nobis est deplorandũ, quã communis hũe mortalitatis casus, vitæ enim mortisq fluxu inter viventes affir
mare debemus, homines vivere et moriant. et ut brevius complectar: vita nostra sat miserabilis est per
petuus ad mortem cursq; tamen in tam multa et quotidiana mutatione æternos nos esse credimus, nec co
tamus more peregrinantium hic non esse in mundo immorandum, nihilominus tanguam ~~[illegible]~~ nunqu
morituri stamus cum nil magis certius quam mors. Melior est dies mortis die nativitatis dit Ecclesiastes c. 1. et
sane, credidit namq, ut sapiens mortem esse exitum animæ e carcere, finem exilij, laboris consummationem, oneri
depositionem, omnium malorũ consumptionem debiti naturæ solutionem, reditũ in patria, ingressũ in glori
hinc n̄ est cur debeamus mortuos immoderate plorare suadente effato Ecclesiaste: modicũ plora super mortu
et ut fatet S. Aug homo natq est humanæ obnoxius fuit fragilitati durctũ mortis indispensabile evitare n̄ potuit
a qa n̄ dives n̄ pauper aut princeps aut rex se redimere nefagan valet. Itaq PP. ac FF. in Xto Dil: nobis hi
S. Spræ et SS. PP. persuasionibq edoctis nonne continendũ est a gemitibq et planctu sup morte aliena: et si ali
natura tribuerint, et patienter tulerint obitum hnũ, cur ergo et nos n̄ tolerabimq abiit abiit: impossibile han
quæ est contra torrentem niti, sed et difficile est continere a planctu dum inimica semp mors hnũ etiã depascit
eos quos affectu simul et effectu Benefactores et Fautores nostros novimq

Talis Benefactoris et Fautoris nostri Mag Dni Bartholomæi Galli Syndici Apostlici Convtq Glivicensis obit
non sine ingenti animi mœrore significare vobis cogimur: En vobis PP. ac FF. DD virum (: qui et benefaciun
do, et Aliis nostræ favendo omnibq nobis charissimq fuit, amicissimus et addictissimus:) qui egenorũ ino
piam solemne semp sublevare reputans vere Pr Paupũ vocatq, qi vitam cũ officijs Xtianæ rligionis Exptrũ ac vir
tutibq, bonisq opibq excultam tenuit, hunc inquã virũ statuta oibq morte nobis ereptũ, nonne est ratio cur
plangamq? sed certo certiq justũ est debitum gratitudinis pensum erḡe p. d. MD Bartolomæo exhibere.

Hæc igitq de cãa injungimq oibq locorũ supiorbq, ut receptis hisce literis nostris sine mora curent absolvi
Suffragia tanquã pro Fre videlicet in unoqoq Conventu qilibet Sacerdos pro eã p. d. Bartolomæi tres missas celeb
& Laicq Clericq ter Offiũ Def: Laicq 200 Pr et Ave requiem æternã. Præterea in quovis Conventu dicatr Offiũ Def:
comet et Missa ista cantet. Insup gratos nos exhibeamq huic Benefactori vere singularissimo debitisq suffra
gijs etiã fraterna adjungamus qui nobis n̄ solũ beneficijs ꝯ et charitate conjunctq fuit Præsentes aũt literas
Protocollis insertas Communitatibq recomendatas Supiores locales ad viciniores Conventq transmittant Valete PP.
ac FF. DD. S. R. Ecclesiæ Necessitatũ Provinciæ nostri qoq ac Benefactorũ in orationibq memores
Dat in Convtu nro Pinsz Die 1 Ap 1796 L. S. Fr Petrq Alcant Ref Mnr Prolis

Fr Petrus Alcantq Wierzbicki Ords Minor S. P. N. F. Reformator
Proviæ Ssmæ Vgs MARIÆ Angelor in Minori Polonia Minister
Provincialis et Servus.

Admodum Rndis, Rndis, Mndis, Vndisq PPq ac Dilectissimis in
Xto FF. Salutem et Copiosam a Dno Benedictionem.

Quidquid in hoc Sublunari Orbe Mortalium attingit Pupilla; sive dili
genti mente universa Creata revolvat, sive saggaci ingenio queque a DEO, tanquam

a primo Authore condita et ordinata esse perscrutet; fateat /: necesse est :/ illud, de
quo Ecclesiastes Dni perhibet Testimonium; Omnia tempus habent, et suis Spatiis
transeunt universa sub Cælo Eccl: 3. Hac etenim est Bonitatis et Sapientia Dei Ordinatio,
ut Omnia Creata in tempore, licet ea Mundus magna esse ostentet, res ipsa modica sint,
velut umbra transeant, sicut fumus evanescant, veluti fulgur dispareant, et disrumpant;
et hoc ideo; Ne immorati transitoriis, negligamus providere Ea, quæ de munere uniuscujusq Sta=
tus et Conditionis, suis spatiis temporum sunt providenda; Ne omittant Ea, quæ hic et nunc
tam in Negotiis Salutis, quam pro Bono Communi et privato cujusvis sunt agenda; Nam
sicut DEus T. O. M. causas negotiorum instituit, ita illis pertractandis tempus suum
præfixit, ut idem citatus loquit Ecclesiastes: Omni Negotio tempus est, et opportunitas,
tempus inquam aliud nascendi et moriendi, aliud plantandi et evellendi, aliud deniq spar=
gendi et colligendi. Hac ratione quis non raro hominum videt, quanto cum Studio,
ac celeritate a bonis Agricolis sub Authumno colligunt in Vineis Uvæ, in Campo
Manipuli; in Chortis fructus; quia tunc solum Collectionis tempus favet, ne: postea quam
remissiores in colligendis his suo tempore fuerint; contingat illis frustrari privariq
laborum suorum fructibus;

Hanc et Nos PP. ac FF in Xto Dilectissimi vicissitudinem et assiduam
temporum alterationem præ Oculis habentes, omni qua par est diligentia
muneri Nostro invigilare volentes, non aliter, quam suis Spatiis temporum Negotia
pro Bono Pviæ tractanda esse intendimus, prout et in parte adjuvante dextera
DEI tractare jam pro posse curavimus, Visitavimq namq Vineam Nostram
/:scilicet Provinciam:/ quæ ut exculta et fructifera maneat, bona Opera plan=
tanda, et mala evellenda suo tempore et modo /: ut Nostrum erat :/ recommendavimq,
Cum vero ad metam primi Anni Ministeriatus Nostri jam jam properamq, en
statim adest aliud tempus, quo meliori bono uniuscujusq sit providendum; appro=
pinquant dies, quibus gravioris momenti Negotiis, et Necessitatibus Provinciæ sit con=
sulendum; Ne igitur Creditum Regimini Nostro tempus defluat inane; et ne Pro=
vincia in membris suis per Nostram remissionem et incuriam, aliquod patiat de=
trimentum, hac de causa /: obtenta a Rndiss Generali Superiore Nro Honorandissimo
licentia :/ pro capiendis sanioribq Consiliis primam Annuam Congregationem Die
19 Junij Ano Dni 1796. in Conventu Nro Cracoviensi, ut celebrandam DEO fa=
vente duximq, ita et Vobis PP. ac FF in Xto Dilectissimi /: notam esse volentes :/
præsentibq Literis annuntiamq. Quia vero Negotium Nostrum est eligere Su=
periores Locales Vitæ Communis Studiosissimos et Exemplares; secundum Ca=
pacitatem Officiales instituere, et juxta exigentiam Familias collocare; hinc /:
non fidentes Nobis ipsis :/ ad Negotium hoc pertractandum Eos /: quibus de jure
competit :/ ad Conventum Cracoviensem pro Die 16 Junij horis Matutinis cum
Missis humanissime invitamus, et avidissime expectamq, videlicet: RP. Eustachium
Adamowski Custodem Pviæ, ARP. Joachimum Maykiewicz. RP. Felicem Gotz=
kowski. RP. Blasium Chmielewski. RP. Rochum Gralewski Definitores Pviæ,
et RP. Henricum Dzidowski Secretarium Pviæ. Omnibq alijs sub pœna
Apostasiæ inhibemq, ne sub quocunq prætextu, absq expressa Nostra licentia
ad prædictum Conventum accedere præsumant et attendent; sed unusquisq Divinæ
se se committens Voluntati et Ordinationi, qui eius sui dispositionem in loco ex=
pectet, Eamq /: ut Ipsi :/ juxta suave Divinæ Voluntatis placitum contigerit,
humiliter acceptet, Nam Deus per Superiores tanquam per sua Instrumenta, ea
semper ordinare consuevit, quæ sunt ad Salutem uniuscujusq. In hunc finem:
ut Omnis nostra Operatio fiat secundum Dei placitum, Curent Superiores
Locales in suis Conventibq perfici Suffragia consueta duabq ante Congregationem
Hebdomadis. Die autem Congregationis post Primam cantet Missa de Spiritu S.
a quo pendet nostra instructio; Fres vero Clerici et Laici rite Confessi in eadem Mis=
sa devote Communicabunt, suamq Communionem pro felici Successu Pviæ
offerent; ideoq hac die habent liberam Electionem Confessarij, quibq damq faculta=
tem absolvendi ab Omnibq Casibq Nobis reservatis, sed tantum pro hac sola vice.
Omnibq autem Locor Superioribq injungimq, quatenq ad omnia quæsita in Schedis re=
lictis fideliter respondeant, cum subscriptione Discretor, qui tempestive omnes
Officinas, et Inventaria revideant, Regestra Missarum, tum Eleemosynæ perceptæ

Et

et expensæ mature, fideliter et non perfunctorie confrontent. Patres Lecto-
res Studiosorum de profectu et Moribus suorum Studiosorum Conscientiosum penes Schedas trans-
mittant Testimonium. Similiter et PP. Examinatores ac Resolutores Casuum
de Cappacitate et sufficientia Confessariorum. Insuper penes Schedas /: quas pro
Die 16 Junij transmissas Nobis esse volumus :/ Superiores Locales suorum Officiorum
resignationem consignent.

Postquam vero Intimatoriæ Literæ Nostræ ad aliquem Conventum per-
venerint, statim publicent Communitati, Prothocollis ingrossent, et de Conventu
ad alium Conventum, non per qualemcunque, sed per Notrium et Fidelem Lato-
rem transmittant, maxime id observent circa expeditionem Schedarum /: quas
dummodo tempestive de Conventibus expedient :/ Rndi PP. Definitores digna-
bunt secum afferre ne multiplicent Latores. Deniq. Certos esse volumus Supe-
riores Locorum, sive occupantes locum Superiorum Præsidentes, quatenus advenientibus
Obedientijs pro Fratribus post Congregationem, statim Eos expediant de suis
Conventibus ad locum Mansionis, non expectando adventum aliorum ad supplemen-
tum Chori; possunt enim Sex, vel Quatuor Sacerdotes satisfacere Choro;
Fratres vero dispositi ad alios Conventus non morent sine causa per viam, sed
capta quiete iter perficiant, et conferant se ad Conventus designatos. In reli-
quo Valete PP. ac FF. in Xto Dilectissimi S. Matris Ecclesiæ, Necessitatum
Provinciæ, Nostri quoq. ac Benefactorum in suis Orationibus Memores. Datum
in Conventu Nro Cracoviensi ad S. Casimirum P. R. R. P. A. M. D. L. die 10. Maij
Ao Dni 1796.

L. S. Fr. Petrus Alcant. Mnr Prolis. mpp

Fr. Petrus Alc. Wierzbicki Ordinis Mnr S. P. N. Francisci
Reformatorum Ssmæ Virginis Mariæ Angelorum in Minori Po-
lonia Mnstr Prolis et Servus etc.

Admodum Rndis Rndis Multum Vndis Vndisq. Patribus ac Dilectissi-
mis in Xto Fratribus Salutem et Copiosam à Dno Benedictionem

Postquam Deo Favente Annuam Congregationem pro Communi Bono Pro-
vinciæ proque omnium Vestrum utilitate continuaverimus PP. ac FFres
in Christo Dilectissimi Non aliter quam voce Paterna Vos per Iesum Christum
Filios genitos alloquimur Verbis Apostoli Pauli Ut quieti sitis cum omnibus et in omnibus
pacem habentes et ut honeste ambuletis Nullius aliquid desideretis et state in Do-
mino Charissimi ad Philip: 4. Nihil etenim magis tempore Consiliorum Nostrorum
intendebamus nihil enixius Curavimus quam ut et Conventibus Vobisque singulis
per mutationem Locorum, Superiorum, Officiorumque prospiciatur. quinimo hoc uni-
ce ad Calcem deducere sategimus quod Unumquemque Vestrum quietum pacificum sua
sorte contentum reddat Penes hanc itaq. Mutationem obsecro Vos in Domino cum
præfato Apostolo Reformamini in novitate sensus Vestri probate quæ sit voluntas
Dei proicite opera tenebrarum et induimini arma lucis ut digne ambuletis Vocatione
qua vocati estis cum omni humilitate et mansvetudine supportantes invicem in Cha-
ritate Solliciti semper servare Unitatem Spiritus in vinculo pacis abstineatis ab
omni murmuratione detractione quæ Vitam Religiosam non solum maculant sed et da-
mnationem certam tanquam vitia pestifera /: teste S. Augustino :/ accelerant. Perpendite
sæpius PP. ac FFres Dilectissimi Verba Lanspergii Ascetæ dicentis: Non ideo nos
esse Religiosos quia tonsuram et habitum gestamus quia nudis pedibus incedimus sed
tunc veros vos esse Religiosos arbitramini quando ea quæ Religiosæ Professionis sunt
ad amussim ab omnibus perficiuntur Vivimus /: dicit ille :/ his temporibus quibus perit

Religionis honor et ipsa Religio parumq abest hodie apud nonnullos ut monachum non re=
censeant inter Christianos Nec minor est hodie monastici nominis ignominia et persecutio
quam fuit olim gloria Contemnuntur illuduntur et bono nomine a Secularibus etiam probatæ
vitæ Religiosi spoliantur Verum tanta Calamitas et persecutio unde quæso venit? Certe
non aliunde nisi a Deo permittente a Quo plurimi (: labefactantes suam Religionem dissonis
moribus :) recesserunt et frigescente in dies Charitate jam jam videntur extingui penitus ordines
Religiosorum En adest ratio PP. ac FFres Dilectissimi cur ad vos præsentes dirigamus Lite=
ras Noscimus namq quanta sit humanæ fragilitatis miseria quæ semper nititur in
vetitum suaq blandiciis imperfectioni fingit persæpe laborem in Præcepto quæ pestifera
labes cum e Cordibus Religiosorum procul exulare debeat Superiores Religionum Continua
solicitudine tenentur invigilare utque Subditi in suo rigore et vigore conerescant ideo salu=
bres et moribus regulandis idoneas Ordinationes ut sanciant est necesse Nos autem hac
in parte novis Vos non oneramus Ordinationibus sed antiquas in memoriam revocamus.
1mo Cum Compertum sit multos præsertim ex Junioribus in Vita Spirituali deficere ideo
serio præcipitur PPbus Vicariis quatenus suo officio ac obligationi sibi imposita sedulo
attendant (: illosque Juniores qui spectant ad eorum Curam :) in moribus Ceremoniis Virtu=
tibusq practicandis instruant idque non in motu passionis aut importuni Zeli ast potius
in lenitate et discretione Spiritus eandem Spiritualem doctrinam suo bono exemplo Com=
probando 2do Quoniam nonnulli ex Patribus Confessariis in Resolvendis Casibus et
Examinibus reperti sunt minus idonei ad excipiendas Confessiones ideo præsentibus
oneramus Conscientias singulorum quatenus crebro legant Morales Theologos ex qui=
bus capiant scientiam suo muneri debitam. Monent etiam hoc loco Patres nonnulli ut
tremendum Missæ Sacrificium quam exactissime ac devotissime celebrent non vero
tam festinanter prout aliquos comperimus minus devotos Meminerint tales quia
ad tremendum subeundum Judicium sufficit unum Sacrificium perfunctorie celebratum
3tio Quia Recollectionum Octiduanarum finis est laudatissimus disponens Religio=
sas animas ad deploranda mala perpetrata ad Bona stabilienda et unionem cum Deo
hinc (: ut ab omnibus cum fructu hoc Opus Octiduanum perficiatur præsertim a Ju=
nioribus qui hujus triplicis Viæ ignari parum vel nihil ex Recollectionibus proficiunt
imo quandoque pejores evadunt :) VV. Definitorium statuit quatenus FF. Studiosi Gram=
matices Rhetorices et Philosophiæ simul cum PPbus Lectoribus Recollectiones Octi=
duanas absolvant et tunc cessabunt a Lectione Scholastica sed in Locum hujus
PPres Lectores suppeditabunt eis Lectiones Spirituales ubi vero sunt Conventus
Seminariorum uti in Conventu Grammatices et Rhetorices in his PP. Professores
Mysticæ huic muneri satisfacient 4to Renovatur et recommendatur antiqua præ=
xis Ordinarii Cæremonialis ut omnes PP. et FFres in Choro ad illa verba (: Cujus vel
Quorum Festum Colimus :) terram deosculentur Pariter recommendatur ut Defuncto
Patre vel Fratre in aliquo Conventu pulsentur Campanæ tribus Diebus in aliis
autem Conventibus pulsentur Campanæ semel tantum ad primam notitiam
5to Ad reprimendam Audaciam Apostatarum revocatur in memoriam Ordinatio
facta in Congregatione Pinczoviensi Anno Dni 1787. in qua decisum est ut omnis
qui apostataverit privetur suis suffragiis post mortem 6to Recommendatur Patribus
Localibus Superioribus quatenus semper attendant et invigilent FFbus Laicis ut
præsentes in Conventibus occupentur aliquibus Laboritiis in Culina, Sartoria, vel
Horto cum vero ex Forensia redeunt sciscitetur a Sociis an aliquod Crimen Ebrietatis Con=
tentionis aut alicujus Scandali non admiserint? Et si quandoque invenerint tales
pænis in statutis Contentis eos puniant. In reliquo PPres ac FFres in Christo Dilectissimi
Hæc vobis scribuntur leguntur et recommendantur non ideo ut abeant in desvetudinem
et Contemptum sed ut observentur Agite ergo quæ sunt Professionis vestræ servite Domino
in timore Operamini vestram salutem cum tremore et Deus pacis erit vobiscum
Præsentes vero Literas Communitatibus Lectas et recommendatas Prothocollis ingrossa=
tas Superiores Locales ad Conventus Viciniores via Cursoria transmittant Valete
PPres ac FFres Dilectissimi Necessitatum Ecclesiæ, Provinciæ, Nostriquoque ac Benefa=
ctorum in Orationibus memores Datt. in Conventu Cracoviensi ad S. Casimirum P.R.P.
et M.D.L. Die 1ma Mensis Augusti Anno Domini 1796.

(L.S.) Fr. Petrus Alc. Minister Provincialis
mpp.

Fr Petrus Alcantara Wierzbicki Ordinis Minor S. P. N. Francisci Reftae Provinciae Sanctae Virginis MARIAE Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Admodum Rdis. Rdis Multum Venerandis Vdisq Patribus, ac Dilectissimis in Xto Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem.

Plurima accepta beneficia unico gratitudinis actu, nunquam exsolvi posse, nemo est qui ignoret. PP. ac FFres Dilectissimi. Justitia namq convenit suam cuiq beneficio reddere gratiam. Proinde, sicut in Benefactoribus tam amplam nobis benefaciendi cernimus propensionem, ut in quolibet indigentia casu nostram continuo satagant ditare inopiam: ita in testimonium devincti erga Eos animi nostri Beneficiis Eor correspondentia debemus praestare documenta, Ut comprobemus opere quod iis simus addicti corde. Quod si Benefactoribus Viris taliter nos obstrictos profiteri cogimur, multo magis carne hac mortali exutis: ut potè quorum Omnibus expletis misericordiae operibus, sola tantum extremae remunerationis merces sufficere videtur, si ex inscrutabili Dei judicio adhuc ab ea retardari existant.

Ad hoc Beneficium animabus piè decedentium Benefactorum quantocius exhibendum compellere nos debet PP. ac FFres Dilectissimi ipsorummet nostrum hac in parte Negotium. Nam quanto enixius, his afflictis ex corde subvenimus. tanto melius prospicimus futuro suffragio nostro. "Quoties enim. Teste S. Bernardino Sene. Serm. 15. facimus aliquod bonum opus pro Anima Justi: toties nobis prosumus. Sicut ex adverso: Qui in hac vita bene sibi meritos Defunctos oblivioni dant, alienos se a fructu Suffragiorum omnium credere dbnt. et si multa pro eis fiant, Divina ulciscente Justitia hujusmodi duritiem Cordis atque incuriam." inquit Cajetanus Cardinalis. A qua clade ferienti immemores acceptorum beneficiorum, ut nos eliberet Pater misericordiae Dominus, sicut exoptat. ita multum sibi facit, quando animas Electorum suorum piis exercitiis liberamus a paenis, in quibus exigente justitia eas detinere cogitur." inquit Dyonisius Carthusianus.

Haec serio perpendens atq sciens judicia Dei abyssum multam p. m. Magnificus Dominus Bartholomaeus Galli Sindicus olim Apostolicus Conventus nostri Glivicensis: /: cui debita jure merito iam persolvimus Suffragia :/ licet ob vitam bonis operibus plenam, et actibus heroicis exornatam examinans Conscientiam suam cum Divo Paulo intrepide dicere poterat. "Nihil mihi conscius sum. nihilominus subjungere debuit. Sed non in hoc justificatus sum. et hoc non alia de causa, nisi quam idem Apostolus subjungit dicens. Qui enim judicat me Dominus est." Vixit enim licet Justus, tamen homo inter homines. Qui prout inquit S. Gregorius l. 18. Mor. "quamdiu in hac corruptibili Carne mortaliter vivunt, sancti omnino esse non possunt. Et quamvis ex magna sanctitate resplendeant, nequaquam tamen puram a peccatorum sordibus conscientiam habent," Joanne attestante qui ait: "Si dixerimus quoniam peccatum non habemus nosipsos seducimus et veritas in nobis non est." /: volens autem mediante Dilecto Filio suo :/ et sibi prospicere per alterum Suffragium, et nobis prodesse per novum meritum, ad nostra se se supplex contulit praesidia: animamq suam a justissimo Judice sorti inevitabili commendandam nostris precibus et devotis suspiriis /: tanquam fortissimae tutelae :/ conjicere desiderans iterum sibi suffragari petiit.

Ut itaq iustis hisce desideriis satisfiat injungimus locorum Superioribus, quatenus pro anima p. m. Benefactoris praefati in suis Conventibus curent absolvi suffragia integra. Nempe quilibet Sacerdos absolvat tres Missas. Quilibet Fr. Clericus recitet 3bus vicibus Officium Defunctorum. Quilibet Fr. Laicus dicat ter centum Pr. et Ave totidemq aeternam requiem. Etc. In choro absolvatur Officium Defunctorum ac Missa votiva de Requiem cantetur. Praesentes vero Literas, Communitatibus intimatas et Protocollis ingrossatas ad viciniorem Conventum transmittant. Valete Ptres ac FFres in Xto Dilectissimi Necessitatum Caetera. Provinciae. Nostri quoq et Benefactorum in suis. orationibus memores.

Datum in Conventu nostro Piliciensi. ad Edes Ssmi Nominis Jesu d. 28. 8bris 1796.

Fr Petrus Alcan. Wierbicki Mr Prlis [illegible]

Fr. Petrus Alcantara Wierzbicki Ordns Minor S. P. N. Francisci Refor. Provcil Ssmæ Vgnis Mariæ Angelor. Mnstr Prolis & Servus.

Admodum Reverendis Rndis Multum Vndris Vndisq Erbq ac Dilectissimis Fratribus Salutem & copiosam á Dnô Benedictionem.

In lugubri hac tempore vicissitudine nihil magis exposcimus a Præpotenti Deo nihil magis desideramus a Vobis, quam ut PPres & Fres in Xto Dilectissimi sitis parati ad plene subiiciendum se Divinæ Ordinationi in quocunq eventu. Speramus equidem confisos in Domino tam resoluti esse animi quod sive prospera sive etiam adversa nuntientur vobis, æque ac libenti animo ea de manu Domini suscepturi estis. Ea enim est supremi rerum Moderatoris voluntas, ut sicut bona de manu illius læti suscipimus: ita adversa tristes non reformidemus. Omnes namq[ue] fortunæ vicissitudines ex Ejus imperio eveniunt, cujus supmæ Potestati, ut in omnibus obtemperare necesse ita resistere nefas est. Hæc menti vestræ intime sculpta perpendentes: Utrumq Vobis ad initium Currentis Anni denuntiamus nempe Unum dum ut Dulcissimum Nomen JEsu resonet semper in Cordibus vestris eaq superfluenti gratiar suar repleat abundantia intime precamur: adhortamur unumquemq Vestrum ut stetis vocatione Vestra qua vocati estis juxta effatum Divi Pauli ad Ephi: 4. non deficientes omni bono & gaudium vestrum in spiritu plenum esse velitis. Hoc etenim Augustissimum Nomen non alios dicat cælestibq bonis nisi eos quos novit constanter perseverantes in opere Dei. Servite itaq in timore. Sperate in ipso. Estote memores mandator. Sponsi, ac eos quæ libere spopondistis. Estote fortes in sustinendis adversis. Super omnia autem hæc prout admonet Paulus ad Coll. 3. Charitatem habete & Deus Pacis erit vobiscum gaudiumq vestrum nemo tollet a vobis. Alterum mæstum vobis nuntium deferre cogimur scilicet Certiores vos reddendo de obitu Illustrissimi ac Rndissimi Domini Josephi Sotyke Canonici Cathedralis Plocensis olim Syndici Conventus nostri Stopnicensis Benefactoris nobis Addictissimi. Qui sciens se de numero mortalium, quor conditio hæc est, quod quam primum vivere incipiunt, indigitant omnibus certitudinem inevitabilis mortis, a qua nemo liber extitit, nisi ille qui nondum cæpit vivere testante Regio Psalte. Quis est homo qui vivet & non videbit mortem. Certus de hac Lege communi, qua prout inquit Paulus ad Hebr. 6. Statututum est hnibq semel mori agnovit illam stringere quemlibet Hnum. Æque enim mors regiam de trono excellentiam ac miserabilem vitam hnis villici tollit. Moritur dives æque ac pauper. Senator ac plebeius. Sapiens ac indoctus Justus atq iniustus. Hinc licet in domo Senatoria educatus & conversatus, eandem tamen minime supposuit manentem sibi Civitatem, ast aliam continuo inquirebat nempe Dei. Incertus de Die mortis de rebus transitoriis nihil solicitus negotio tantum salutis intentus totus Deo famulari sategit nihil mundo totus mercibus æternis comparandis allaboravit nihil transitoriis. Erat enim Vir ille laudatus simplex rectus & humilis æqueq omnibus charus & affabilis. Non mundanæ scientiæ innixus verbis, ast superna Sapientiæ ductus impulsu, ex quibus fallax mundus plurimum detestatur strenue repudiabat & soli Deo placere studuit. Et ideo placita Deo erat Anima illius propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum de medio iniquitatum Sap. 4. Cum itaq p. d. Rndissimus e vivis iam sit sublatus, solus ille amor quo erga nos vivus ferebat

vivus ferebatur clamat ad nos ut animæ ejus piis nostris ad Deum suspiriis su[...]ramus. Exposcunt id a nobis tam per Illum tum per Illmum Epi Parentem ex[...]ora Beneficia Nobis Præstita. Exposcat deniq hæc voluntas merentis amantissimi Patris post mortem unici dilecti Filii sui in quo sumit toto vitæ Ejus decursu expertus erga se Amorem reverentialem ita eundem Illi hoc ulti[...] Beneficio compensare Studet Animæ nempe per nos Ejus suffragari emse cupiens.

Fundamus itaq Preces. Pres ac Fres in Xto Dilectissimi pro Anima Illustrissimi Josephi tantis obstricti obligationibus, prout etiam Sa[...]tibus injungimus ut in unoquoq Conventu sine dilatione absolvantur pro illo Suffragia integra tanquam pro Fre. Videlicet quilibet Sacerdos tres Missas celebret. Quilibet Fr Clericus ter Officium Defunctorum Fres vero Laici ter Centum Pater et Ave totidemq Requiem æterna[...] recitent. In Choro dicatur Officium Defunctorum, et cantetur Missa Votiva de Requiem. his injunctis exhortamur Vos Pres ac Fres. Dilectissimi ad amplum charitatis suffragia pro anima p. d. Benefactoris. Præsentes vero Literæ lectæ et communitatibus recomendatæ atq Protocollis ingrossatæ ad viciniorem Conventum sine mora per Ordinem Cursoriæ transmittantur. Valete Pres ac Fres in Xto Jesu Dilectissimi Nostri Benefactorum præsertim Illustrissimi Dni Mathiæ Soltyk Syndici Proviæ Nostræ Generalis Protectoris ac Benefactoris nostri Amplissimi nec non Necessitatum Proviæ et Ecclesiæ in suis Orationibus memores. Datum in Conventu Stopnicensi ad Ædes Sæ Magdalenæ Pœnitentis. Die 2. Januar. Anno Dni 1798.

Fr. Petrus Alcan. Refor. Mnr Prlis

Fr. Petrus Alc. Wierzbicki Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformatorum Proviæ Bmæ Virginis Mariæ Angelorum Mnstr Prvlis et Servus.

Admodum Rndis Rndis Multum Vnrdis Vnrdisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

Quod inter varias vicissitudines rerum Animos nostros justo afficit mœrore de die in diem occulis inspicientium occurrere solet RR. ac Fratres in Xto Dilectissimi. In angustia hac temporum positi certe optare deberemus augeri numerum eorum qui nostræ inopiæ succurrerent. suppeditarent paupertati necessaria. Et ecce Divina disponente Voluntate de medio mortalium cernimus tolli Eos quorum animos erga nos novimus propensos quorum in elargiendis nobis Beneficiis experti sumus munificam manum. Quod minime esse debet mirum nobis viventibus Omnes namque sumus homines efformati Quasi flos agri qui prout inquit Job 14. egreditur et Conteritur et fugit velut umbra adeoque sicut cum initio vitæ suscipimus inevitabile Decretum mortis ita in eodem statu nunquam permanere possumus, sed post aliquam moram vitæ temporalis sive tardius aut Citius attingimus illum scopum Ubi constituta est Domus omni viventi Job 30. nemo enim teste S. Ambrosio exceptum se putare debet a Conditione moriendi qui non fuit exceptus a Conditione nascendi nam sicut Unus est introitus omnibus ad Vitam et similis exitus juxta Sap. 7mo ita non alio modo debemus sperare nos cessuros de vita hac mortali nisi quemadmodum videmus alios dereliquisse eam. Mortalitas quippe in naturam nostram semel per peccatum ingressa obnoxium sibi facit omnem Vitæ nostræ diem ita ut non prius incipiat augeri ætas nostra quam minui Et si aliquid additur spatii temporalis non ad hoc accedit ut maneat sed in hoc transit ut pereat prout inquit S. Ambrosius. Cum igitur in nobismet ipsis habeamus responsum mortis et aliunde certi simus de æterna Retributione singulis vitæ nostræ momentis facere id debemus

quo aliquid saluti nostræ conveniens operemur atque per bona opera prospiciamus felici Consummationi nostræ Cujus Certitudinem a nobis Deus non alio fine abscondit nisi ut dum incertus est finis semper soliciti simus expectantes illum et timentes ne imparatis superveniat inquit Theophylactus Paratos itaque nos esse convenit ad Adventum Domini et vigilare semper ut cum venerit et pulsaverit confestim Ei aperiamus juxta salubre monitum D. Chrysostomi Paratus esto quotidie et mortem expecta illum qui tuam repetet animam Effatum hoc æternæ Veritatis impressum memoriæ gerens in decursu vitæ suæ Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Alexander Trebinski Infulatus Zamoscensis Archi-Diaconus Ecclesiarum Collegiatæ Lublinensis Benefactor noster Vir de Ecclesia bene meritus Nam flagrans semper Zelo propandæ Religionis plurimas exhausit opes suas tum in extruendis Ecclesiis ampliandisque eorum Proventibus tum in promovendo Cultu Divino et sublevanda Pauperum inopia aliis quoque operibus piis exercendis serio incumbens curavit frui ita bonis transitoriis ut non amitteret æterna. Perpendens vero arctam viam fusis etiam aliorum precibus patefacere intendit atque nostris confisus Orationibus tempestive animæ suæ modo primum ad vesperam vitæ ex hoc ergastulo Carnis eliberatæ per nos suffragari petiit. Quapropter justis Ejus annuendo desideriis in Unoquoque Conventu nostræ Curæ subjecto injungimus pro anima p. d. Alexandri Suffragia integra tanquam pro Fratre Videlicet in Choro absolvatur Officium Defunctorum et Cantetur Missa Votiva de Requiem Quilibet Sacerdos tres Missas celebret Quilibet Fr. Clericus ter Officium Defunctorum FFres vero Laici ter Centum Pater et Ave totidemque Requiem æternam recitent. Præsentes autem Literas Communitatibus lectas et recommendatas Protocollis ingrossatas Superiores Locales ad Conventus viciniores Viâ Cursoria transmittant Valete PPres ac FFres in Xto Dilectissimi necessitatum Ecclesiæ Provinciæ nostri quoque ac Benefactorum in suis Orationibus memores Datt in Conventu nostro Lublinensi ad Ædes S. Casimiri Patroni Regni et M. D. L. Die 24 Januarii Anno Domini 1797.

Fr. Petrus Alc. Refr. Mnstr Prolis.

Fr. Petrus Alcant. Wierzbicki Ordinis Mnrum S. P. N. Fr. Reformtorum Provinciæ SSmæ Vrgnis Angelorum Mnstr Provincialis et Servus.

Admodum Rndis Rndis Multum Vnrdis Vnrdisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus salutem et copiosam a Domino Benedictionem

Communis humanæ mortalitatis casus quo frequentiori aures nostras concutit sonitu PPres ac FFres in Xto Dilectissimi eo acriore animum nostrum replet amaritudine. Inter frequentem namque jacturam Alumnorum Provinciæ Nostræ quam sine justo dolore sustinere haud valemus novum Nuntium recepimus de simili fato alienorum. Certi etenim facti sumus de obitu A. R. P. Laurentii Karniewski Prvæ Prussiæ Patris Emeritissimi atque non sine interno animi mœrore hunc eventum illico auribus Vestris intimamus. Non aliud prætendentes nisi ut quemadmodum Ei in alma Provincia nostra Comissario ac Visitatori Generali pro labore gratitudinem olim spopondimus ita nunc eandem Illi Die 24. Decembris 1796. e vivis sublato demonstremus. Ille quippe sua affabilitate et Paterno amore in Visitanda Provincia nostra affectum Omnium nostrum sibi conciliare studuit nos hunc aliter Ei contestari atque compensare non valemus quam per absoluta pro Anima Ejus suffragia a VV. Definitorio Illi appromissa in Capitulo Solecensi Anno Domini 1783. celebrato. Ut autem huic justo oneri respondere prout fas est possimus injungimus pro anima p. d. Patris suffragia integra videlicet Quilibet Sacerdos celebret tres Missas Quilibet Fr. Clericus ter Officium Defunctorum Fratres vero Laici ter Centum Pater et Ave totidemque Requiem æternam recitent Insuper in Quolibet Conventu in Choro absolvatur Officium Defunctorum et Cantetur Missa Votiva de Requiem. Præsentes vero Literas Communitatibus lectas et Recommendatas Protocolisque ingrossatas Superiores Locales ad Conventus viciniores via Cursoria transmittant Valete PP. ac FFres in Xto Jesu Dilectissimi necessitatum Ecclesiæ Provinciæ nostri quoque ac Benefactorum in suis Orationibus memores Datt. in Conventu nostro Solecensi ad Ædes S. Stanislai Eppi et Martyris Die 9na Februarii 1797.

Fr. Petrus Alc. Ref. Mnr Prolis mpp

Fr. Petrus Alc. Wierzbicki Ordnis Mnrum S. P. N. Fran. Reformtorum ~~Provinciæ~~ SSmæ Virginis Mariæ Angelorum Mnstr Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis Rndis Multum Venerandis Venerandisque Pbus ac Dilectissimis in Xto Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

Ab initio suscepti (: quo fungimur :) officii Pastoralis in nullo magis desudat solicitudo nostra nullum aliud bonum expectat indefessa vigilantia nullo alio continuus labor expetit coronari præmio.

PPres ac Fratres in Christo Jesu Dilectissimi nisi ut penes manutenentiam Reformatæ Observantiæ
amplietur Major Gloria Dei in singulis nostræ Curæ subjectis vera conservetur tranquilitas pacis ac Rectorum
justis satisfiat desideriis. Equidem Supremus omnium Moderator Gregi nobis commisso ita nos voluit præesse ut
hisce salutaribus mediis desuper traditis nostros subditos dirigamus ad metam Beatitudinis æternæ consequen-
dam. A qua si aliquos ex iisdem reppererit tremendus hic Judex nostra ex incuria aberrantes et suæ Vocationis
primordia vota negligentes indubitanter utique sanguinem eorum de manibus nostris sit requisiturus. Hæc nos
serio mente revolventes quæ alia in Ministerio nostro præfigere ac desiderare possimus quam ea quæ bono Com-
muni sint proficua et unicuique saluberrima. Cum igitur demandatum sit nobis sic præesse ut simul curre-
mus prodesse non quærentes quæ sua sunt sed quæ Jesu Xti eaque cedant in augmentum Gloriæ Ejus simusque
constituti a Domino super Vineam Ejus ut vigilemus ne in ea aliquid mali eveniat ast cuncta prosperentur bona
juxta illud Jerem. 1. C. Ecce Constitui te super Gentem ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et ædifices et
plantes. Cum sit proinde muneri nostro in Vinea hac nobis Concredita evellere et destruere sique irrepserint
noxia disperdere et dissipare si qui succreverint tribuli et spinæ vitiorum ædificare et plantare stabile firma-
mentum Virtutum ac Regularis Observantiæ. Et licet his perficiendis auxiliante gratia Dei dederimus ope-
ram per decursum anni in nostris Canonicis Visitationibus Ubi non destitimus hanc selectam Vineam Xti
excolere qua par erat sedulitate omnes et singulos adhortando ad capiendum bravium virtutis bonos confir-
mando in arrepto profectu Vitæ Religiosæ refocillando nutantes deficientes admonendo juxta monitum Apo-
stoli Pauli Attendite vobis et Universo Gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei Quia ta-
men occurrunt Circumstantiæ quam plures /: in hac vel maxime ad præsens calamitosa temporum vicissitu-
dine :/ brevi etiam temporis intervallo res bene in ante constitutas immutantes: Hæ idcirco urgent nos ad
omni meliori modo providendum integritati publicæ ut quæ sint negotia majoris momenti discutiantur ple-
nius et quæ ardua Prudentum Virorum lance expendantur securius. Ad quæ pertractanda quia brevi immi-
net tempus juxta præscriptum Legum nostrarum Ubi unicuique tenemur de optimis prospicere votis
et quod æquum ac justum est rependere. Itaque obtenta licentia a Reverendissimo Comissario Generali
præsentibus intimamus vobis PP. ac Fres Dilectissimi annuam secundam Congregationem celebrandam
in Conventu nostro Pinczoviensi Die 25. Mensis Junii anni Currentis 1797. Pro qua Congregatione
uti in eum finem specialiter electos boni Consilii arbitros pro Die 23. Ejusdem mensis humanissime invitamus
et salutandos expectamus videlicet A. R. Prem Joachimum Maykiewicz Provinciæ Patrem et Admum Definitorem
R. P. Eustachium Adamowski Custodem Vocalem RR. PPres Felicem Gołębiowski Blasium Chmielowski
Rochum Gralewski Definitores Provinciæ et R. Prem Henricum Dzidowski Secretarium Actuarium
Provinciæ. Cæteris quibusvis sine expressa licentia a nobis obtenta sub pœna Apostasiæ aditum ad
prænominatum Conventum inhibendo. Cum vero hoc negotium non solum nos attinet qui illud Con-
dide expedire tenemur ast et vos respicit qui vestras expectationes prospere adimpleri cupitis: non
tantum nos in Illo pertractando ad Justitiæ Leges attendere debemus sed et vos vestram felicem sortem
non in illis collocare tenemini quæ prætendit voluntas propria ast quæ concernunt bravium Supernæ Voca-
tionis. Quilibet igitur memor suæ Professionis placide conformet suum velle Altissimæ Providentiæ quæ di-
sponente salutaria cuique fient cuncta desideria. Ex quo autem in re tanti momenti Non sumus sufficientes
cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis prout inquit Apostolus Paulus 2da ad Corinth: 3. sed sufficientia nostra
ex Deo est Recurramus omnes ad Deum Largitorem omnium bonorum ut per Spiritum suum Divinissimum
omnes actus nostros et aspirando præveniat et adjuvando prosequatur prout ipsemet appromisit Prov. 3tio
Habe fiduciam in Domino ex toto Corde tuo et ne innitaris Prudentiæ tuæ in omnibus viis tuis cogita Illum et
Ipse diriget gressus tuos Ut sic ex nostra futura Ordinatione Consequamini pacem quæ exsuperat omnem
sensum. Quare in hunc finem juxta præscriptum nostrorum Statutorum in quolibet Conventu injungimus
consueta suffragia pro felici Successu Congregationis Ipso vero die designato Congregationi post Primam decantetur
Missa Votiva solemnis de Spiritu Sancto in qua FF. Clerici et Laici ad eandem Intentionem Communicabunt
prius Confessi alicui Confessario alias pro Religiosis approbato sicque quibusvis electis absolvendi a Re-
servatis pro hac sola vice damus facultatem Patres etiam eadem die Celebraturi in Missis privatis di-
cant Collectam de Spiritu Sancto. Injungimus quoque Locorum Superioribus ut post revisa diligenter per
Discretos Conventuum requisita officinarum ad singula Interrogatoria Schedarum distincte et fideliter
respondeant cum specificatione quæ tempore illorum Regiminis nova accesserunt. Remanentes vero
Eleemosynas in seorsivis Foliis a Discretis Conventuum subscriptas in Cella Patrum Guardianorum
relinquant. Testimonium etiam de Celebratione Missarum a Patribus ac alterum a FFbus Clericis et Laicis
quod obligationi precum suarum pro Defunctis ex Cursoria et Statutis satisfecerint ab iisdem singulariter
subscriptum transmittant simul cum Conscientiosis Testimoniis Illorum qui ea obligantur alicui dare.
Tandem præcipimus iisdem Superioribus ut Missas post subscriptas Schedas tam accessorias quam abso-
lutas ac Eleemosynam oblatam fideliter notent eaque omnia exequi curent quæ Leges et laudabiles Consti-
tutiones præscribunt. Hasque nostras Literas Communitatibus lectas et recommendatas Protocollis
ingrossatas per fidelem Latorem ad viciniorem Conventum via Cursoria transmittant. In reliquo
PPres ac FFres in Xto Jesu Dilectissimi pro felici Statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac Capite Ejus visibi-
li pro Communi Concordia et Pace pro bono Provinciæ pro nobis quoque ac Benefactoribus nostris
Deum exorate et valete in Domino Datt. in Conventu Nostro Stopnicensi ad Ædes Sæ Magdalenæ
Pœnitentis D. 16 Maji 1797.

Fr. Petrus Al. [illegible] Ref. Minist. Prvlis.

Fr Petrus Alcant. Wierzbicki Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformator.
Provinciæ Ssmæ Virginis Mariæ Angelor. Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis Rndis Multum Venerandis Undiq. Patribus ac Dilectissimis
in Christo Fratribus. Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem.

Rite jam peracta pro Anno currenti nova Dispositione, collatisq. Vobis per Familias et
Domos atq. tum pro exigentia boni Provinciæ tum pro capacitate et merito unius
cujusq. sive gravioris lev
iorisq. oneris, sive alterius cujusq. Officii humeris vestris im-
posita sorte PPres ac FFres Dilectissimi. Illud imprimis Animum nostrum, mentem
exagitat: ut omnes Vos Regimini nostro subjecti stabili firmaq. pace tam interna
quam externa quæ exsuperat omnem sensum fruamini. Quamq. Spiritus Divinissimus
per Os Prophetæ nos solum inquirere sed etiam persequi imperat Quamobrem obsecra-
mus Vos cum Paulo Apostolo. Fratres per Nomen Domini nostri Jesu Christi
ut idipsum

ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis Schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu 1. Cor. 1. Pater siquidem Misericordiae Dominus cum elegerit vos de mundo et vocaverit in partem ministerii sui profecto sine hac perfecta unione animorum minime poteritis ambulare vocatione qua vocati estis ad Eph. 4to. Hanc autem amicam pacem omnibus plurimum exoptandam quisquis Vestrum Desiderat, attendat non solum serio exequendis illis quae ipsi praecepta sunt hac enim adimplentibus Deus appromisit uberrimam pacem juxta illud Isaiae 48. Utinam attendisses mandata mea facta fuisset sicut flumen Pax tua! Ast insuper sedulo operetur justitiam nam ut inquit S. Augustinus Justitia et pax amant se invicem, ut qui fecerit justitiam invenerit pacem, At quemadmodum in exequenda justitia perficitur voluntas Patris coelestis ita postpositis semitis ejus procul dubio haec suprema moderatrix rerum Pax enim vera est. Teste S. Leone a Dei voluntate non dividi et in his quae sunt solius Dei delectari et ultra superaddit idem S. Doctor Quando sensualitas nulla parte resistit voluntati et voluntas nulla parte contradicit rationi tunc est serenitas mentis, tunc est in homine Regnum Dei. Pro conservanda intra vos hanc tranquillitate pacis nuper celebrata Congregatione nos vestris votis prout in Domino nobis visum est satisfacere studuimus ut omnes sua sorte contenti eo liberius vacetis Dei servitio quo abstractiores ab omnibus turbinum fluctibus positos se se videritis. Vos etiam eandem voluntatem supremi Numinis omnia sapienter disponentis circa vos agnoscere tenemini minime attendentes hac de re dictamina proprii Judicii. In omni enim re relinquendum est quod nostrum est. Relinque te ait Thomas a Kempis et frueris interna pace, Ad quam obtinendam idem met Asceta tradens infallibiles modos dicit. Stude Fili alterius potius facere voluntatem quam tuam Elige semper minus quam plures habere Quaere semper inferiorem locum et omnibus subesse, Opta semper et ora ut voluntas Dei integra semper in te fiat, sine enim plena in Dei voluntatem resignatione frustratur spes effectu obtinendae pacis. Oportet igitur ait S. Augustinus Nos in eumque affectum quandoque transire, ut quomodo Deus omnia voluit esse propter semet ipsum sic nos quoque nec nos ipsos nec aliud aliquid vel fuisse vel esse velimus nisi quoque propter Ipsum ob solam videlicet ipsius voluntatem non nostram voluptatem. Huic tam salubri Doctrinae SS. Patrum inhaerentes certo certius veram et securam Pacem possidebitis.

Hinc quae ad pacem sunt Vobis Patres ac Fratres in Christo Jesu Dilectissimi operae pretium duximus commonere vos verbis Apostoli ne in vacuum gratiam Dei accipiatis ac propterea seria revolvite mente amplissima Divinae largitatis vobis praestita Beneficia. Perpendite mirifice ejus charitatis ac gratiae documenta quibus in dies replemini... Admiramini effusam in vos superabundanter hisce etiam calamitatis temporibus altissimam Providentiam quae Vos et caeteros quoque sibi famulantibus indesinenter nutrit, fovet, ac protegit. Et vel his permoti excitate corda vestra viresque reassumite ad serviendum Deo ter optimo maximo atque ad Ejus Sanctum Nomen die noctuque fervido affectu ac pleno Orbis jubilo in Psalmis et Canticis benedicendum ad quod utique omni jure tenemini Memores etiam vocationis Vestrae prompti sitis in adimplendis iis ad quae vos stringit Lex puritas quoque et Observantia Regulae professae in conscientia obligat... Prae caeteris mittet inter vos amor Fraternitatis Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi ad Gal. 6to.

Prae aliis tamen adhortamur in Domino Locorum Superiores quorum vel maxime interest attendere Observantiae Sanctae ut muneri suo et Officio curent pro Viribus suis quam par est satisfacere, Sibi commissos Verbo et exemplo alliciant ad bonum prosequendum ab omni vero malo evitando absterreant oportuna commonitione aut correptione. Nec permittant sibi subjectos vanis divagationibus occupari ast potius hic sint intenti quae concernunt Statum uniuscujusque Religiosi.. Nec etiam sint faciles in dispensanda Psalmodia Diurna praesertim nocturna, Eosdem in Domino admonemus. Non item nimis solicitam gerant curam et congestionem rerum temporalium ast magis auscultent illud Oraculum aeternae Veritatis Quaerite primo Regnum Dei et Justitiam Ejus et haec omnia adjicientur vobis. Math. 33... Pres quoque Vicarii cum ex vi muneris sui teneantur attendere regulari disciplinae, ac Superiores suos juvare in promovenda observantia, hinc serio praemonemus eosdem ut in Divino Officio persolvendo curent omnino servari ab omnibus praescriptum ordinarii; Tr. Fres quoque Clericos animadvertant tum quo ad Ceremonias Ecclesiasticas rite peragendas, tum quo ad munditiem

Ecclesiae

Ecclea, ac silentium prescriptis temporibus stricte servandum--- Patres etiam Lectores
hortamur in Domino ut sedulam navent operam in extradendis juxta prescriptum Elenchum
suis lectionibus scholasticaq exertitia adq eos obligant statuta minime intermittant.
Invigilentq serio ut Juvenes Religiosi ipsos cura concrediti tam in moribus vitae Reli
giosae quam in profectu scholastico proficiant. A Patribus quoq Praedicatoribus
desideramus talia eloquia, qualia ipsemet S. Noster Patriarcha ab ipsis in Regula
tradita requirit atq in Domino eosdem obsecramus ut quod Populis praedicare intendu
hoc ipsum studeant bono exemplo comprobare juxta monitum Doctoris Angelici dicentis. Qui
habent Officium praedicandi praeparent se prius complendo opere quod dicturi sunt ore. Cum
tandem ex testimoniis in congregatione datis appareat nonnullos ex Patribus Confessari
minus fore idoneos ad probe dirigendas Conscientias Paenitentium ob defectum scientiae
debitae: Proinde serio illis praecipimus eorumq Conscientias in his oneramus quatenus
sedulius incumbant Lectioni probatiorum Authorum a qua nec Pres Officiis occupati exi
mi possunt quinimo etiam ad resolutionem Casuum obligantur. Deniq Fres Laici ne
otio torpescant, sintq profecui bono Conventuum ac exemplares praesertim in Forensi
revocatur in memoriam superioribus localibus et Patribus Vicariis Ordinatio circa
in antefacta et toties repetita. Haec itaq sunt quae Vobis Pres et Fres in Christo Dile
ctissimi praesentibus non ut nova aliqua ast iam prius multoties tradita Legibus quoq
firmata ac observata memoriae vestrae ad exequendum reimprimus quibus aliisq adim
pletis Pax vera inter vos conversabitur et Deus ut Auctor Pacis in omni angustia
et pressura consolabitur vos certo sperate. Quae tandem juxta nobis visa sunt
hisce literis annectimus et Vobis intimamus. Et quidem Unum est Quia cum Vene
rabile Definitorium mature perpenderit probitatem vitae, merita et indefessos labores
MVP Ambrosii Koniczewski pro amplianda gloria Dei salute animar et honore Religionis
susceptos hinc justo titulo adjudicavit eum posse gaudere privilegio Emeriturae Patrum
ac proinde praefatum MVP. ut Emeritum in Provincia Nostra declaramus. Alterum est in
quo debitum gratitudinis p. d. Dno Joanni Czech exolvere tenemur. Qui plus quam Annis
viginti varia obsequia in negotiis Provinciae exhibens, pro iisq habens in Congregatione
Sandomiriensi Die 22. Julii Anno Dni 1792 appromissa post mortem ipsius quaedam
Suffragia quae nunc nobis extant adimplenda: Ideoq iniungimus ut in Unoquoq Conventu
pro Anima praefati Joannis Unum Officium Defunctor in Choro persolvatur et una Missa
Votiva decantetur. Praeterea Fres Clerici semel Officium Defunctor. Fres vero Laici
Centum Pater et Ave totidemq Requiem Aeternam recitent. 3tium Deniq est pia
nempe ac justa petitio Magnificae Dominae Catharinae Grajewska Benefactricis no
strae quae ad aeternam suspirans Beatitudinem nostris confisa Orationibus pro gratia
finali ipsi in agone mortis impetranda tempestive sibi providere per nostra desiderat
Suffragia Cujus salutaribus votis libenter annuendo sequentia designamus in Uno
quoq Conventu absolvenda Suffragia scilicet in Choro recitentur Psalmi Paenitentiales
cum Litanijs et Consvetis orationibus Quilibet Sacerdos absolvet tres Missas, et inde
per in quovis Conventu cantetur una Missa pro impetranda finali gratia ejq Bene
factrici. Fres Clerici dicant tres Psalmos Paenitentiales cum Litaniis et Fres Laici
ter Centum Pater et Ave cum toties Gloria Patri recitent.

Quae omnia et singula his literis exarata Superiores Locales curent Communitatibus
suis perlegi recommendari et Protocollis ingrossari, atq per fidelem Nuntium ad Vici
niorem Conventum Praesentes Via Cursoria transmitti.

Valete PPres et FFres in Christo JESU Dilectissimi pro Pace Ecclae Catholicae
pro Visibili Ejus Capite pro Nobisquoq ac Benefactoribus Nostris Deum exorate

Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri RR. P. P. et M. D.

Die 1.ma Aug. Anno 1797mo.

Fr Petrus Alcan. Rff. Mar Prlis.
m.p.

Fr Petrus Al. Wirbicki Ordinis Minorum S. P. N. Franc. Reformatorum Provinciæ
Smæ Virginis Mariæ Angelorum Minister Provincialis et Servus.
Admodum Reverendis Rndis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in
Xto Fratribus Salutem et copiosam a Domino benedictionem.
Inter cætera virtutum insignia, hoc præstantissimum Misericordiæ opus recenseri debet, quo
succurritur solutis a lege carnis, qui sibi ipsis de necessariis nullatenus providere possunt
PPres ac FFres in Christo Jesu Dilectissimi, Hi enim degentes extra statum Viæ suis propriis
et pœnis exquisitis nihil sibi promereri valent; sed totum contractum debitum usq ad extre-
mum unguem expiare debent. Ex his tamen piacularibus flammis facile liberari queunt
piis operibus Viventium, qui ideo cum vita destitutis communicant, ut Illis debitæ Charita-
tis congruentia exhibeant documenta Et licet in præstando salutari hoc juvamine Defun-
ctis non nullæ rationes nos prepedire videantur minime tamen Cordis Nostri inconcus-
sam duritiem excusant. In quocunq enim fueris loco inquit Joannes Gierson et quacunque
premaris paupertate haurire potes et trahere ex Cordis tui puteo puram aquam, et mun-
dam, ut extinguas ignem, qui in Purgatorio tuos adurit Amicos.
Hoc eximium Charitatis opus secum perpendens natu major Tobias, inter nutantis etiam for-
tunæ sortes svadere Filio suo non dubitavit, ut demortuis peropportunum subministraret sub-
sidium, dicens Tob: 4to Panem tuum et Vinum tuum super sepulturam justi constitue." si
autem ipsa pietatis ratio viro huic timenti Deum tantum ergà Defunctos inspiravit amorem
quod minime sibi obligatos operibus misericordiæ adjuvare contendit: Duce hac ex parte of-
ferre tenentur illi, qui ad persolvendum tale debitum obligationis alicujus Jure constringuntur
Sola etenim propensio Cordis. erga Theodosium cum tanta sollicitudine afficerit animum Divi
Ambrosij, ut / quemadmodum de se ipso testatur / hunc Imperatorem e vivis sublatum pro-
sequeretur usq ad regionem Vivorum; nec deserendum putaret, donec precibus et flectu indu-
ceret Virum quo eum sua merita vocarent. Quidni obstricti debito Justitiæ erga Mortuos
ad hoc mere non exemptos se se existimare audebunt Quapropter cum Divo Bernardo dicendum
cuiq venit Surgam in adjutorium Illis interpellabo gemitibus, implorabo suspirijs, orationibus
intercedam, satisfaciam Sacrificio singulari; si forte videat Dominus, et judicet et laborem
convertat. in requiem, miseriam in Gloriam, Verbera in Coronam. His enim et hujusmodi
Officijs potest eorum miseria relevari, finiri labor, destrui pœna. Hac sollicitudine erga
suos commilitones usus est Judas Machabeus tali prosecutus est pietatis ardore, quos bello
absumptos: "Considerabat cum pietate dormitionem accepisse et optimam habere reposità
gratiam." Nam cum solus implicatus varijs bellis, distractus pluribus negotiis pro iisdem
misericordem Dominum ejusmodi operibus placare haud valeret:" Facta collatione prout
habetur 2di Machab: 2. Duodecem Millia drachmas Argenti misit Jerosolimam Offeri pro pec-
catis Mortuorum sacrificium bene et religiose de Resurrectione cogitans. Simili pietatis af-
fectu erga suos Motus, quidam Insignis adq addictissimus Benefactor noster / Non minus ex
hoc comendandus, quod suum cognomen ocultum esse desideravit: Qui sciens non solum suis
propinquis se esse obligatum, Ast insuper considerans omne, quod Defunctis causâ pietatis im-
penditur, in nostrum meritum transmutari pro ut inquit Sanctus Bernardus Nam Animæ
ereptæ de Purgatorio, dum adsunt Cœlesti gaudio quod dicit Richardus a S. Victore mirô modô
interpellant exorando pro his qui eis subvenerint in hoc sæculo. Nec contentus jam antefactis
piis Operibus, quæ pro iisdem ex hac angustia eliberandis liberaliter impendit; ad nostra se con-
tulit suffragia exorans, quatenus pro ejusdem Parentibus et charissima consorte supplices
ad Omnipotentem Deum effundamus preces, ut eorum Animas / si Justitiæ Divinæ nondum
satisfecerunt / dignetur quanto citiûs Beatæ Visionis suæ consortes efficere.
Ut Ergo tam piis desiderijs prout par est respondeamus pro Animabus Alexandri Catha-
rinæ, et Marianne Injungimus sequentia suffragia sine dilatione absolwenda. Vide-
licet in unoquoq Conventu 1mo Absolwantur Missæ 30. Ac præterea Officium Defunctorum
persolvatur ad Tumbam expositam cum una Missa Votiva Cantata. 2do Quilibet Cleri-
cus dicat ter Officium Defunctorum FF Vero Laici ter Centum Pater et Ave totidemq Re-
quiem æternam recitent 3o Ad Intentionem autem præfati Benefactoris Nostri Micha-
elis tribus diebus exponatur Memento.
Has tandem literas Nostras Encicticas Comonitatibus lectas, et recommendatas atq pro-
tocollis ingrossatas Superiores Locales Via cursoriæ transmittant sine Mora ad conven-
tum viciniorem
Valete PPres ac FFres. in Christo Jesu dilectissimi, Nostri Benefactorum Necessitatum
Ecclesiæ in suis Orationibus Memores Datt. in Conventu Nostro Casimiriensi ad
Ædes B. V. Mariæ Salutatæ ab Angelo D. 14. Januarij Anno Domini 1798.

Fr. Petrus Al. Ref. Mnr Provincialis
mp

Fr. Christophorus Dobrakowski Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformator. Provinciæ Smæ Virginis Mariæ Angelorum Sæ Theologiæ Lector. Ex Minister, ac Ejusdem Commissarius ac Visitator Generalis ac in Domino Servus.

Admodum Reverendis Rndis, Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christi Visceribus Fratribus salutem et Copiosam in Domino Benedictionem.

Non miremini Patres ac Fratres in Visceribus Xti Dilectissimi quod præter expectationem multor. Frater vester. Filius unicus Ejusdemq almæ Matris Provinciæ Smæ Virginis Mariæ Angelor. sistam inter vos Commissarius ac Visitator Generalis. Verum quia quod simile novitati in Provincia Prussiæ sub Generalatu p.m. Reverendissimi Patris Paschalis a Varisco, Anno Dni 1749no emersæ Pater Provinciæ de nostra Provincia serio obstitit, rescriptumq ab eodem Reverendissimo habuit id amplius non futurum iri, et nisi jam res cæpta esset illico per me rescinderetur. Verum itidem quod consvetudo a Nostra Provincia quæ habet firmæ vim legis obsistere nitatur: Interim vicissitudo tempor. his prævalet dans primam economiæ locum, et maxime quod non perditetur de suo ultimo fine delegata commissio ac Visitatio. In varia vicissitudine temporum amplexus Rndissimus Pater Hilarius de Monte magno Universæ Cismontanæ Familiæ Commissarius Generalis Visitator ac Reformator Apostolicus, Superior noster Colendissimus Me aliunde immeritum vestris tamen appretiantibus affectibus Adm Rndi Reverendi Patres Provinciæ comendatum in Commissarium ac Visitatorem Generalem delegit, quod munus dicat honorificum ita horrendum humillime recusassem, nisi me ad id suscipiendum Sæ Obedientiæ Meritum, Amor Almæ Provinciæ, Ipsiusq Commune Bonum, Vestraq Admodum Rndi Reverendi Patres Provinciæ, fraterna erga me affectio compulissent, sperans me per vos toto tractu hujus Jurisdictionis piis orationibus ac sanis consiliis juvandum. Ingredior ergo visitaturus hanc Almam Provinciam, quam gloriosi coram Deo et Hominibus primi Reformatores, primum in Polonia Minori fundarunt. Cumq constantissima tolerantia De Regno pulsionum, persecutionum, incitationum, infamationum ac omnis ferme generis (: illatar. sibi injuriarum: (ita ut de ipsis poterat dici illud ad Hebr. Cap 11. v 36. et seq. Ludibria et verbera experti insuper et vincula, et carceres tentati sunt. .. egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in Montibus et Speluncis et in Cavernis terræ) stabiliverant et firmarant, ac sanctis Legibus, Statutis tanqam muro inexpugnabili vallarunt. Hæc est Alma Provincia. Cui Deus Miserationum Deus totius consolationis, pulsis tandem procul caliginosis tempestatibus ex toto benedixit, crescere ac propagari, ne vix ab uno usq ad Alterum, Cardinem Poloniæ fecit.

Nam Primo

nem Imo in Provinciam Majoris Poloniæ, hanc in Provinciam Prussiæ, Deto in Provinciam Roxolanam, Hanc Demum in Custodiam Helmensem dividi concessit, et sic Hæc Alma Provincia fæcundissima Mater, sed non infirmata cum sui magna jucunditate conspicit Filias et Neptes. Hæc alma Provincia Mater vere fæcunda, fæcunda erga Cœlum, fæcunda erga Sanctam Ecclesiam. Cœlo plurimos Martyres in odium Fidei a Cosacis Tartaris Hæreticis crudeliter necatos transmisit, Ecclesiæ Sanctæ plurimos peperit, ac hucusq parturit Theologos oretenus scriptisq Dogmata Fidei contra Hæreticos propugnantes, Missionarios Apostolicos, qui partim Paganis, partim Schismaticis, partim Hæreticis, annuntiarunt et hucusq annuntiant Evangelium Xti, Peccatoribus autem Pœnitentiam in remissionem peccator. Hæc Alma Provincia ab ortu sui usq ad Nostra tempora claros ac zelosos Sanctæ Ecclesiæ Subministrabat et subministrat Ecclesiastes et Prædicatores qui Verbo et exemplo lumina ad revelationem Gentium et populos cernuntur. Hæc alma Provinciæ nervum primævæ Reformationis semper tenuit ac vastam tectamq regularem Observantiam conservavit, quam perbelle perspectam habentes Reges, Principissæ Regiæ, Sacri Romani Imperii Principes, Marchiones Senatores, Status Ministri, Primiq Proceres Regni Poloniæ, Eam in Sinu suo paterno jucunde fovebant, in adversis potenter tuebantur, vel periclitantem de avulsione Conventuum /: ut Nostris temporibus evenit :/ etiam coram extraneis Monarchis, instantiis efficacissimis vindicabant, Unde quæso tot plenos Monasteriis cum Commoditatibus Pauperi statui nostro convenientibus erecta! Unde tot Ecclesias cum omni Decore fundatas conspicimus Unde tot celsissimæ Illustrissimæ Familiæ etiam post Mortem noluerunt avelli a Fratribus hujus Almæ Provinciæ, sed illa in ipsdem Ecclesiis conspeliri, per Testamenta ultimæ suæ Voluntatis decreverunt, Hincq in hac Alma Provincia Sepulchra suor Majorum in Ecclesiis Nostris condere ceperunt, unde inquam? Ecce Amor in cordibus eor erga Nos ex visa perspecta et probata Sancta Reformationis stricta Observantia conceptus id evicit. Hæc bona hujus Almæ Provinciæ Fama non contenta limitibus Poloniæ, pervasit etiam Regna Hispaniæ, Murciæ enim sub tempus Comitior Generalium Ordinis /: ut Nobis narraverunt Patres Nostri :/ celebrabat. Nihilominus ex Officio nobis incumbente lustrabimus hanc Almam Provinciam, perspectum volentes habere an in nitore primævæ puræ Reformationis conservet, an videlicet Præcepta Dei, jurataq Deo Vota secundum Declarationes pro Reformatione Summor Pontificum conserventur! cæteraq omnia et singula adminicula ad id conducentia exacte serventur. Contestamur autem coram Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi qd secundum obsequentiam Sanctæ Regulæ ac Statutorum volumus reipsa vobis demonstrari, ut Servus Pater et Patronus Servus, etenim stetimus inter Vos et volumus omnibus ministrare non ministrari, tantamq per omnia familiaritatem circa Vos habere ut dicere possitis Nobis et facere sicut Domini servis suis. Pater pandentes Vobis viscera plena amoris benignitatis et affabilitatis, et sicut præsentibus Os nostrum patet ad Vos ita et Cor nostrum /: credite :/ dilatatum erga Vos, unde omnium ad Nos confidenter recurrentium necessitatibus, indigentiis, desideriisq pro viribus conabimur ex corde succurrere. Patronus equidem mœstos, si qui forte inventi fuerint

inventi fuerint efficaciter volumus consolari, innocentium partes tueri, gravatos de quibus neq reor protegere ac vindicare. Verbo ita volumus omnibus vobis exhiberi, ut possimus omnium Vestrum pro semper Nobis Seraphicam Charitatem demereri; Hanc Charitatem circa deponenda in futuris Deo dante Canonicis Conventuum Visitationibus essixe commendamus. Cautum autem volumus haberi ne quae alias de Jure coram Visitatore Generali praeterito vel Visitatore Ordinario celata ob intentum suum particulare, quo frustrati praetextu non habitae confidentiae ac fiducia audent illa deferre ne ea unquam deponantur, tales enim deverissime arguerentur, et irremissibiliter tanquam Conspiratores statutariis punirentur poenis. Deponenda fiant non ex livore odio aut passione, talibus enim Deus offenderetur, conscientia propria gravaretur, fraterna charitas laederetur, ac damnum nobis ac Omnibus perpetraretur, sed ex Amore Dei, sanctae observantiae et boni communis procedant. Jam autem correcta et emendata denuo deponere interdicimus, talia enim vel vindictam vel in corde latentem spirant livorem. Ut autem sub tempus nostrae Visitationis omnes praesentes in Conventibus inveniamus, Imprimis virtute praesentis Jurisdictionis nostrae quascunq ab inferiori Jurisdictione obedientiales literas sive facultates oretenus aut in scriptis datas ac nondum executioni demandatas revocamus, cassamus irritamus, annullamus, ac exnunc revocatas, cassatas, irritas, et annulatas declaramus.

Deinde firmiter Injungimus Superioribus localibus, aut in absentia eorum Patribus Vicariis, ne ullo modo aut praetextu, quoscunq suarum Communitatum Patres ac Fratres patiantur abesse, immo si qui absunt, hos indispensabiliter ad suos Conventus redire et revocare faciant, ne forsan in Necessitatibus et indigentiis aut Desideriis justis nobis exponendis inde impediantur. Obligamus autem Admdum Rndum Patrem Rndos Multosq Venerandos Patres Locales Superiores quatenus hasce Literas nostram Jurisdictionem alias jam in Conventu Cracoviensi fundatam patefacientes in plena Communitate, promulgare notificare ut moris est faciant, Protocollo Conventus inserant et ad Viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoria a foris annotatum sine mora et omnino per consulto conductum emissarium (: ne retardari contingat :) remittant. Valete in Domino Patres ac Fratres in Visceribus Xti Dilectissimi memores in piis vestris Orationibus Nostri, ut hoc munus et Officium ad M.D.G. Almae Provinciae Commune Bonum et Vestrum agam et peragam. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad S. Casimirum. Die 15 Aprilis Anno Domini 1789.

Fr Christophorus Retz
Comissarius Generalis
mp

Fr. Christophorus Dobrakowski Ordinis Minorum Sti Patris Nostri Francisci Reformatorum Provinciæ Ssmæ Virginis Mariæ Angelorum Sacræ Theologiæ Lector Ex Minister ac Ejusdem Commissarius Visitator Generalis et Servus in Domino.

Admodum Reverendis Reverendis Multum venerandis Venerandisq Patribus ac dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem à Domino et Copiosam benedictionem.

Benedictus Deus et Pater Domini Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis 2da Ad Corinth: C: 1 Vsu: 3tio Qui consolatus est nos in Canonica Visitatione Fratrum hujus Almæ Provinciæ Equidem Omnes quos visitavimus, invenimus eos, quos Deus benedixit in omni benedictione spirituali in Cœlestibus in Christo ad Ephe: Cap: 1. Vers: 3. Hujus benedictionis Spiritualis tessera et sigillum est observantia Legis Divinæ et Sanctæ Regulæ sine Me nihil potestis facere Joannis Cap: 15 Ver: 5to quam ubiq invenimus. Invenimus observari illud Maximum et primum præceptum Dei Math: 22 Cap: Ver: 36: Diliges Dominum Deum tuum ex toto Corde tuo et in tota Anima tua et in tota Mente. Secundum autem simile est huic Diliges Proximum tuum sicut te ipsum. Invenimus Charitatem erga Deum, tum in tenerrimo Dei Cultu, tum in Psalmodijs diu Noctuq rite et pervide persolvi solitis, tum ex tremendis Missæ Sacrificijs devotius Celebratis, tum ex assidua frequentatione pro meditationibus cum Deo unitivis, Recollectionibus quotidianis nitorem Conscientiæ conservantibus. Reperimus Charitatem erga proximos, tum in zelose excitando peccatoribus ad pœnitentiam in remissionem peccatorum, tum in excipiendis Confessionibus Sacramentalibus confluentis identidem populi ad Nostras Ecclesias vel etiam Parochiales ad quas sæpius Patres Nostri invitantur, Invenimus mutuam invicem fraternam charitatem, unde prisca videbantur Nobis Apostolorum redijsse tempora, Multitudinis autem credentium erat Cor unum et Anima una Actor Cap. 4 Vers: 32. Schismata autem, scissiones, dissensiones penetus extincta, unde per omnia servata illa Divi Pauli Ima ad Corinth: Cap: 1. Vers. 10 Exhortatio: Obsecro autem vos Fratres per Nomen Domini Jesu Christi, ut in idipsum dicatis omnes, et non sint in Vobis Schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem Sententia. Conspeximus erga infirmos, valetudinarios, debiles ingenuam charitatem, commiserationem ac compassionem in Superioribus Localibus, in Fratribus Infirmarijs cæterisq Patribus et Fratribus. Primi enim succurrunt ex animo toto in omnibus necessitatibus tam Animæ quam Corporis. Secundi servant de integro Ssmi Patriarchæ præceptum, unde ita serviunt infirmis, sicut vellent sibi serviri, Cæteri devotis et salutaribus monitis, Colloquijs piisq ad Deum suspirijs et orationibus alleviant infirmitates eorum. Devenimus servari Vota Deo jurata Obedientiæ altissimæ Paupertatis et Castitatis Votum Obedientiæ promptæ prævenientis etiam præcepta Superiorum Egoq uti pro Christis et amorem et debitam reverentiam exhiberi Votum Paupertatis altissimæ solis necessarijs contentæ superflua autem curiosa, rara, cara abominantis, recursum ad pecuniam execrantis Votum Castitatis, etiam minimam umbram suspicionis fugientis. Devenimus scandala per omnia inter Sæculares nequaquam fieri, Imo ipsi Nos auribus Nostris percepimus Fratres hujus Almæ Provinciæ testimonium habere bonum ab ijs qui foris sunt adinstar quod habetur Ad Thim: Cap. 3 Vsu 7. In Comperto habuimus Decreta Sacro Sancti Concilij Tridentini Clementis VIII. et Urbani VIII. pro Reformatione et legi et observari Item Declarationes Nicolaj III. Clementis VIII. Super Regulam Nostram emanatas, Statuta Generalia pro Reformatis Provincialia, Ordinationes Ceremoniales manuteneri. Et hæc sunt in quibus consolatus est nos Deus Ter optimus Maximus, Deus totius consolationis, utinam et amplius /: Vobis Patres ac Fratres in Christo Visceribus Dilectissimi apud eum interpellantibus: / Nos consoletur in proxime futuro Capitulo, ubi pro Meritis in Provincia positis ex Justitia distributiva præmia reddentur Utinam consoletur nos in Illo solemnissimo Actu Inaugurationis ac Electionis Ministri Provincialis, Viri vitæ integritate, Morum Candore in rebus agendis dexteritate ac prudentia, Strictioris Observantiæ Zelo instructi et commendati et Similis Venerabilis Definitorij hujus Almæ Provinciæ. Utinam consoletur nos in Illo principalissimo actu: Qui est jurata sponsio augendæ Majoris Gloriæ Dei, Manutenendæ Sanctæ Strictioris Observantiæ. Est Diadema Decoris accessivi Almæ Matri Provinciæ Est Nostri Commissariatus Generalis pretiosum brasium. Est Fidei Nobis a Reverendissimo Superiore Colendissimo commissæ, et per Nos immeritos servatæ tessera ac obsignatio Est deniq repositio Nobis Coronæ apud Justum Judicem in illum diem. Nunc autem stando Apostolicis et Ordinis Constitutionibus, obtenta et præ manibus habita à Reverendissimo Patre Hilario de Monte Magno Universæ Cismontanæ Familiæ Commissario Generali Superiore Nostro Colendissimo Licencia Celebrandi Capitulum, illud instituere decrevimus pro illoq celebrando Conventum Pincroviensem ad Ssmam Virginem Mariam Visitantem Elizabeth. Diem autem 25tam Mensis Junij præfigimus ac determinamus Ad prædictum Ergo Conventum Capitularem Omnes de Jure Vocandos invitamus videlicet Adm Rdu Patrem Petrum Alcantara Wirzbicki Ministrum Provincialem Adm R.P. Joachimum Maykiewicz Primum Definitorem Patrem Provinciæ Rdu Patrem Eustahium Adamowski Custodem Vocalem R.P. Felicem Gołębiowski Rdu Pem Blasium Chmielowski Rdu Patrem Rochum Gralewski Definitores actuales Provinciæ Quorum Præsentiam sicut etiam Rdi Patris Henrici Dzidowski Exdefinitoris

Scr:

Secretarij Provinciæ Die 21 De Mane impense prestolamur Jam Autem Ad Reverendum Reverendos, Multumq Venerandos Guardianos pro die 23. Mensis prædicti de Mane Affectuosissime invitamus quos Obsecramus in Domino ut secundum tenorem Statutorum iter omnino pedester associati peragant, nisi Manifesta necessitas (suo tempore nobis manifestanda) Aliter cogat, et eo casu quantum fieri poterit, currus cum equis in loco paulo remotiori à Conventu capitulari relinquatur. Cæteri autem quibus jura de negant pro illo tunc adeundi Conventum Capitularem, adire ne præsumant alias noverint se incursuros pœnam apostasiæ a Nobis irremissibiliter infligendam exceptis tamen Illis quibus ob rationes urgentes simulq fundatas de expressa nostra licentia in scriptis data concedetur. Ne vero Conventus Almæ Provinciæ post abscessum P.trum Guardianorum Ordinarijs superioribus Localibus destituantur, Præsidentes Illorum præsentibus instituimus MVV Patres Vicarios pronunc existentes, nisi aliter à nobis ob graviora motiva aut rationes Legales determinatum fuerit, Hos vero sic institutos ut veros ac Legitimos Superiores Locales Fratres omnes recognoscant, Illis obediant ac reverentiam exhibeant Iis Autem Præsidentibus districte præcipimus ut Sacras Communitates sibi concreditas in omni charitate, pace, tranquillitate, Paterna benevolentia (Penes tamen Zelum Sæ Observantiæ) Gubernent. et regant. Monemus illos serio ne elemosinas dilapident, ne de Conventibus sine probata necessitate excurrant, sed die Noctuq Laudibus Divinis ac bono Regimini invigilent. Commendamus Patribus Guardianis Vocalibus ut præprimis secundum obloquentiam Constitutionis Innocentij XII Nuper a Congregatione ac statutorum Ordinis ferant secum Testimonium Authenticum de Celebratione Missarum. Item testimonium juratum Fratrum Clericorum de Absolutis Officijs Defunctorum tum ex statutis tum pro Patribus et Fratribus demortuis tum ex cursorijs pro Benefactoribus Mortuis injunctis, vel alijs precibus pro Vivis Benefactoribus assignatis. Simile testimonium Fratrum Laicorum de recitatis precibus pro omnibus iisdem ut supra Hortamur etiam MVP.P. Lectores Sacræ Thliæ item Phiæ et Alterius Cujuscunq Scientiæ ut suis Scholasticis dent non affetata sed fidelia de capacitate testimonia Ut autem brevi futurum Capitulum feliciter succedat, enixe Patres ac Fratres in Christi Visceribus Dilectissimi exorate Deum ter optimum Maximum ut Patrum Vocalium Corda quæ in Manu Ejus sunt dirigat, Mentes Illuminet et in omnem inducat veritatem, eo fine præcipimus ut Consveta Suffragia in Omnibus Conventibus hebdomadis duabus ante Capitulum peragantur, ipsa vero die Capituli Missa Solemnis de Spiritu Sancto post Primam decantetur, In qua Omnes Fratres Clerici et Laici Communicabunt Omnibus Autem Patribus ac Fratribus Conceditur libera Electio Confessarij modo pro fratribus aprobati. Cui pro hac sola vice facultatem damus ab omnibus Casibus in Nostra Religione reservatis Patres Vero singuli in Missis celebrandis Collectam de spiritu Sancto superaddant Ut autem hæ Nostræ vocatoriæ Literæ omnibus innotescant Obligamus Superiores Locales ut receptas in plena Communitate legi faciant, Protocolo ingrossent, et ad Viciniorem Conventum secundum ordinem cursoriæ a foris annotatum, omnino perconsulto conductum emissarium transmittant Valete in Domino Patres ac Fratres in Christi visceribus Dilectissimi, memores in pijs vestris orationibus. Sctæ Romanæ Ecclesiæ, Summi Pontificis Nec non Nostri ac Benefactorum Datum Soleij ad Sanctum Stanislaum Episcopum et Martyrem Die 23 Mensis Maij Anno Domini 1798vo

Fr. Christophorus Reformatus.
Commissarius ac Visitator Generalis.
mpp

Frater Eustachius Adamowski Ordinis Minorum S. P. N. Fci Refor-
matorum, Provinciae Sanctissimae Virginis Mariae Angelorum Mini-
ster Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisquè
Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et copiosam a Domino
Benedictionem.

Quae iam Vobis Patres ac Fratres in Christo IESU Dilectissimi perbelle nota sunt,
de iisdem Vos praesentibus Literis Pastoralibus certiores reddimus. Innuper celebrato
Pinczoviae Capitulo Die 25. Junii ad Aedes Bsmae Vs. Mariae visitantis S. Elisabeth, ubi
congregavit Nos Deus in Spiritu S. omnes de Iure vocandos. Ego minimus Omnium
Vestrum Frater, non meis meritis, nec praetensione ulla, ut pote ex me ineptus ad omnia,
aut solo singulari affectu Congregatorum Patrum Vocalium, electus sum Minister huius
Almae Provinciae Nostrae. Benedicite igitur mecum Deum Coeli, et coram omnibus viventi-
bus confitemini Ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Quia vere meminit Congrega-
tionis Nostrae Marianae, quam sicut ab initio fundationis eius possedit, defendit, multisque
suis Gratiis et Benedictionibus magnificavit, ita eandem hucusque non cessat a malis
liberare, et bonis omnibus replere. Etenim ubi ad praesens totus penè Mundus in turbi-
ne bellorum ac inquietudine existit. Nostram Provinciam in optabili pace conservat, pul-
sisquè ab ea intestinis odiis, et praetensionibus ambitiosis, omnia negotia Capituli No-
stri, concernentia Bonum Publicum Provinciae, in suavi charitate et plena concordia
peragi concessit. Ubi plurimi rebelles Subditi Legitimis suis Potestatibus subdi retractant,
iugumquè Obedientiae debitae seditiosè excutiunt. Mihi in Superiorem Provinciae Electo
Omnes praesentes Adm. Rndi, Rndi, Multumque Venerandi Patres Vocales, cum admi-
randa humilitate nomine Omnium Vestrum Obedientiam promptè reddiderunt. Quorum
Dignitatem, praeclara merita, virtutesque eximias mente revolvens, rubore suffusus attonitô
haerebam animô. Ubi Status Spiritualis patitur inimicas mundi persecutiones, variaque
incommoda malorum hominum, Nostrum pusillum Gregem sub tutela Smae Vs. Mariae
Angelorum manentem, Deus et Pater Misericordiarum ab hisce infortuniis misericor-
dissime praeservat. Imo gaudere nos facit protectione, gratiosis exemptionibus, multisquè
Favoribus Supremarum Potestatum Civilium Nobis dominantium. Ubi aliae Familiae Reli-
giosorum gravi cum dolore ingemiscunt super notabili decrescentia et minuitione sui ob
modernorum temporum maestas vicissitudines. Nostra Provincia et si iam dispartita non
pridem, favente tamen Gratia Dei, adhuc in se sufficienter subsistit, utcunque crescit
et multiplicatur. Ubi deniquè his calamitosis temporibus plurimi ne dum de plebe, sed
et de Statibus Bona possidentibus premuntur miseriis, angustiis, et indigentiis. Nos ex
Professione Sancta licet nihil habentes, nec possidentes, attamen speciali Providentiâ Divi-
nâ congrue sustentamur, occurentibusque necessitatibus nostris opportunè subveniri, mi-
rante ipsô mundô, experimur. Attendite haec Patres ac Fratres Dilectissimi, et conicite:
Quid Dominus Deus noster pro tam mirabilibus Beneficiis Nostrae Provinciae indesi-
nenter collatis petit a Nobis? Non ne ut timeamus Dominum Deum Nostrum, et am-
bulemus in viis Eius, et diligamus Eum, et serviamus Ei in toto corde nostro, et custodiamus
Mandat Eius? Ita sanè: Conservat Nos Deus in pace interna et externa, ut de manu ini-
micorum nostrorum liberati, serviamus Illi in sanctitate et iustitia, his praesertim no-
vissimis diebus, in quibus homines increduli, nullam profitentes Religionem, Deo Vero
contumaciter renuunt servire. Custodit et fovet Deus pusillam Provinciam nostram,
ut et nos custodiamus Omnia Mandata Eius, quae impii malitiosè transgrediuntur, ut lu-
ceat lux Nostrae perfectionis Religiosae coram hominibus, et videant opera nostra bona
supererogatoria, et glorificent Deum Patrem nostrum, qui in Coelis est. Pascit nos Deus
piissimus et nutrit, ut ore et corde laudemus Eius infinitam misericordiam, ut Eum
vehementer diligamus, tanquam Patrem Nostrum Amantissimum, quem mundus
nequam non agnoscit, imo ausu impiissimo blasphemat.

Obsecro itaquè Vos Patres et Fratres per Misericordiam Dei, quae in Vos pauperes copio-
sius se se diffundit, ne abutamini eâ ne pro Benedictione, veniat in nos maledictio. Estote
perfecti in Vocatione, quâ nos Deus vocavit, et elegit in sortem peculiaris Ministerii
sui. Nolite conformari Saeculo, ex quo exiistis, nequè ejus doctrinas approbate, quia sunt
falsae, et bonos mores corrumpunt, sed potius reformamini in novitate Spiritus, quô
Deo servivit S. P. N. Franciscus, et omnes veri Filii Eius, quove nos servituros Eidem obliga-
vimus in Professione. Servate Vota emissa, Praeceptaque Regulae Sae, quia haec debitè obser-
vata, conservabunt nos in pace et Benedictione Ssmae Trinitatis, quam dat in Testa-
mento S. Patriarcha Noster omnibus Veris Sectatoribus suis. Non recedite

Non recedite à stridiori observantia Statutorum, piarumquè consuetudinum Reformationis nostræ Marianæ, quas exacte servasse Antecessores nostros, partim vidimus, partim legimus, Eosquè omnino imitari in votis nostris erat, cum venimus ad Religionem. Amate Christum Redemptorem nostrum perfecto amore, et omne difficile videbitur Vobis facile. Mutuam Charitatem inter Vos habete, et totam Legem Dei adimplebitis, iucundeque vivetis. In omni tribulatione patientes estote, et conformes cum Voluntate Divina, quia omnia sive bona, sive mala Dei ordinatione veniunt et fiunt. Hæc ideo Vobis Patres ac Fratres in memoriam revocamus, ut sitis memores Sancti Instituti Vestri, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobriè, iustè, et piè vivatis, in nullo deficientes, nemini domi forisquè dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Iustus Timor percussionis Divinæ, quam a Sanctuario suo iam incepisse dolentes videmus, unumquemquè nostrum omnino impellere debet, ut secundum Professionem Religiosam perfecte vivamus, ne recedentes a viis et semitis nostræ Vocationis, excidamus a Gratia Dei, efficiamur odibiles Deo et hominibus et propterea tanquam ingrati servi et inutiles eiiciamur foras, et dispergamur inter Gentes cum periculo Salutis æternæ.

Quibus malis præcavendo, ac simul S^æ Observantiæ in Provincia Nostra prospiciendo, quæ A.R.P. Visitator Generalis digna correctione et restaurateone ad normam Regulæ S^æ et Statutorum advertit, et Venerabili Definitorio commendavit, hæc Vobis Patres ac Fratres necessario corrigenda, restauranda, et observanda intimamus et mandamus, nempe:

1mo. Cum multi Religiosi, quamvis sani et robusti audeant absque ullo scrupulo, nulla coacti necessitate passim currizare, contra expressum Regulæ Præceptum: „Fratres non equitent." per quod plurimorum offendunt oculos, Benefactoribus molestiam causant, Testimonium Reformationis Nostæ detergunt, et reatum culpæ incurrunt. Ideo strictè obligamus Superiores Locales, quatenus currizationes et ipsi vitent, et aliis non permittant. Inquirant de transgressione huius Præcepti, et transgressores puniant secundum præscriptum Legum Nostrarum, ex quo alii terrorem habeant. Si vero instaret iusta causa aliquem currizandi, hoc omnino fiat cum consensu Discretorii Conventûs, causaquè in Libro Equitationis adnotetur. Certe ad pedestrem incessum sola consuetudo facilitat, ipsisque frigidis Spiritu videtur difficilis, ut aiebat S. Petrus Alcantara.

2do. Quoniam aliqui locorum Superiores, immemores Altissimæ Paupertatis status Nostri, soleant adventantes ad Nos Hospites opiparè et excessivè tam quo ad fercula, tam quo ad potum tractare, unde iidem Hospites scandalizantur, et reputant nos Reformatos, non esse pauperes sed divites, immortificatos, multo vino servientes, ac propterea in affectu erga nos tepescunt, minusquè nos æstimant. Monemus proinde in Domino omnes Superiores, ut in exceptione Hospitum semper frugalitatem servent, idest: humaniter quidem quemque Hospitem excipiant, et tractent moderatè, nullum autem cum excessivo luxu, et ostentatione mundana. Neminem ad bibendum stimulent. Sicut enim non licet inebriari, ita nec licet alios ad nimiam potationem provocare, nam in utroquè casu trangreditur Lex Naturæ et Dei.

3tio. Ut uniformitas in omnibus Conventibus servetur in pulsu Campanæ ad mensam Refectorii ultimis diebus Hebdomadæ Sanctæ, de quo expresse non habetur in Ordinario Provinciæ Nostræ. Ordinamus: ut a Cœna Domini usquè ad Sabbathum Sanctum convocentur Fratres ad mensam per fragorem solitæ tabulæ. In ipso autem Sabbatho Sancto, iam per pulsum Campanæ Refectorii convocentur ad Mensam.

4to. Renovatur Statutum Provinciæ nostræ, quod nullus Fratrum audeat excurrere extra limites Conventûs antiquitus præfixos, nisi ei specialiter et in scripto fuerit a Nobis indultum. Sic enim vitantur dissensiones inter Locales Superiores, præcavetur nimia molestia Benefactoribus, et inutilis divagatio Fratrum.

5to. Conformiter Decretis Pontificiis prohibetur, ne tam Superiores, quam alii exeuntes ex Conventu pro Forensibus unum eundemquè Socium semper assumant, sed modò hunc, modum illum. Nam exinde oritur inter Religiosos æmulatio, mala suspicio, murmuratio, et vilipensio illius, qui eundem semper assumit Socium.

Ad extremum Patres ac Fratres Dilectissimi, quæcunquè sunt vera, quæcunquè sunt pudica, quæcunquè amabilia, quæcunquè bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ Religiosæ, hæc agite, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete et Deus pacis erit vobiscum. Quamvis autem de unoquoque Vestrum speremus, quod excitatus zelo Observantiæ, et perfectionis assequendæ, omnia sui muneris et Professionis ad unguem curabit observare. Nihilominus Locorum Superiores in Domino exhortamur, ut super debitam observantiam Præceptorum Dei Regulæ S^æ, Statutorum Nostrorum, ac omnium piarum consuetudinum Reformationis

nis nostræ, Amore Dei et Religionis studiosè invigilent. Ipsi soli bonô exemplô
demonstrent observanda, tepidos inflamment ad bonum zelosis exhortationibus et
plenis Spiritu, devios Paternâ Charitate præmonitos et non se corrigentes puniant
secundum Statuta, nec dissimulent defectus: Ubi enim dissimulatio, ibi dissolutio
crescit, ubi vero prudens rigor, ibi vigor observantiæ habetur.
Similiter Patres Vicarii attendant his, quæ sunt sui Officii: Juvenes sibi commis=
sos, tum Spiritualibus monitis, tum bonis exemplis trahant ad Amorem Dei, modesti=
am pietatem, cæterasquè virtutes. In Cæremoniis, Laboritiis, et omnibus observan=
tiis Regularibus exerceant, errantes corrigant, ornantibus in Ecclesia assistant, et in=
struant eos. Curent attendere ut munditiès sit in Ecclesia, in Choro, et ubiquè loco=
rum, secundum antiquum morem Reformationis Nostræ, habeant quo ad omnia
zelum, iunctum tamen mansuetudini. Super quibus omnibus, Deo dante et
adiuvante Eius Gratia seriò advertemus, nihilque incorrectum et impunitum re=
linquemus, ut potè, qui strictam rationem de omnibus Vobis sumus reddituri
Deo vi Officii nostri.
Ad has Literas Nostras adiungimus ea, quæ exiguntur a nobis vi Pietatis Chri=
stianæ, et gratæ vicissitudinis erga Benefactores Nobis addictos. Quædam nobilis Perso=
na Benefactrix Nostra, confidens in Orationibus Nostris coram Deo, et simul volens
se præparare ad illam omnibus ignotam mortis horam, a qua Salus æterna pendet
exposcit a Nobis quædam Suffragia, pro quibus persolvendis certam contribuit Eleemosy=
nam. Nos tam piæ et sanctæ Voluntati Eiusdem ac dispositioni obsequentes, Præsen=
tibus iniungimus: ut in quolibet Conventu pro impetranda Finali Gratia Personæ Con=
stantiæ absolvantur Missæ A4. Pro Defuncto Ignatio Missæ A3. Quilibet Clericus
Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis semel absolvat pro impetranda Finali Gratia
Eidem, et Defunctorum pro Defuncto Ignatio. Quilibet Frater Laicus A00. Pater et Ave,
cum Gloria Patri pro impetranda Finali Gratia, et totidem Pater et Ave cum Requi=
em æternam, pro Defuncto Ignatio.
Ut autem hæ Literæ Nostræ omnibus Patribus ac Fratribus innotescant, omnes
enim tangunt, curent Patres Guardiani, ut in præsentia omnium ad mensam le=
gantur, et absentibus ex necessitate omninò innotescant. Sæpe enim contingit, quod
similes Pastorales Literas, non tantum aliqui Subditi, sed etiam ipsi Superiores i=
gnorent, et propterea illas ad praxim non redigunt, nec ullum sortiuntur effectum.
Curabunt igitur Superiores Locales vernaculâ linguâ præsentes Literas omnibus
explicare, ad observanda, in illis contenta vivaci exhortatione omnes excitare, Protocol=
lis ingrossare, et ad viciniorem Conventum transmittere.
Valete Patres ac Fratres Dilectissimi, et dirigite preces Vestras ad Deum pro felici
statu Ecclesiæ Catholicæ, pro visibili Eius Capite, pro bono Successu Provinciæ, pro Nobis
quoquè ac Benefactoribus Nostris. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad
Ædes S. Casimiri Die Ama Mensis Augusti A798vo Anno.

Fr. Eustachius Reformatus
Minister Prov[li]s. mpp.

Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Minorum S. P. nostri
Francisci Refor[um] Provin[cia] SSmæ Virginis Mariæ Angelorum
Minister Prov[li]s et in Domino Servus.
Admodum Reverendis Reverendis, Multum Venerandis Venerandis q[ue]
Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus, Salutem, et Copiosam
a Domino Benedictionem.
Promissionem Christi infallibilem esse in omnibus, quæ salutem nostram con=
cernunt, Neminem Vestrum latet Patres ac Fratres Dilectissimi. Ille etenim, Qui est
Veritas, dixit: Qui est Via, ducere novit, Qui est Vita, Vitam Suam posuit in testimo=
nium promissionis suæ, quia Orantibus sine intermissione, et serio pulsantibus da=
bitur Gratia perseverantiæ finalis in bono, et aperietur eis Janua Regni Cælestis. Gratio
quippe Orationis continuæ testimonium perhibet Spiritui nostro, quod simus Filii Dei, er=
go et Hæredes futuræ Gloriæ, Quæ est præparata Adoptivis Filiis Dei Oratio:/ secundum
S. Climacum:/ Est familiaris conversatio et coniunctio hominis cum Deo. Nemo autem
conversatur familiariter cum Deo, nisi habens ejus Gratiam, et qui coniunctus hic manet cum
Deo, non separabitur ab Eo post mortem. Unde S. Augustinus (: in illud Psalmi 65. Benedictus
Deus, Qui non amovit Orationem meam et Misericordiam Suam a me:/ scribens, sic ait: Securi
simus de pollicitatione Dei, et non deficiamus ab orando, cum videris non amotum a te Orationem, se=

securus esto, quia non est amota a te Misericordia Dei. Permagna est frequens, fervens Oratio, qua perseveranter fusa, homo Donum Perseverantiæ promereri potest. Hanc efficaciam Orationis bene noscens S. Philippus Nerius, assidue exhortabatur suos, ut Dominum continuo rogarent pro doni Perseverantiæ concessione. Cum enim omne donum Optimum atque perfectum (: quale vel maxime est donum Perseverantiæ:) desursum sit, descendens a Patre Luminum merito instanter a Deo peti debet. Nostrum itaque est Negotium, et Obligatio summa PPs ac Fres in Christo Dilectissimi, ut simus continui in fundendis Orationibus ad Deum, pro impetranda Nobis perseverantia finali, a qua dependet Salus æterna nostra. Precemur etiam et pro Benefactoribus nostris, quatenus Deus illos in tempore malo non deserat, sed ab omni periculo defendat, et in ultimo momento Gratiam perseverantiæ illis misericorditer præstet. Justum enim et æquum est, et de quorum beneficiis vivimus, quorum gratiis gaudemus, quorum affectibus ferimur, a quibus subsidia necessaria corporalia recipimus, Iis Spiritualia bona non solum optemus, et desideremus, sed etiam impetrare curemus, fusis ad Deum Orationibus nostris. Quam vicissitudinem cum Quidam Illustris Magnificus Dominus Benefactor Noster Singularissimus expresse a Nobis expostulet, Qui confisus in Nostris Orationibus, desiderat per Nostras preces et Suffragia, Vocationem et Electionem suam certiorem facere per impetrationem sibi Gratiæ finalis, hoc fine certam Elemosynam succurrendo indigentiis Conventuum libenter præstitit.

Nos igitur, Quibus præprimis ex Officio incumbit Benefactoribus Nostris Vicem debitam rependere et Eorum piis ac iustis petitionibus satis facere, ut prænominati Illustris ac Magnifici Domini Benefactoris Nostri salutaria desideria compleamus, iniungimus Conventuum omnium Superioribus, quatenus pro impetranda finali Gratia dicto Benefactori sequentia Suffragia peragant. In quolibet Conventu absolvantur Missæ 27. ex his una Votiva cantetur. Psalmi Pænitentiales cum Litaniis de Omnibus Sanctis cum sequentibus Orationibus semel in Choro a Communitate dicantur. Insuper Quilibet Fr. Clericus Eosdem Psalmos cum Litaniis semel absolvat. Et Quilibet Fr. Laicus 100. Pater, et Ave, cum Gloria Patri recitet, pro impetranda finali Gratia prædicto Benefactori. Præsentes vero Literas Communitatibus explicent Superiores Locales. Protocollis ingrossari faciant, et viciniorem Conventum iuxta Ordinem Cursoriæ transmittant. Valete in Domino PPs ac Fres in Christo JESU Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum Nostrorum Omnium (: Qui se enixe Nostris commendant Orationibus:) die noctuque memores. Dat. in Conventu Nostro Solecensi ad S. Stanislaum Ep. et Mar. Die 21. 8bris. A.D. 1798.

Fr. Eustachius Reformatus
Mnr Prvlis mpp.

Fr. Eustachius Adamowski Ordnis Mnr S.P.N. Francisci Ref. Prviæ Ssmæ Vrgns Mariæ Anglr in Minori Polonia Minister Prvlis et in Dno Servus. Admdm Rndis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisque Patribus, ac Dilectissimis in Xsto Jesu Fratribus Salutem, et Copiosam à Domino Benedictionem.

Conditionem hominis inter continua Vitæ incommoda, inter assiduas infirmitatis mortisque mutationes de die in diem utique deplorandam (: ut miserabilem:) experimur, PPs ac Fres in Xsto Dilectissimi. Quotidie namque nascimur, ast non ideo tantum ut vivamus, sed simul ut moriamur, et ad Eum Qui nobis tribuit vitam redeamus, attestante Ecclesiaste, Revertetur pulvis in terram suam, et Spiritus ad Deum, qui dedit illum; C.12. Enim vero vitæ nostræ principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri ætas nostra, quam minui; Cujus (: si quid additur spatii temporalis:) non ad hoc accidit ut maneat, sed in hoc transit ut pereat; Ecce talis ac miserabilis est Status hominis, qui quasi flos egreditur et conteritur; fugit velut umbra et nunquam in eodem Statu permanet. Job C.14. Porro speremus (: inquit S. Ambrosius:) quantum nobis placitum fuerit oculos aperire; satis est, ut ex eo quod vivamus, fatalem moriendi necessitatem intelligamus, ideo: quia; Statutum est hominibus semel mori, ad Hæbr. C.6. Non est ergo de immaturitate mortis ratio conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas, obnoxium sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem, sed magis conquerendum est paratos nos esse quotidie, mortem expectare et adventum Ejus, Qui eâ, qua nescimus horâ nostram repetet animam: O! quam (: hac de causa:) pensendus est vitæ nostræ cursus vigilanti cura; quanta cum industria et solicitudine impendendum est tempus bonis ac meritoriis operibus, antequam veniat nox mortis, quâ nemo operari poterit; monente Xsto Domino; Negotiamini dum venio, operamini non cibum qui perit; sed qui permanet in Vitam æternam, Joan. C.6 Ast in negotio hoc sat urgenti quam plurimos desides et incautos noverimus illos, qui temporalia sectantes, quæ carnis sunt amplectentes minime cogitant dies antiquos, nec annos æternos in mente habent, et cum nesciant finem suum sicut pisces capiuntur hamo, aut sicut aves laqueo comprehenduntur, sic illi capiuntur in tempore malo; En quanta infelicitas eorum. Verum proculdubio sanioris mentis dixerim eos, qui cum timore et tremore suam operantur salutem, qui incertitudinem diei mortis præ oculis habentes penes opera justitiæ, pietatis et misericordiæ sic transeunt per temporalia, ut non amittant æterna. Vivere videntur in societate hominum in terris, sed-

sed conversatio eorum est. in Cœlis, curant vitam, sed cupiunt dissolvi et esse cum Xto; diligunt dies videre bonos, longævos Annos, amant numerare, sed tenentes lucernas ardentes in manibus, expectant cum tædio Adventum Domini, ut cum pulsaverit confestim aperiant Ei; Congregant sibi divitias; sed de illis pro negotio salutis omnes tempestive præparant impensas. Tantæ solicitudinis, Curæ, et Vigilantiæ absumpsit nobis mors Quendam Singularissimum Nostræq; Religioni faventissimum Benefactorem; Qui sicut voluit ignotum fieri nomen Suum, sic voluit nescire nos sua Beneficia sat ampla; ut vel sic fortasse Nomine æterno glorificari possit a Deo, Cui unice vixit, et vivendo præstitit ea omnia, quæ præstanda commemorat Ecclesiastes; Ante mortem benefac amico tuo; et secundum vires tuas exporrigens da pauperi. C. 14. Certe nec absimilem hujus monitioni Prælaudatus Benefactor gessit vitam, quam (: esto indignitatis et Præeminentiæ gradu fuerat constitutus :) cum Officiis Religionis Xtianæ exemplarissimam virtutibusq; excultam sempertenuit. Hujus ergo Ignoti Benefactoris Obitum dum præsentibus literis Vobis significamus P̃res ac F̃res in Xto Dilectissimi, recommendamus simul Animam Ejus Vestris piis Orationibus; quibus ille confisus, ab aliquot Annis desideravit a Nobis sibi suffragari, et in hunc finem sufficientem obtulit Nobis Elemosynam. Ne igitur irrita fiat Voluntas hujusmet piè Defuncti Benefactoris, et ne defraudetur a die bono quo possit in Tabernaculis Justorum quantotius præmiari, Sequentia pro Anima piè Defuncti Sacerdotis assignamus Suffragia integra tanquam pro F̃re; Videlicet. Quilibet Sacerdos tres Missas celebret; Quilibet Fr. Clericus ter Officium Defunctorum recitet, Quilibet Frᵒ Laicus Semeter Centum Pater et Ave, totidemq; Requiem æ. dicat. Semel Officium Deffunctorum in choro, et una missa Cantata fiat; Præter hæc Suffragia integra; In quolibet Conventu pro Eodem Defuncto Sacerdote Decem Missæ lectæ celebrentur; Quilibet Fr. Clericus semel Officium Defunctorum recitet; Quilibet Fr. Laicus semel Centum Pater et Ave, totidemq; Requiem æ. superaddat; In reliquo his debitis Suffragiis; pro quibus manet Elemosyna congrua congrua Cracoviæ, jungantur etiam ea; quæ charitatis et gratitudo erga Benefactores poscit; Præsentes tandem Literas Nostras, Superiores Locales, Communitatibus suis intimatas, Prothocollis ingrossatas ad Conventus Viciniores juxta Ordinem Cursoriæ remittant; Valete Patres ac F̃res in Xto Dilectissimi Sæ Romanæ Ecclesiæ, Provinciæq; Necessitatum, Nostri quoq; ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datũ in Conventu nostro Sandomiriensi ad S. Joseph Sponsum B.V. Mariæ. Die 17. Februarij. Anno Domini 1799.

Fr. Eustachius Ref. Mnr. Proūlis mpp.

Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Reformatorum Provinciæ SSmæ V. Mariæ Angelorum Minister Provincialis, et in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq; Patribus, ac Dilectissimis in Corde JESU Fratribus, Salutem et Copiosam è Vulneribus Christi Benedictionem.

Notum Vobis est Patres ac Fratres Dilectissimi quantæ Universo fere in Orbe Gentium Regnorumq; in dies augeantur perturbationes, super quibus ingemiscere, Deumq; pro dudum exoptata tranquillitate ferventi Spiritu exorare oportet. Neque etenim nostra Minorum Familia (: Deo justis de causis sic permittente :) a diversis oppressionum calamitatibus immunis existit; cum spectatis temporum infortuniis, Casuumq; adversis eventibus, hæc, quæ Sanctissimis Legibus sancita, ab antiquo cum nostræ Seraphicæ Religionis decore observata fuerunt, nunc observatu impossibilia redduntur. En ad tuendam Ordinis integritatem, unitatem, bonumq; ordinatæ Familiæ Regimen, Statutis, Ordinationibus, Summorumq; Pontificum Decretis Stabilitum est de Sexennio in Sexennium Totius Ordinis Ministrum Generalem ceu Supremum Familiæ Caput, convocato ad id Capitulo, eligendum fore; quod perspectis temporis moderni occurentibus circum stantiis adimplendum nonnisi supervacanaè attentaretur; ac ideo post elapsum Sexennium Officij Generalatûs R̃ndissimi Patris Joachimi Company licet attentatum ad effectum non est reductum. Nihilominus Deo Præpotenti sint maximæ grates, quod per Suum in Terris Vicarium Pium VI. Pontificem Maximum effecerit, ne simus veluti orphani Filij sine Patre, membra sine Capite, Grex pusillus absq; Pastore, et Rectore. Præfatus siquidem Pius VI. Pont. Max. Ordini Nostro Addictissimus, pro sua in nos Munificentia de plenitudine Authoritatis suæ Omnium Nostrum supplevit vota, atq; Illustrissimum Reverendissimum Patrem Joachimum Company Totius Ordinis Seraphici Ministrum Generalem, licet ob utilitatem publicam Ecclesiæ in Archiepiscopali Dignitate jam constitutum, tandem in eodem Officio Ministri Generalis ulterius ad sui beneplacitum confirmavit. Cæterosque Officiales Generalis Diffinitorij penes suas Dignitates, Jurisdictiones, ac Prælaturas, non obstante elapso Sexennij decursu, similiter prorogando, manere decrevit. Prout authenticè accepimus ab Illo ad quem de Jure Ipsum ergo audite:

Frᵒ Hilarius de Monte Magno. Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Lector Jubilatus, Coram Summo Pontifice Episcoporum Examinator, et in Universa Cismontana Familia tam Observantium quam Reformatorum Commissarius Generalis, Visitator, Reformator

Reformator Apostolicus, ac in Domino Servus.
Dilectis Nobis in Christo Patribus, ac Fratribus, Superioribus, ac Subditis Universæ
Cismontanæ Familiæ tum Observantium, quam Reformatorum, Salutem, Veramque
in Spiritu Sancto Consolationem.

Pluribus esto gravissimisq; curis distractus Illustrissimus ac Reverendissimus Domi-
nus Frater Joachimus Company Totius Ordinis Seraphici Minister Generalis, Eccle-
siæq; Cæsaraugustanæ Archi-Episcopus Vigilantissimus, haud tamen passus est Zelus,
quo Minoriticam Suam Familiam adamavit, in tanta rerum, et temporum vicissi-
tudine deserere. Periculosum habuit, et Jure mutare Gubernium, totumq; Corpus si-
ne Capite relinquere, improbum penitùs ac noxium. Qua propter nullis parcens
laboribus, Studium, Operam, totumq; se Ipsum, uti Diœcesi Suæ Dilectissimæ, ita pe-
ditanti Familiæ Nostræ consecrare dignatus est. Tantæ erga nos singularis bene-
ficentiæ Argumentum, et Catholicus Monarcha probavit, et pro Sua, qua nos prosequi-
tur dilectione, confirmavit Summus Pontifex Pius VI recenti Bulla, quam Nobis
omnibus exhibent Encyclicæ Literæ, tenoris sequentis. -

Nos Dominus Frater Joachimus Company.
Dei Gratiâ, et Sanctæ Sedis Apostolicæ Archi-Episcopus Cæsaraugustanus,
Totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, et in Domino Servus.
Dilectis Nobis plurimum in Christo Universis Patribus, Fratribus, atq; Sororibus,
tam Superioribus, quam Subditis, Totius Nostræ Seraphicæ Religionis, sub Nostra Obedien-
tia, ubiq; Deo famulantibus, Salutem, et pacem in Domino.

Cum Seraphicus Noster Ordo ubiq; terrarum longe lateq; diffundatur, non potest quin alicubi
eas sustineat adversitates, quæ ob miserrimam horum temporum conditionem necessum est
ut eveniant. Sed Ultramontana Nostra Familia tot, tantaq; perpessa est incommoda, ut in ea
nullam fere cernamus Provinciam, quæ majori non invertatur commotione. Hæ novitates quæ
jugiter occurrerunt, atq; indesinenter incurrunt, impedimento procul dubio nobis fuerunt, quominus
executioni demandarentur illæ, quæ Nobis erant ideæ, ut circa Ordinis Regimen illud per-
fecté conservaretur Systhema, quod Statuta Generalia præveniunt. Sub hac igitur deliberatione
Onus suscepimus permanendi in munere Ministri Generalis ad pervigilium usq; Pentecostes cur-
rentis Anni, quo Sexennij Nostri complebamus finem. Proinde eam interea impendebamus
operam, ut Virtute Bullæ Omnium Officiorum Generalium fierent Electiones, non secus ac Anno
Nonagesimo Secundo in Nostro Ordine evenit, et prout aliis Ordinibus Regularibus, hisce tempori-
bus effectas eas esse animadvertimus. Veruntamen cum jam omnia apte essent disposita, et
omnino præparata, ut ejusmodi Cogitatio ad exitum perduceretur; nuperrimè Romæ id contigit
quod sat superq; in Universa Europa omnibus innotescit. Quo tandem infortunio actum est
ut res Familiam Nostram Ultramontanam spectantes penitùs ferè everterentur. Quo circa cum
Jure apud Nostrates præscribitur, Ordinis administrationem utriq; Familiæ et Cismontanæ et
Ultramontanæ vicissim impertitum iri, atq; ista in præsentiarum adeò confundatur, ut per
magna ipsius perturbatio Electionibus efficiendis omnino obstet; Censuit Noster Catholicus Mo-
narcha, à quo Ordo Noster innumera sibi collata beneficia refert, nullam modo in Regimine
illius oportere immutationem, sed præstolandum Nobis esse ad usq; rerum Italiæ finem, et tunc
quod magis expedire videbitur provideri valeat.

Pius autem VI. Qui erga Nostrum Ordinem non minori Zelo fertur ac studio, quod Sapiens
Rex Noster animo volverat approbavit. Et ut id suum sortiatur effectum, Bullam expedivit,
quam post obtentum Regium exequatur, notam Vobis efficimus, Est enim ea tenoris sequentis.

PIUS PAPA. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci
de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, quod justa ipsius Ordinis Constitutiones et
Statuta Authoritate Apostolica confirmata in Vigilia Pentecostes currentis Anni celebrandum
esset, ob rerum, ac temporum vicissitudines aliasq; a Nobis probatas causas, cogi aut facile
posit; Nos qui Nostri Pastoralis officij debito cunctorum Religiosorum Statui, ac felici guberna-
directioni, et indemnitati consulere tenemur, motu proprio, et certa scientia, ac matura delibera-
tione Nostris deq; Apostolicæ Potestatis plenitudine, Celebrationem dicti Capituli Generalis
quod in pervigilio proximi Pentecostes celebrandum esset, ut præmittitur ad Nostrum et Sedis Apo-
stolicæ beneplacitum tenore præsentium prorogamus ac differri volumus, et mandamus. Nec non
Venerabilem Fratrem Joachimum Archiepiscopum Cæsaraugustanum, quem per alias Nostras in simili

in simili forma Brevis Die IV. Mensis Augusti Anni MDCCXCVII expeditas literas, licet ad Archiepiscopalem Ecclesiam fuisset tunc a Charissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico Nobis praesentatus, ac nominatus, usq; ad exitum integri Sexennii Suae administrationis, ac Gubernij, usq; scilicet ad proximum futurum Capitulum Generale dicti Ordinis, quam interim eidem Ecclesiae in Consistorio Nostro secreto fuisset a Nobis praefectus, ac munus Consecrationis suscepisset in Ministrum Generalem istius Ordinis praedicti Authoritate Apostolica confirmavimus, prout in dictis Nostris Literis uberius continetur, nec non Dilectos Filios caeteros Superiores, ac Officiales, et Definitores Generales, tam Fratrum de Observantia, quam Reformatorum dicti Ordinis, quorum Officia, et munera, recurrente Dicti Capituli Generalis celebrandi tempore expirare seu cessare deberent, in eorum respective Officiis cum omnibus et singulis facultatibus, Auctoritatibus, praerogativis, praeeminentijs, honoribus, gratijs, et indultis, quibus hactenus Eorundem Officiorum ratione usi, et gavisi sunt, ac uti, et gaudere potuerunt, et debuerunt, ad idem pariter Nostrum, et Apostolicae Sedis beneplacitum Confirmamus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis, et Consuetudinibus, Privilegijs quoque Indultis, et Literis Apostolicis in Contrarium praemissorum quomodolibet concessis, Confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum, tenores praesentibus pro plenè ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus caeterisq; contrariis quibuscunq; Volumus autem ut praesentium Literarum transumptis, seu expressis, etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, et Sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Senis Sub Annulo Piscatoris. Die XXVII. Martij M.D.CCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo quarto.

Pro Cardinali Braschio de Honestis. B. Mariscottus.

Si oculos Dilectissimi Patres et Fratres mei Charissimi in Nostrum Ordinem ab ipsius primordiis conjiciamus, nunquam tot calamitatibus, tam oppressum, quam nunc eum intueri poterimus. Quare ne ipsius negotia cunctanter peragantur, eorumq; cursus retardetur, sat Nobis non videtur, quaecunq; ex ipsi Providentiis quae ut plurimum assumuntur. Necessum ergo profecto est, ut aliam quam magis consentaneam pro hujusmodi expeditione existimemus praeter consuetudinem suscipiamus. Neq; ista superesit, nisi Deus Summe Misericors Suae pietatis clypeo nos tueri dignetur. Verum tantam a Deo pietatem Nosmetipsi Nobis spondere valebimus, si quaqua versus bona Virtutum odoramenta non effundamus, atq; omnibus prout debemus eximiae honestatis exempla exhibere non satagamus? Extra dubium nimirum est, nullam aliam nos posse excogitare rationem, quâ a tot periculis quibus circumdamur, et cingimur, eripi possimus. Quantum nostra intersit, esto ob novum Pastorale munus complurimis curis undiq; vexemur, nihilominus in statu aerumnoso, in quo nunc aspicitur, Ordinem haud quaquam derelinquemus. Quin potius in Id tota vi incumbemus, ut ipsius Splendorem ac Gloriam prorsu Conservemus, quousq; nova temporum Conditio patiatur, ut Sigilla apud Patrem Condecoratum deponamus; qui Virtute, integritate, prudentia, aliisq; praeclaris animi dotibus ornatus, felicitatem ejus augere valeat. Huc meae diriguntur cogitationes, hucq; omnes sollicitudines vertuntur. Quod si a Domino consequeremur majori Nobis, quam quae maxima reapse foret consolationi. Interim monemus, et obsecramus u Vestra Vota ad Deum dirigatis pro Felici Sae Ecclesiae Statu, pro incolumitate, et Salute Smi Dni Nri Pij Papae VI. nec non pro prosperitate Regum Nostrorum Catholicorum, totiusq; Regiae Familiae quorum pietas ac Religio erga Nostrum Ordinem eo praecipua est Basis, quâ ne succumbat, totus innititur. Nostri deniq; in Vestris Sacrificijs, ac Orationibus apud Deum non obliviscamini, ut tantum oneris imbecilis nostris humeris impositi sustinere valeamus.

Legantur ergo hae nostrae Literae coram omnibus Fratribus, et Monialibus, et post consuetam transscriptionem ex Conventu remittantur in Conventum, prout moris est in unaquaque Provincia. Impertimur Vobis Seraphicam nostram Benedictionem. Datis Matriti ad Divum Franciscum, manu nostra munitis, majori Nostri officij Sigillo obsignatis, et a Nostro Secretario recognitis d 26. Mensis Maij Anni Millesimi Septingentesimi Nonagesimi Octavi.

de Mandato

Fr. Joachimus Company
Archiepisc. et Mnr Generalis.
Loco ✠ Sigilli

De mandato Rndmi in Christo Patris
Fr. Josephus Maria de Vico
Secretarius Generalis Ordinis.

Audistis Fres Charissimi, quanta sit erga nos Amantissimi Patris dignatio. Reliquum ergo est ut tam singulare Beneficium ob oculos habeatis semper gratoq; animo prosequamini, vigore insuper enunciatae Bullae, nedum Dominum Joachimum Company in Ministrum Generalem, sed insuper Superiores caeterosq; Officiales, et Defitores Generales, tam Observantium, quam Reformatorum in eorum respective Officiis ac Dignitatibus confirmare ad sui beneplacitum dignatus est Munificentissimus Pius VI.
Ea propter factum est, ut dum letanter cerneremus imminere tempus deponendi Onus „ gravissimum Regiminis, in celeberrima hac, sed fere desolata Cismontana Familia, ipsomet denuo gravari sentiamus. Ne certè absq; gravissimo animi nostri moerore, cum Nobis ex animo persuasum sit, magis profuturum utilitati Nostrae, ac Religionis Decori aptiorem, Dignioremq; Praesulem, Qui Spiritu Dei plenus, defectus, erroresq; nostros corrigere valeat. At quis unquam Dei Consiliarius fuit; Placuit ipsi Vicissitudines nostras ita moderari, nostrumq; erit submissa fronte, et humili corde, inscrutabilia, sed justa Judicia Ejus venerari, ac recinere. Sicut Domino placuit, ita factum est: Sit Nomen Domini benedictum. Deum Optimum Maximum jugiter precamini pro incolumitate Summi Pontificis Pij VI. pro pace, et Concordia inter Principes Christianos, pro Illustrissimo ac Rndmo Dno Nostro Ministro Generali, pro Nobis demum, ut illuminare dignetur sensus, et corda nostra ad dirigendos pedes Vestros in viam pacis et Salutis.
De caetero Fratres perfecti estote, exhortamini invicem, Pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit Vobiscum, qui repleat vos caelesti Benedictione, uti ardenter cupimus, et enixè precamur. Valete.
Datum Lucae in Conventu S. Francisci Die Vigesima sexta Julij Anno 1798.
Fr. Hilarius de Monte magno
Comissarius Generalis.
(L. S.)

De mandato Rndmi in Christo Patris
Fr. Angelus Seraphinus a Miliano
Secretarius Generalis.

His Vobis denuntiatis exhortamur Vos Patres ac Fratres Dilectissimi ad pias fundendas preces pro iis omnibus, pro quibus Supremi simul ac Vigilantissimi Nostri Rectores precari admonuerunt. Sitis quoq; in Orationibus Vestris memores, tum Nostri tum Benefactorum nostrorum, ac Illius Cujus Nos Filios fatemur, et Dilectissimae Provinciae Necessitatum. Hance ex integro literas Superiores Locales Communitatibus suis perlegi, Prothocollis ingrossari, viaq; Cursorie ad viciniorem Conventum transmitti curent, et efficiant. Valete in Domino Patres ac Fratres Dilectissimi.
Datum in Conventu Nostro Stopnicensi ad Edes Sae Mariae Magdalenae Poenitentis die 18. Aprilis. Anno Domini 1799no

Fr. Eustachius Ref. Mnr. Provlis.

Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Mnr S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Ssmae Virginis Mariae Angelorum, Minister Provincialis etin Dno Servus. Admodum Reverendis, Reverendis, Multumq; Venerandis, Venerandis Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem, et Copiosam a Domino Benedictionem.
Sit Nomen Domini benedictum in Saecula: quoniam in miserrima horum temporum conditione, dedit nobis Deus misericors, facilitatis, et superatis non nullis difficultatibus occurrentibus, praecipuas partes Officii nostri hoc primo Anno feliciter explere. Nostis perbelle Patres ac Fratres Dilectissimi, Officio Ministeriatus Nostri gravem Obligationem de Visitandis Conventibus Provinciae Nostrae impositam esse, tum a Jure naturali Divino, tum a Jure positivo Ecclesiastico, tum a Praecepto Regulae Nostrae. Jure quidem naturali obligamur visitare Conventus Nobis subjectos. Cum enim Spectatorem dederit nos Dominus Domui Nostrae Reformatae, et Pastorem, non in utilitatem et commodum proprium, sed Vestrum Omnium Nobis commissorum, pro quibus et rationem reddituri sumus coram tremendo Judice Supremo, jus naturale dictat, quod teneamur commissum Nobis rationabilem gregem ab omni exteriori damno, internoq; animi imminentibus periculis tueri et custodire, Spirituali doctrina pascere, ejusq; pro-

Lectui, et Saluti consulere. Quod nulla ratione facilius præstare possumus, quam Vos Patres ac Fratres Dilectissimi personaliter visitando, defectus inquirendo, inquisitos corrigendo, et salutaria remedia ad eos extirpandos applicando, nec non unius cujusq Vestrum indigentiæ pro posse necessaria providendo, adinstar Pastorum ovium, qui sæpius gregem suum invisunt, lustrant et numerant, ne quid eorum incuria pereat. Quare Deus cuiq Spirituali Pastori eandem vigilantiam præcipiens ajt; Prov. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera; an scilicet bene sit ipsis, tam quo ad corpus, quam quo ad animam. Ne secus facienti Pastori, terribiliter improperet Deus illud Ezechielis. 34. Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos = gregem autem meum non pascebatis = quod infirmum fuit, non consolidastis, et quod ægrotum non sanastis, quod confractum est, non aligastis, et quod abjectum est, non reduxistis, et quod perierat, non quæsistis = propterea Pastores audite Verbum Domini = Ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manu eorum. Obligamur etiam ad Conventuum Visitationem jure Ecclesiastico, præcipue in Concilio Tridentino Sess. 24. cap. 20. expresso, ubi præcipit; Ut Superiores Ordinum, Episcopis non subjecti, quibus est in Monasteria legitima Jurisdictio, eadem ex Officio visitent. Si ex Officio ergo ex justitia, et quidem sub gravi culpa tenentur visitare, et visitando observantiam Regularium Obligationum juxta cujusq Provinciæ Statuta, et consuetudines, conservare, ubi adhuc viget, et ubi deficit, in statum pristinum restituere; Hic etenim est finis Visitationum; prout declarat idem Concilium Tridentinum. Ses. 25. de Reforma: C. 3. his Verbis; Visitationum autem istarum, præcipuus sit scopus = Bonos mores tueri, pravos corrigere, exhortationibus et admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiam accendere. Obligamur tandem ad ejusmodi Visitationem ex speciali præcepto Regulæ Nostræ Sanctæ, in qua Sanctissimus Patriarcha Noster Franciscus, cap. 10. ajt; Fratres qui sunt Ministri, et servi aliorum Fratrum, visitent, et moneant Fratres suos, humiliter, et charitative corrigant eos. Quod adeo est annexum Officio Ministrorum Provincialium, ut hoc nomen haud mereatur, qui id non adimplet. Huic obligationi satisfacientes omnes, quotquot fuerunt Antecessores Nostri, quolibet Anno ad præscriptum Legum Reformationis Nostræ, bis totam Provinciam visitarunt, cum zelo primævæ disciplinæ Regularis observandæ. Ex qua Visitatione continuata, iste effectus salutaris secutus est, quod antiqua Observantia Reformationis ad hæc usq tempora, ut pro fragilitate humana conservetur in Provincia nostra, cum Laude Dei, et ædificatione populi. Satis fecimus et Nos huic muneri nostro. Favente namq Gratia Dei, bina vice paterne Vos visitavimus Patres ac Fratres Dilectissimi, facie ad faciem Vos videndo. Quos bonos proficientes in Virtutibus, strenuos Observatores Regulæ Stæ et Statutorum Reformationis nostræ vidimus, ex horum aspectu consolati sumus, et ad perseverantiam in bono usque in finem Spiritualibus exhortationibus allecimus. Quos verò aberrantes deprehendimus, eorum infirmitati condoluimus, illosque paternis monitis correximus in Viam Domini eos reducendo, omni possibili et meliori modo. plus utendo (: prout præscribit Tridentinum: Ses. 13. Cap. 1. :) benevolentia quam austeritate, plus exhortatione, quam comminatione, plus charitate quam potestate. Perspeximus etiam quod cuiq Vestrum fuit necessarium, et pro Viribus adhibuimus solicitudinem, ut secundum altissimam paupertatem nostram abundaretis in Omnibus, pacem internam et externam haberetis, ac uno ore omnes simul glorificaretis Deum. Quæ omnia ut maiorem sortiantur effectum utq Provinciæ bono consultius, Reformationi Nostræ perfectius, Vestrisq omnium desiderijs aptius consulere valeamus. Necesse est Nos congregari cum maioribus Provinciæ Nostræ Viris electis, sano consilio et maturo judicio pollentibus. Intimamus igitur Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi Annuam Congregationem primam in Conventu Nostro Stopnicensi Die 30ma Mensis Junij Anni currentis peragendam, de Licentia expressa juxta præscriptum Legum Nostrarum præhabita. Ad quam rite, et Canonice celebrandam, de Jure invitamus A. R. Prem Nepomucenum Wielowieyski Primum Definitorem Patrem Provinciæ. R. Prem. Joseph Drochoiowski Custodem Vocalem. Reverendos Pres, Henricum Dudowski, Justinum Korzytski, et Felicem Janowski, Definitores Actuales Provinciæ. Quorum omnium præsentiam, sicut etiam et MVRdo Dionysij Baczyski Secretarii Provcæ Die 27ma affectuose expectamus. Cæteris vero Patribus et Fratribus (: nisi qui speciali mandato nostro vocati fuerint :) ad præfatum Conventum sub pœna Apostasiæ aditum interdicimus. Ut autem omnia hæc, quæ intendimus cum maiori Dei Gloria, Provinciæ emolumento, et unius cujusq vestrum Patres ac Fratres Dilectissimi, bono Spirituali eveniant. Recurrite omnes ad Deum, à Quo Sancta desideria, recta Consilia, et justa sunt opera, et a Quo

et a Quo est omnis sufficientia Nostra. Hunc in finem injungimus Superioribus Localibus sequentia peragenda. 1º Ut duabus ante Congregationem hebdomadis fiant Suffragia consueta. Ipsa vero die Congregationis post Primam Canonicam in unoquoq Conventu decantetur Solemniter Missa Votiva de Spiritu Sancto ad Intentionem Congregationis, in qua omne Fratres Clerici et Laici communicabunt. Patres autem Sacerdotes in Missis privatis superaddent Collectam de Spiritu S. exorantes omnes Divinam Majestatem, ut Nobis de bono communi Provinciæ cogitantibus, suæ Voluntatis Consilia inspirare dignetur. Concedimus hac die electionem liberam Confessarij, dantes cujlibet sic electo, et pro Religiosis approbato, pro hac sola vice potestatem absolvendi a Reservatis Nobis. 2do. Ad Omnia quæsita in Schedis relictis fideliter respondeant, cum subscriptione Patrum Discretorum, quos obligamus, quatenus perseipsos Regestra Missarum, Elemosynæ perceptæ et expensæ, omniaq Inventaria et Officinas, diligenter, et non perfunctorie revideant, nec se subscribant ad narrationem tantum simplicem alicujus. 3tio. De Celebratis fideliter Missis, tam Superiores quam alij Sacerdotes, juratum Testimonium a se subscriptum remittant. Similiter testimonium Fratrum Clericorum et Laicorum de persolutis Suffragiis et aliis Officiis, et precibus debitis transmittant. 4to. Patres Resolutores Casuum Latinorum dabunt Testimonium an et bene resolverint ipsos Patres Confessarii. Patres item Lectores omnium Studiorum dabunt Testimonia fidelia tam de moribus quam de profectu in Studio suorum Discipulorum, et num aliqui illorum sint digni promotione ad altiora studia, vel etiam indigent alio studio. 5to. Exhortamur omnes in Domino, quibus de uno Conventu ad alium mutari contigerit, ut abeant pedester, prout Regula S. præcipit, et quemcunq infirmitas aliqua coegerit ad equitandum habeat super hoc Testimonium a Discretis subscriptum præsentandum Nobis in Visitatione futura, de quo investigabimus, et transgressores puniemus. 6to. Prohibetur Superioribus Localibus, ne sub finem Anni frustra dilapident elemosynam pecuniariam, neque eam concedant Subditis in futurum indifferenter servandam, sed tantum pro necessitatibus præsentibus expendendam, si hæ veræ sint et convenientes Statui nostro, de quibus interrogare debent, et eas cognoscere. 7mo. Recommendamus deniq iisdem Superioribus, ut juxta Statuta revideant Sportas Fratrum, sive recedentium, sive advenientium, superflua, pretiosa, etiam conventia tollant, et easdem Sportas transmittere curent ad conventum mansionis Fratrum. Ad hæc notificamus Vobis Patres de Fratres Dilectissimi de morte Admodum R. P. is Dyonisii Kowalkiewicz Patris Provinciæ S. Antonii, olim Commissarij et Visitatoris Generalis Nostræ Provinciæ. Cui Patri Emeritissimo quoniam in Capitulo Cracoviensi celebrato Anno Domini 1780. in recompensationem, Ipsius Laborum pro bono communi Provinciæ Nostræ subitorum, appromissa sunt Suffragia integra. Igitur demandamus, quatenus in Unoquoque Conventu quilibet Sacerdos tres Missas absolvat pro Eodem Admodum R. P. re Dionysio, quilibet Fr. Clericus tria Officium Defunctorum, quilibet Fr. Laicus ter centum Pater et Ave, et totidem Requiem dicat. Præterea in quolibet Conventu Missa de requiem cantetur, et Officium Defunctorum in Choro a Communitate persolvatur. Has Literas Nostras omnibus Patribus ac Fratribus intimabunt Superiores, contenta in eis lingua vernacula fideliter explicabunt, Protocollis bono expresso charactere ingrossari facient, et ad viciniorem Conventum, sine mora transmittent. Valete in Domino Patres ac Fratres Dilectissimi, pacifici, quieti et in Divinam Voluntatem integre resignati, Memores in Orationibus Vestris Necessitatum Ecclesiæ Sanctæ, Ordinis Nostri, et Provinciæ, nec non Nostri ac Benefactorum Nostrorum. Datum in Conventu Nostro Sæ Annæ. Die 10. Maij Anno Domini 1799no.

Fr. Eustachius Ref. Mnr Pr lis. mpp.

Fr Eustachius Adamowski Ord: Minorum S. P. N. Franc Reformator Provinciæ S. Smæ V.: MARIÆ Angelor Minister Provincialis & Servus.
Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venrdis, Vnrdisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem in Domino copiosam.

Cum Status Noster in altissima paupertate fundatus exigat, ut necessitatibus nostris Nomine Optimorum Benefactorum Substituti provideant. Æquum tandem est; ut Illis qui tanta misericordiæ circa nos exequendum onus pro amore Dei

susceperint, debitum à Nobis gratitudinis recipiant testimonium. Hoc motivo ductum fuit Venerabile Definitorium in Capitulo Stopnicensi congregatum Anno Dñi 1786. atq Spectabili Domino Stanislao Jadowski Incolæ Mirovicensi Substituto Benefactorum Conventûs Nostri Vinczoviensis in debitæ gratitudinis pensum, dato Eidem in hanc fidem Instrumento post fata Ipsius absolvenda promisit Suffragia. In ipso quidem Conventu Vinczoviensi integra trium dierum tanquam pro Fratre. In alijs vero Conventibus Officium Defunctor à Communitate qualibet respective in Choro recitandum. Postquam igitur certi facti sumus de obitu Spectabilis Domini Stanislai Jadowski præsenti Nostrarum Litterarum serie injungimus Locorum Superioribus ut in levamen animæ p. d. Stanislai Suffragia prænarrata juxta obloquentiam citatæ sponsionis illico persolvi curent & efficiant. Insuper exhortamur Singulos Patres et Fratres Provinciæ Nostræ ad charitativa Ejusdem pie defuncti Stanislai Animæ exhibenda per pias ad DEUM preces suffragia, qui præstitis addictissimo Corde Conventui Vinczoviensi per plurimos annos officijs, nostros sibi bene promeruit devictos animos in summo æternitatis negotio succursuros. Valete in Domino Patres ac Fratres Dilectissimi. Nostri ac Benefactorum in suis Orationibus memores. Præsentes Litteras Nostras Communitatibus publicatas Prothocollis ingrossatas remitti faciant juxta ordinem Cursoriæ. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad ædes Sti Casimiri Confessoris. die 6ta Mensis Augusti 1791. Anno.

Fr. Eustachius Rfo: Mister Provincialis.

Fr. Eustachius Adamowski Ordis Minorum S. P. N. Franci Reformatorum Provinciæ Ssmæ Virgs MARIÆ Angls Minister Prlis & Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto JESU Fratribus Salutem à Domino.

Quam primum Ministerialis Officij humeris Nostris impositum onus de manu Gubernantis Divinæ Providentiæ accepimus, illud Spiritus Sancti Oraculum intelleximus ad Nostræ humilitatis Personam dirigi. „Ecce constitui te„ „ „ ut evellas & destruas & disperdas, & dissipes, & ædifices & plantes Jere: 1. Non inaniter etenim velut intumescentis vaporis instar Supremum in hac Provincia DEUS ordinavit Nos ascendere gradum, ast cum dignitate Rectoris super commissam Familiam, junxit simul gravissimas obligationes Pastoris ovium, Speculatoris domûs Israel, de cujas manibus sangvis pereuntium Animarum, quarum cura ac regimen Nostræ vigilantiæ concredita sunt, ni strenue invigilemus, & annuntiemus quæ annunciari oporteat, tremende inquirendus sit Ezech: 3. Quapropter, utut non semel sub tanto obligationum pondere ingemuimus hisce vel maxime temporibus spectantes communem fere morum, etiam ad Sancta sese insinuantem corruptelam, perterriti, ne Noster quoq Minoriticus pusillus Grex, grassanti ubiq scandalorum inficiatur peste, ita omnem in id curavimus enixe intendere conatum ut muneri Nostro respondendo partibus efficaciter provideremus, quod si aliqua pravarum consvetudinum folia jam in altum radicari cæperint, omnino evellantur. Si vitiorum structuræ, super Sanctæ Observantiæ ruinam ædificari apparuerint, funditus destruantur. Si novæ adinventiones puritati Regulæ è diametro opposita renituerint in nihilum disperdantur. Imò etiam minimæ contingentium defectuum atomi quamvis tenuiter ad obfuscandum nitorem Nostræ Professionis combinari attentaverint, illico in suis principiis dissipentur. Hoc est etenim! quod muneri Nostro fecit intimari Divina Authoritas„ „ Constitui te„ „ „ ut evellas, & destruas & disperdas & dissipes. Parum est, & ædificare insuper jubemur. salutaribus monitis super immobilem Petram Evangelij JESU Christi stabilem professæ Regulæ observantiam, conformesq Sanctæ Professioni in animis singulorum plantare Virtutum flores. Additur etenim. ut ædifices & plantes

Huc directi sunt omnes passus et gressus, quos perfecimus in visitandis Conventibus elapso anno Ministeriatûs Nostri. Siquidem contestari Vos non

erubesco, quomodo sive exhortationibus publicis, sive privatis monitis, sive datis pro opportunitate circumstantiarum aliquibus praeceptis, annuntiaverim Vobis Patres ac Frs Dilectissimi Verbum DEI, explicuerim Ejus voluntatem in sanctificandis vobis, manifestaverimq: quomodo Vos ambulare oporteat ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Huc collimarunt conatus Nostri in convocandis Dignissimis Patribus Venerabilis Definitorij pro celebranda /: prout nuper celebrata est :/ Annua Congregatione, ut convenientibus Nobis in unum, per Spiritum Sanctum illa stabiliantur, & decernantur pro Vobis & de Vobis Patres & Frs Dilectissimi, quae Vestrum singulorum Saluti, strictioris Observantiae muniminj Supremiq Numinis Gloriae promovendae, magis opportuna fuerint. Ne putetis ergo Patres ac Frs Dilectissimi sterili ac inani prorsus consvetudine ductos Nos fuisse in permutandis aliquorum Officiis, aliorum vero etiam immutando habitationis loco frivole occupari fuisse. Non putetis /: iterum assero :/ turnanti ambitione inflatos, ad ostendendam Nostrae duntaxat Authoritatis jurisdictionem; pro suo genio aliquas Vobis praescripsisse Leges. In permutandis denim Officiis credite! justitiam habuimus prae oculis, in transmutandis Fribus de loco ad locum, Conventuum necessitas, Fratrumq salus Nobis praesto fuit. Statuendaq nonnulla, ipsa opportunitas conservandae puritatis Regulae & conscientiarum Nobis ultro dictavit. Et in his omnibus respicite Patres ac Frs Dilectissimi Nos quam plurimum paci, felicitati & vel maxime Saluti Vestrae allaborare voluisse.

Praecipuum Nostrum intentum erat: ut singulorum Conventuum Superiores praficeremus Viros Religiositate praeditos, zeloq ferventes Qui licet prae humilitate Sceptra regiminis abhorreant prae Charitate tamen DEI & Proximi omnibus omnia cum Apostolo vellent fieri, ac prae amore suae Professionis aliis bonarum Virtutum splendore praelucendo, omnibus svavitatem Legum medullitus commendarent. Tales inquam quaesivimus Viros, quibus officium Gvardianatus in singulis Conventibus committeretur, ac quibuscum Nos sarcinam Nostri Regiminis divideremus. Non ignoramus denim quantum Spiritualis commodi participent illae Communitates quibus prodest dum praeest bonus Superior. Superior /: inquam :/ Spiritu DEI plenus qui caeteris iter Religiosae vitae exemplariter demonstrat Zelo observantiae accensus, qui cum prudentia nunc benigne, nunc severe, nunc blandis motivis, nunc asperis etiam incitamentis sibi subjectos in viam Salutis dirigere noscat. Talem Superiorem Subditus honorat cum reverentia, veneretur cum amore, in omnibus auscultatur cum pietate. E contra Superior Spiritum DEI in se non habens fiet subditis lapis offensionis & scandali. Superior Zelo Observantiae non praeditus defectibus Fratrum, imo, quandoq gravioribus astuta quadam benignitate dissimulans, erit tanquam canis mutus non potens latrare, cui Ve, indicitur, & in Subditis relaxatio sequitur. Vos itaq cum omni quo possum fervore ac zelo alloquor, atq in Vulneribus JESU Christi obtestor Honorandi Patres Locorum Superiores invigilate Gregi, super quem mediante Nostra authoritate Dominus posuit Vos Pastores. Recordemini quod vigilantiae Vestrae concrediti sunt, non thesauri, aut fluxae opes, sed Animae Religiosorum pretiosissimo Sanguine Filii DEI redemptae, ab Eoq singulariter praedilectae, Quarum et si una per Vestram incuriam perierit DEO Supremo Judici strictissimam redditurj estis rationem. Satagite ergo Regulae Sanctae Praecepta singulosq Nostrarum Legum apices ad amussim observate, ut sic facilius & felicius in Subditis quoq efficiatis observari. Accingite robur, rigoremq disciplinae arripite manibus contra nolentes acquiescere Legi atq a tramite suae Vocationis aberrantes. cum usq adeo persvasum sit, conniventiam Superiorum esse causam relaxationis in Subditis, proh! ne sit etiam causa aeternae

damnationis illorum. „ „ „ Ut ergo tam Superiores quam Subditi in suis Officiis justa gratiam Vocationis digne contineant Venerabile Definitorium censuit, non tam noviter ordinata, quam potius ea, quae Praecepta DEI mandant, Regula Seraphica jubet, antiquae Leges Nostrae praescribunt & ipsa ratio dictat necessario esse commendanda Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi omnino adimplenda proponere. Et quidem:

Imo Patres Guardiani curent bono exemplo suis Communitatibus praelucere. Chorum die noctuq; frequentare. Zelum Observantiae prudentem habere. Charitatem omnibus demonstrare. Utantur consiliis Patrum Discretorum in negotiis occurrentibus, nec tradant absq; Eorum scitu ex Conventu res majoris momenti. Redeuntes Fratres ex forensia ad Conventum examinent semper, an aliquid mali non viderit unus in alio. Temporibus praescriptis in Statutis visitent cum Discretis Cellas Fratrum, & revideant, superflua & inconvenientia tollant. Non emittant frequenter ex Conventu Fres, ne in Spiritu Religioso tepescant, sed quantum possibile negotia per epistolas expediant. Non portent in via penes se pecuniam pro expensis necessariis faciendis: neq; id permittant aliis Fratribus cum hoc sit contra Regulam Nostram, sed ea sit penes Dnũ Substitutum, vel ab eo designatum. Nomine autem pecuniae intelliguntur etiam Bancozettle. Non habeant permanenter in Cellis suis crematum; neq; retineant Vinum in ambitu Superiori, sed in Cellario, neq; tractent inibi Saeculares quia exinde sequuntur scandala & inconvenientiae contra Praecepta DEI. Pro Saecularibus excipiendis sunt apud nos Forasteriae. Pro recreationibus nostris nocturnis, & pro Strena non invitentur Saeculares, & Strenae oblatio fiat ante Epiphaniam die aliquo bene viso. Ut jam ordinatum fuit. Post coenam in Epiphania adhortentur Fres verbis efficacibus ad Benedictam servandam, cum non vix aliqui eam jejunant, & jejunantibus subministrent commodas portiones prout permittit nostra paupertas. Abstineant in Collatione a conceptionibus & exaggerationibus, super defectus Frum, sed has faciant, si opus est in Prandio semotâ passione. Curent deniq; Superiores Locales, ut pro Visitationibus Nostris Canonicis omnes Fres sint in Conventu praesentes, proinde non mittant illos extra Conventũ ad longum tempus, sed ad summum ad tres hebdomadas justa Ordinationes antiquas. „ „ „ „ „ 2do Patres Praedicatores sedulo suo Apostolico Officio incumbant, Lectioni Librorum Latinorum insistant, omnes Conciones fundatè & ad aedificationem audientium scribant. Chorum frequentent, pro Matutino surgant justa praescriptum Statutorum. Proinde non occupentur clavibus ad cellarium sine expressa licentia AR. P. Provincialis, cum per hoc non possunt debitè suo Officio incumbere, & sanitatis suae detrimentum aliqui patiantur. Caveant etiam ne oblatam Eleemosinam pecuniariam pro Concionibus suis sibi approprient, nam secundum Regulam Fratres sibi nihil appropriare debent. Talis itaq; Eleemosina ad communem perceptam redigatur pro necessitatibus Conventûs. Et si commode potest Superior Loci aliquam partem illius concedere pro re aliqua necessaria, concedat humiliter petenti, secus non.

3tio „ „ „ Quoniam nonnulli Patres Resolutores Casuum ex Regula, vel nunquam vel rarissime eos resolverint, ut compertum est ex Visitatione, ideo Venerabile Definitoriũ plurimum eis inculcat quatenus justa jam factas Ordinationes ejusmodi Casus semel in qualibet hebdomada ad resolvendum proponant, ut inde minus docti resciant, & docti in memoriam sibi revocent obligationes suas Regulares. Super quo invigilent Superiores Locales. 4to „ „ „. Patres Confessarij Sacramentum poenitentiae administrent cum omni Charitate, mansvetudine & prudentia, nec suos poenitentes offendant clamorose increpando, absq; necessitate diutius detinendo. Et inde etenim non tam zelus /: qui utique semper cum mansvetudine JESU Christi jungi consuevit :/ quam potius furor, phantastica passio, ac imprudentia nonnullorum Confessariorum merito incusatur, evenitq; non rarò quod plurimi Poenitentes Nostrates abhorreant, Sacrilegasq; quandoq; faciunt Confessiones & odium in Sacramentum Poenitentiae concipiunt. 5to „ „ „ Declarat Venerabile Definitorium, quod Patres Con=

fessarii habentes a reservatis, non possint pro se subdelegare, exceptis Superioribus Loci, qui-
niam hoc est probabilius & tutius, & ab inconvenientia praecavens, quae ex hac subdelega-
tione arbitraria nata est oriri. 6to " " " Ad continendos Juvenes in bonis mo-
ribus & reprimendam dissolutionem, decernit Venerabile Definitorium ne Fres Clerici in Phi-
losophia promoveantur ad Sacros Ordines, sed tantum ad Minores, & in Theologia ad
Presbyteratum non promoveantur nisi praeter sufficientem doctrinam, praebeant speci-
mina humilitatis, patientiae, pietatis: habeantq a Communitate bonum testimonium.
Demandatur etiam, ut Fribq Clericis rarissime, id est aliquoties tantum in Anno detur
Cremotum, ne habitum vitiosum acquirant, per quem & Sibi & Religioni noceant. Iidem
Fres Clerici praecipue non Professi, rarissime mittantur ex Conventu pro forensia, & non
nisi cum Socio exemplari, & ad breve tempus, ne ob conniventiam Superiorum hac in
parte depraventur, & ex Ordine ad Saeculum aspirent. 7mo " " " Tam Patres
quam Fratres non dissocientur a se in Forensiis, neq dormiant in diversis locis distan-
tibus sub poena Apostasiae. Caveant etiam, ne defectum visum in altero, coram aliis
in Conventu propalent, sed talem defectum deferant Ipsi Superiori. Cujus est defe-
ctus corrigere & obviare illis. 8vo " " " Serio prohibet Venerabile De-
finitorium ne Fratres mittantur extra Conventum pro quaestuatione frumenti in
curru conducto, quo de aula ad aulam equitent, hoc enim est contra Regulam,
& primaevam Nostrae Provinciae consvetudinem. Proinde hunc abusum si alicu-
bi irrepserit, omnino Superiores tollant. 9no " " " Non utantur
Fres prout Regula Sancta prohibet operimentis pedum, vulgo Sikarpetki
& Walkani sine expressa licentia Superioris, Qui indiscriminatim talem licenti-
am dare non potest, nisi attenta debilitate Fratris, vel manifesto periculo in-
firmitatis subsequendae. 10mo " " " Si Fratribus Infirmariis of-
feratur Eleemosina a Benefactoribus, haec reponatur apud Dnum Substituti
& in Regestris Perceptae Conventus omnino adnotetur. Nec de illa disponant
Fratres secundum suum velle, nam sic essent proprietarii. Sed si indigeant
speciebus medicinalibus, has procurandas committant Superiori. Qui eas
procurabit prout necesse fuerit. 11mo " " " Erga Fratres infirmos
tam Superiores Locales quam Fratres Infirmarii habeant charitatem, com-
modas portiones eis subministrent, & ita illis inserviant, sicut vellent sibi
serviri. Fratres autem infirmi curent habere humilitatem & patientiam
prout Regula Sancta eos admonet ne ingratos & male dispositos se exhibe-
ant. 12mo " " " In illis Conventibus, in quibus potest adesse suf-
ficiens concursus populi Conclusio devotionis Cordis JESU Feria VI post Octavam
Corporis Christi fiat cum Vesperis, expositione SSmi Sacramenti, & Processio-
ne, ad quem concursum debent exhortare populum, Patres Praedicatores.
13tio " " " Conformiter ad Rubricas declarat Venerabile, quod ad Ve-
speras cum expositione Sanctissimi Sacramenti: quamvis sine assistentibus
in Dalmaticis: Celebrans semper indui debet Albâ, & non Superpelliceo tan-
tum. 14to " " " Cum his calamitosis temporibus, ubiq sit
penuria & angustia, parcioribus etiam & Nos debeamus esse contenti; Igitur
pro his qui Vinum bibunt disponit Venerabile Definitorium: Ut Patribus
Officialibus duobus tantum diebus in hebdomada dentur duo vitra moderata
vini, tribus diebus unum, & duobus diebus careant. Patribus Confessariis Seni-
bus detur unum vitrum Vini per quinque tantum dies in hebdomada. Ju-
nioribus Confessariis tribus tantum diebus unum vitrum. Studiosis &
Lajcis junioribus absq Officio existentibus, unum vitrum in hebdomada.
Senibus autem & actu laborantibus Lajcis dentur duo vitra in hebdoma-
da. Ubi verò est penuria, aut immineat necessaria reparatio Conventus, non

omnino hæc Ordinatio est stricte observanda, sed prout possibilitas permiserit. Qui verò multum bibunt, quamvis paulò plura possint eis vitra dari ubi adest abundantia, luxus tamen omnino cavetur. Nec ullus Jure quodam prætendat, tot vel tot vitra sibi dari debere. Ad extremum, quæ a Capitulo immediate præterito sunt Ordinata, tum circa equitationem, cum quibus conditionibus sit permittenda, tum circa non transitum extra limites quæstæ absq; licentia Nostra, tum circa Fres Clericos nondum Professos, quomodo sint educandi, tractandi & exercendi, tam in Ceremoniis, quam in Exercitiis Spiritualibus, hæc exactissime observentur. De quibus omnibus, in futuris DEO dante Canoniis Visitationibus serio exquisituri sumus. In reliquo Patres ac Fres in Christo JESU Dilectissimi mutuam inter Vos Charitatem habete & servate, præsentibus Ordinationibus circa Vos & de Vobis peccati acquiescite, DEUM Præpotentem pro felici Statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Ejusq; Visibili Capite, pro Pace & concordia inter Principes Christianos, pro Ordinum Religiosorum, ac speciatim Nostri Seraphici Ordinis firmitate & incremento, pro Nobis quoq; Nostrisq; Benefactoribus jugiter exorate & bene valete. Has verò Litteras Nostras Ipsimet Superiores Locales postquam receperint suis respective Communitatibus plenis ad publicam mensam perlegi faciant. Linguâ vernaculâ punctatim ac intelligibiliter expliant. Prothocollis expresso charactere ingrossari curent. ac juxta Ordinem Cursoriæ à foris adnotatum transmittant. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes Sancti Casimiri Confess: Die 5ta Mensis Augusti Anno Domini 1794.

Fr. Eustachius Ref: Mnr Prlis.

Fr Eustachius Adamowski Ordis Minor S. P. N. Francisci Reformatorum, Provinciæ SSmæ Virgs MARIÆ Angelor. Minister Provincialis & Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Vnrandis, Vnrdisq; Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem copiosam à Domino.

De morte lugubri sermo meus ad Vos Patres ac Fratres Dilectissimi. De morte quam nemo Principum Terræ evitare potest, quæ Viros alias optime meritos, de gremio viventium tollit. Cujus tela mœrore afficiunt post fata Benefactorum tristi in Statu orphanos, quæ tamen erga abreptos ad limina æternitatis in superviventibus nequaquam grati animi debet extinguere sensum. Quod si Vobis notum fieri conaremur unum de Proceribus vitâ cessisse, communemq; Omnium mortalium attigisse metam; diceritis proculdubio: completum est in Illo stabile circa exitum hominis Supremæ dispositionis oraculum, quod afficit ne dum infimam egenæ plebis classim, sed Summos quoq; Magnates Orbis inevitabiliter tangit, quibus etiam dictum est: Et Vos sicut homines moriemini. „ „ „ Verum qui hæc dicitis, qui hæc cogitatis, considerate simul velim fluxas Mundi opes, umbræ instar pereuntes Mundi honores, omniaq; quæ hic incautos forte decipiunt morte Magnatum discuntur esse nihil. Unum duntaxat cuilibet restare: Supremi Judicis ad Tribunal citari oportere, ibiq; cunctorum vitæ operum strictissimam fore reddendam rationem, alterum tandem: hucusq; sibi ignotam de sortis æternæ Statu percipere sententiam, decernentem unicuiq; secundum opera sua. Erudimini igitur nihil quidquam profuturum homini de illis, à quibus implacabilis mors separat in ævum. Discite meritorum incessanti studio cumulare thesauros, quibus in æterna tabernacula Vobis panderetur aditus. Intelligite non habere non habere Nos hic manentem Civitatem, cum Divites ac Potentes mortis impulsu hic exulare coguntur. Sic raptus est de gremio viventium in æternitatis Oras Vir Nobilitate Magnus, Illustrium Familiarum nexu præclarus, pluribus in Regno Dignitatum Officiis exornatus, Abbatiali in Religione Eminentia splendidus, pro Patria & Civium commodis maximo labore indefessus, pro Religionis flore & incremento optimis curis assiduus. Vir inquam simplicibus, Consiliis, Authoritate, zelo, laboribus, gratiis humanitate unicuiq; Statui optime meritus Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Christophorus Bo

goria Skotnicki, Canonicus Cathedralis Cracoviensis, Sacri ac Exempti Ordinis Cisterciensis Abbas Coprivnicensis, nec non Ordinis S[ti] Stanislai Epis: & Martyris Eques, Nostri Conventus Sublinensis Syndicus Apostolicus ac Benefactor Munificentissimus ultimum mortalis vitæ clausit periodum.

Quis igitur tanti Viri mortem sine tristi animi percipiet sensu? aut quis Tanti Viri obitum sat profusis lacrymis deplorare poterit? cernens in uno Viro tam multa desiisse publicis utilitatibus prælucentia Meritorum specimina? Plangent Illum certè, quotquot in amicitia Ejus consolati sunt, quotquot suo Nomini spectarunt ab Illo advenisse splendorem, quotquot Illum norunt tantis Dignitatum honoribus ac Officiis optimè ac salubriter functum fuisse. „ „ „ „ Nos autem quos per multa beneficia sibi specialis quodam nexu vinculi obstrictos ac devictos piè defunctus Illustrissimus Abbas effecit, insensibiles corde tristem mortis Ejus acceptabimus Nuntium? Absit à nobis tam degener sensus. Hac etenim revocata veniunt in mentem Toti Provinciæ, ac ideo singulis Vestrum non ignota, pluribus autem Conventibus sat abundè exhibita Ejus larga Beneficiorum munera. Huc accurrit propensissima Cordis Ejus erga Ordinem Nostrum inclinatio, ut nihil sibi jucundius putaverit, quam Fratrum Nostrorum uti consortiô, illosq; in sua Domo munificentissimè non minus quam amicabiliter fovere. Huc sese tandem insinuat fervens Amore Ipsius conatus, ut à Nobis Pater, Protector, Tutor, conformiterq; Statui Nostro Syndicus Apostolicus adsisceretur, quo Munere quanto erga Nos affectu, quanta animi grati ostentatione, quanto pro Nostra Reformatæ Provinciæ optima fama, zelo, quanto bonum Nomen Fratrum Nostrorum ubique promulgandi studio politus sit; plus tamen addictissimum Nobis Benefactorem amisisse dolorosa mente ingemiscere quam accurato Sermone explanare possumus. Credo Vos itaq; Patres ac Fratres Dilectissimi super hunc Virum virtute decorum, meritis præclarum, tandem jam defunctum longa doloris geminare suspiria. Credo Vos in amissione tanti Benefactoris, ac ut sincerius dicam, amantissimi Patris irrecuperabile sentire damnum. Sed quis potentias Domini præfigentes unicuiq; hominum vitæ terminum subvertere conabitur? Sublatus est a facie nostra Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Abbas, cujus vultus fuit consolatio nostra, cujus Authoritas fuit Nostrum decus, cujus opes fuerunt nostra abundantissima portio. Quid ergo? erit ne ideo sublata memoria Ejus de cordibus nostris? Ah! Qui nobiscum dulce habuit conversari, sequamur hunc ad Æternitatis Januas, noscat ibidem nos sibi devictos, Qui nos sua authoritate fovit, opibus juvit ac pavit. Sequantur hunc Vota Nostra in dissitas Æternitatis Regiones, noscat ibidem vividæ gratitudinis sibi a nobis exhiberi pensum. Seu tollite in altum corda Vestra piis accensa fervoribus. Exoptatæ animæ piè defuncti Benefactoris Nostri refrigerii Sedem, luminis claritatem, ac Supremam Beatitudinis Gloriam. Novit sibi placare Justitiam, conciliare Misericordiam DEI, æternæq; felicitatis mercedem promereri, Sanctis Christianæ Religionis operibus dum stare[3] in vivis piè defunctus Abbas Illustrissimus, sed quia et Nos quam plurimum suffragari sibi devicit. Præstemus quod ne dum amor insinuat, sed quod et ipsa Justitia exigit. Habita itaque ratione innumerabilium ferè Beneficiorum Nobis præstitorum ab Illustrissimo ac Reverendissimo Dnô Abbate postquam Illius munificentissimis auspiciis Conventum Sublinensem commendavit, collatô Illi ejusdem Conventûs Syndici Apostolici Instrumento in Signum propensissimæ gratitudinis Venerabile Definitorium Annô Dñi 1792 in Capitulo Sandomiriensi decrevit post fata integra absolvenda Suffragia. Tandem Speciali suæ Largitatis munere, Idem Illustrissimus ac Reverendissimus Abbas Nostram Gratitudinem sibi promeruit, ut Venerabile Defi-

nitorium Anno 1790 in Capitulo Pinczoviensi iterum debuerit moveri ad altera Suffragia Eidem Illustrissimo adjudicanda post fataq Ipsius persolvenda. Itaq praesentibus declaramus pro anima pie Defuncti Illustrissimi Christophori Skotnicki in unoquoq Conventu Provinciae Nostrae duplicia debere Suffragia fieri. Videlicet: Quilibet Sacerdos Sex missas absolvat pro anima Ejus. Quilibet Clericus Sex Officia Defunctorum recitabit. Quilibet Fr. Laicus Sexcentum Pater & Ave, & totidem Requiem aeternam tenebitur recitare. Insuper bina vice post Completorium recitabuntur in Choro Officia Defunctorum, & Duae Missae cantabuntur de Requiem pro hoc Nostro insigni Benefactore. Haec ubi Vobis praescripta absolveritis Suffragia rogate DEUM Praepotentem Patremq Misericordiae clia aliis e Corde propenso fusis Orationibus ut animam p. d. Illmi Abbatis ad lumen Gloriae quantocius ducat. Superstites Nostros Benefactores incolumes semperq felices in longaevos annos conservet. Ecclesiae Sae pacem, ac tranquillitatem restauret. Principibus Christianis concordiam finemq bellorum acceleret. Summum Pontificem Nostrum Pium VI dextera Potentiae Suae protegat. Nobis quoq Gratiae Suae dona largiri dignetur. Praesentes demum Superiores Locorum Communitatibus Suis respective publicari & recommendari curent. Prothocollis ingrossari faciant, & ad Viciniorem Conventum remitti sine mora. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes Sti Casimiri Conf: die 17. Mensis Augusti 1799 Anno.

Fr. Eustachius Ref: Mnr Provlis

6. Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Minorum S.P. N. Francisci Reformatorum Provinciae SSmae Virgs MARIAE Mor. Minister Provlis & Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Vndis, Vndisq Patribus ac Dilectissimis in Xto JESU Fratribus Salutem, Copiosamq Caelestis Consolationis Gratiam.

Venimus tandem ad illum plenum moerore orphanitatis Statum PP. & Fres Dilectissimi, quod ubi nondum satis deflevimus propria Sede pulsum eundem totius Christianitatis Patrem, Summum in Terris JESU Xti Vicarium Pontificem O. M. Pium VI nunc demum cum novo lacrymarum profluvio, cogimur tristem de Ejus morte acceptare Nuntium. Divina certe provisum fuerat dispositione pro bono Suae totius Ecclesiae, inter tot, tantaq rerum discrimina, temporum vicissitudines, negotiorum arduitates, atq postremo intolerabiles persecutionum ac exilii jacturas ad provectam usq aetatem, & Saeculis retroactis, nondum praeciventam, super Cathedram Petri dominandi annorum Seriem in Pontificatu fuisse conservatum p. m. Pium VI. Hunc DEUS elegit, Suaq dexterâ potenti corroboravit, ad perferendas undiq irruentes calamitates, posuitq in Clypeum turrimq munitam: ne plurimi hostium insultus Ecclesiae nocerent; ne Grex ille Fidelium, scandalum ac cladem pateretur; atq nullis infortuniis victum contuens Catholicus Orbis Pontificem, Divinam Providentiam naviculae Petri studiosius invigilare gauderet. Ita: quodlibet a plurimis annis ingemiscere oportebat Patrem Christianitatis, pro Ecclesia, ac Religionis integritate maxima perpeti; nihilominus exultandi non modica fuit ratio: Senioculum Gratiâ Caelesti suffultum, omnibus quae Xti Vicarium par fuerat, virtutibus, ac tantas circumstantias accommodatis praeditum, nullis adversis cedere in Persona JESU Xti Ecclesiae curam gerere, Ejusq Catholicam unitatem, Veritatem, ac Sanctitatem sua sorte manifeste comprobare. Placuit demum Supremo Numini, quod Ille fortis Pontifex verusq primaevae Sortis Apostolorum imitator morte occubuerit; ac post importabilia fere humanis viribus supportata onera tandem aeternam ingrederetur requiem. Proch! sine gemitu! cordisq intrinseco dolore quis tanti Pontificis cogitaret mortem? certe totus Christianus Orbis vigilantissimo Pastore, Patre amantissimo orbatus ingemuit, ac usquemodo lacrymatur. Nostros verumtamen animos prae caeteris dolore omnino necessarium est, quibus p. d. Pontificis erga Seraphicum quem profitemur Ordinem manifesta fuit singularis propensio. Quantae Gratiae Nobis exhibitae de plenitudine Ejus Potestatis

quantus pro decore Minoriticæ Religionis, sub Ejus Pontificatu adauctus Beatorum fastis inscriptorum numerus? quam plurima pro tuenda Ordinis integritate hujus Optimi Pontificis solicitudo fuerat? quis enarrare poterit? Illoq defuncto, quis sine dolorosis suspiriis recogitare valebit? His itaq motivis compulsi, prater debitum Sedi Apostolicæ ac JESU Christi Vicario nostræ teneritudinis affectum, singularis gratitudinis noscimus nos obstrictos esse vinculo, ut Eundem Optimum Pontificem quem in viris amantissimum venerabamur Patrem, defunctumq Pium VI piissimis cintamus prosequi Suffragiis. Quapropter conformiter ad Statuta Nostra injungimus ut pro Anima p. m. Pii VI. in quolibet Conventu Officium Defunctorum recitetur in Choro ac Missa decantetur. Quilibet Sacerdos tres Missas celebret, Quilibet Clericus ter Officium Defunctorum dicat. FFres vero Laici ter centum Pater & Ave, totidemq Requiem &c orabunt. Ac insuper unusquisque pro sua pietate efficacissima Suffragia ferre curabit, ut anima defuncti Pontificis Beatorum Pontificum Sedes obtineat.

Et ut DEUS T. O. M. Qui nos in morte tanti Pontificis contristari voluit quantocius consolari dignetur in Electione novi Universalis Ecclesiæ Pastoris, exhortamur Vos PP. & FF. Dilectissimi! ut humiles ad DEUM effundatis preces, quatenus S. Spiritus Gratia sic Eminentissimorum Cardinalium Electorum in unum dirigat Vota, quod nullo Schismate admisso, Ille futurus eligatur Pontifex qui sit juxta Cor DEI ad regendam Ecclesiam idoneus, ad inimicorum Ecclesiæ iniquos debellandos conatus præpotens, malisq omnibus Sanctæ Religioni in dies imminentibus, efficacissime avertendis fortis ac invictus. In quem finem mandamus ut a præsentium Litterarum publicatione in unoquoque Conventu, quilibet Sacerdos septem continuo subsequentibus diebus in Missa addat Collectam de Spiritu S. ac per totidem dies Suffragia ad Missæ Conventualis finem dici solita, ad præfatam intentionem devote applicentur. Has Litteras Superiores Locales Communitatibus publicatas ac explicatas Prothocollis ingrossatas, ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ à foris notatum quam citissime transmittant. Valete PP. ac FFres Dilectissimi, necessitatum Sæ Matris Romanæ Ecclesiæ memores. Orate etiam pro Regibus, Principibus totoque populo Christiano. Mei quoque in Vestris Orationibus nolite oblivisci. Datum in Conventu Nostro Lublinensi ad S. Casimirum Die 8va 9bris A. D. 1799no

Fr Eustachius Ref. Mnr. Prlis

Fr Eustachius Adamowski Ordinis Minorum S. P. N. F. Reformatorum Provinciæ Smæ Virginis Mariæ Angelorum Mnr Prlis et Servus Adm Rndis, Rndis, Multum Vndis, Vndisq Patribus, ac Dilectissimis in Chro Jesu Fratribus salutem a Dno

Non possumus satis mirari Divinæ circa nos dispositionis Providentiam quæ nostræ paupertati per investigabilia indies succurrendo media, ita plurimorum erga nos dirigit animos, ut alij largo beneficiorum munere nostram sublevare inopiam sibi Religiosæ ducant pietati, alij non minus magno honori si sua Authoritate nobis quodammodo patrocinari facultatem acquisiverint. Certe Dnus nos regit PP. et FF. Dilectissimi, et nihil nobis deesse, licet si dimisimus omnia, cum summa erga Deum providum gratitudine fateamur necesse. Quod sicut nos ad ferventius servitium Dei, perfectioraque virtutum incrementa excitare debet, ita erga bene affectos nobis mutuam vicissitudinem rependere docet atque stimulat. Fuit talis vir Patriis nominis insignis Illrmus Dnus Petrus Małachowski Palatinus Cracoviensis Ordinum Aquilæ albæ et S. Stanislai Eques. Qui pio erga nos ferebatur affectu, et cui nos tum ob præstita beneficia, et singularius ob susceptum Syndicum ~~Apostolici pro nostro Conventu Sołecensi~~ mu

munus facti sumus debitores in exhibendis grati animi votis. Quem cum Deus in senectute optima mortalem vitam exuere, aeternamque induere mandaverit, nunc vel maxime nostrum interest, ut studiosius incumbamus, quatenus illius immortalis vita, a justissimo simul ac strictissimo Judice Deo suprema donetur felicitate, ac beatitudine. Quare injungimus, ut pro anima pie defuncti Illmi Petri Malachowski in Conventu Solecnois: cujus fuerat Syndicus Apostolicus:/ absolvatur Officium Defunctorum cum Missis 10 e quibus una cantetur. Patres tribus diebus faciant Memento animae pie defuncti Petri. F.F. Clerici, semel Officium Defunctorum, Laici 50 Pater et Ave, totidemque Requiem pro eadem anima recitent. In alijs vero Conventibus Officium Defunctorum dicatur Missa una cantetur, ac insuper Sacerdotes quo ad Memento, Clerici et Laici prout Conventui Solecnii praescribitur adimpleant. Mandamus Patribus locorum Superioribus, ut praesentes literas Protocollis ingrossari curent, suisque respective Communitatibus publicatas ad viciniorem Conventum juxta cursorium Ordinem a foris notatum transmittant. Valete P.P. et F.F. Dilectissimi pro necessitatibus S. Matris Ecclesiae, Concordia Principum Populi Christiani salute; ac etiam pro nobis nostrisque benefactoribus Divinam exorantes clementiam, quemadmodum et nos vobis ad initium anni per suavissimum nomen Jesu caelestium gratiarum abundantiam in longaevos annos paterno affectu precamur. Datum in nostro Conventu Pinczoviensi ad Aedes Dnae vis Mariae salutantis Elizabeth. die 1a Januarij anno 1800

Fr Eustachius Ref
Mnr Prlis mpp

Fr. Eustachius Adamowski Ordis Minor S.P.N. Francisci Reformator Pvia Ssmae Virgs. MARIAE Angelorum Minister Prlis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Vndis, Vndisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem a Domino.

Fecimus jam Vobis significari PP. et FF. Dilectissimi de obitu Ill. Dni Petri Malachowski Palatini Cracoviensis, ac Nostri Conventus Solecensis Syndici Apostolici, adq ex motivo talibus Personis debitae gratitudinis, certa in unoquoq Conventu pro anima Ejus designavimus Suffragia. Cum tandem serius ad nostram perventum sit notitiam p.m. Ill. Dnum Petrum Malachowski morti jam proximum munere praestiti beneficii Nostram sibi obstrinxisse Provinciam, quatenus postquam fatis cesserit, tum pro Sua tum pro Sua prima Consortis anima per Nostrates DEO Supremo Vindici placationis offerantur Sacrificia. Nos itaq conformiter ad ultimam Voluntatem praefati p.m. Ill: Benefactoris ordinamus, ut pro animabus Petri et Cordula, in quolibet Conventu 50 Missae absolvantur. Eo igitur ferventiori Spiritu praenominatis animabus de Sacro Altari opem feramus, quo nedum gratitudinis sed et justitiae stringit nos ratio. Praesentes vero Litteras Patres Locorum Superiores Suis respective Communitatibus recommendatas, Prothocollis ingrossatas, ad Viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum transmittant. Valete PP. et FF. Dilectissimi, pro necessitatibus Sae Romanae Ecclesiae, Principum concordia, Populi Christiani Salute pro Nobis etiam ac Benefactoribus Nostris Divinam exorate clementiam. Datu in Nostro ad S. Annam Conventu Die 14. Januarij 1800 Anno

Fr Eustachius Refs Mnr Prlis

Fr. Eustachius Adamowski Ords Mnr S.P.N. Francisci Refr Prvae Ssmae Virgs MARIAE Angelor Minister Prlis et Servus.

Admodum RRdis, RRdis, Multum Vndis Vndisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem a Domino.

Futuris providere necessitatibus Mundanorum etiam bonorum

sollicite ut plurimum adlaborare solent, ne quando sors instabilis illos fallat, Speq; commoditatum frustrentur. Stupendum nihilominus est ut effatu Salvatoris, quod Filii hujus Saeculi prudentiores sunt filiis Lucis. Luc: 16. Complurimi Fide JESU Christi illuminati de imminenti post mortem aeternitate hominis, nihilominus statui tam inevitabili, & a bonis operibus vitae totaliter pendenti prospicere non curant. Ultimam diem in quo pendet aeternitas occultam nobis ipse voluit Deus, ast simul invigilare mandavit, ne vitiorum somno torpentes atq; concrediti talenti lucrum negligentes, malam vitam pessima concludamus morte. Spe nuptiarum Agni mentes nostras erigit Deus ast simul praemonet ne cum fatuis Virginibus otiô bonorum operum carentes Sponsi Caelestis Januam nobis praeclusi infelices plangamus. His atq; aliis centenis exhortationibus monemur congerie virtutum, velut quodam praestito pignore aeternae Salutis nobis certificare Statum.

Verum etsi hocce depravatô Saeculô vix memores aeternitatis reperiantur mortales (: proh! ne id etiam de Religiosis horrende verificetur :) sunt tamen Gratiâ Divinâ praeservati in tali tempore et immunes, qui needum ipsi in studio perfectionis vigilant, oleum charitatis ne desinat, sedulò attendunt, atq; ignotâ horâ venturo Domino reddendae rationi sese paratos exhibere quotidie incumbunt, sed insuper de mammona (: ut ait Ipse :) iniquitatis faciunt sibi amicos, quorum ope ac subsidio in aeterna recipiantur Tabernacula, pretium scilicet temporalium bonorum largiendo pauperibus, qui illud suis orationibus ad thesaurum non deficientem in Caelis transportari efficiant, largienti in negotio Salutis omnino profuturum.

Talis fuit quidam piè defunctus Sacerdos, cujus vita servo bono et fideli, servo vigilanti potuit comparari, mors pretiosa tanquam illorum qui in Domino moriuntur. Perspicatius vera circa futuram aeternitatem Villici Evangelici, quem Dominus laudaverat, propriis tamen meritis diffidendo, aut minus fors sibi sufficere piè exhorescens designatô per Testamentum stipendio nos obstringi fecit, ut ad aras illius Animae recordaremur. His praesentibus designamus ut pro Anima Joannis Cantij Sacerdotis in unoquoque Conventu 50 absolvantur Missae. Hocce exemplo excitemur PP. ac Fratres Dilectissimi ad fervens perfectionis Religiosae studium, ut dum Animae p. d. immaculatô Sacrificio opem ferremus Gratia & Misericordia DEI nosmetipsos dignos efficiamus. Praesentes Litteras Communitatibus lectas Prothocollis ingrossatas Patres Superiores Locales ad Viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum transmittant. Valete PP. ac Fratres Dilectissimi Nostrum ac Benefactorum, nec non necessitatum S.tae Matris Ecclesiae in suis Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad S.tum Casimirum d. 5. Martij 1800 A.o

Fr Eustachius Ref: Minister Prov.lis

Fr Eustachius Adamowski Ordinis Minor. S. P. N. F. Reform. Prov.ae SS.mae Virg. MARIAE Angelor. Minister Provincialis & Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum V.rdis, V.rdisq; Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem à Domino.

Mortalis vitae cum tanta dirigere cursum, ut mortis aeternae evitet periculum, temporalis mortis tam feliciter exsolvere tributum, ut aeternae vitae assequendi bravium spes indubia refulgeat, unicum est ac summe necessarium, quod millenis curis praeferri debet, & cui caetera cedant exemplo oportet. Quid namque proderit, etiam ad senilem pervenire aetatem? aut de veneranda gloriari canitie quis honor? nisi multitudini annor. multa correspondeant merita; frustra sane

vivit, qui vivendo præ ignavia mortuus senescit. nec habet unde æternum vivat; in cassum plu-
res numerantur anni, quos non nisi infelix deploranda subsequatur æternitas. Senectus ipsa dun-
taxat venerabilis est, quæ nec diuturnitate, neq Annorum numero computatur, est quæ novit Annorum
numero amplioris virtutis comparare gradum, quia „ Ætas senectutis vita immaculata inquit Sapi-
ens C. 4. Et quæ juxta effatum Petri Damiani moriendo oritur, ac feliciter vitam temporalem di-
finit, vivere perpetualiter incipit. Talis ergo vita quo longior, securius procedit a morte, & mors
quo tardior, novæ melioris vitæ initium ponit. Hæc cum vobis PP. ac FFres Dilectissimi consi-
deranda propono, instruimini quæso non Annorum numero, aut magno dierum computu posse
Vos immortalem beatitudinis adipisci sortem, sed bene sensatis moribus, maturoq virtutis
augmento. Ac simul intuemini præclara merita[?] digna esse senili ætate, p. d. Perill. Adm. Rdi Dni
Clementis Poziomkiewicz, quem DEUS ad longævos annos quia ultra Octogenarium incolumem
servavit, & non multos ante dies, sancto obitu terminum Eidem mortalitatis præfixit. Hic Vir
p. d. fuit olim Insignis Collegiatæ Zamoscensis Canonicus, ac in Universitate Zamoscensi post
alias sublimiorum Scientiarum acquisitas Palmas Sæ Theoæ ac U. J. Doctor eximius, Ejusdemq
Universitatis sæpius acceptatis Votis Rector Magnificus. Studio ac labore in edocendis juve-
num animis Bonopublico perutilis. Zelo Religionis Ecclesiæ proficuus, Pietate in Suo Collegio exem-
plaris, Scientia cum morum pulchritudine decorus, Theologus Sancte de DEO disputans, et
DEUM super omnia toto affectu amplectens. Juris Utriusq Doctor, Justitiæ Leges tradens
& exequens. Sacerdos pura mente usq ad decrepidum ætatem Sacrificia offerens. Rector simul
& norma, quem & venerari placuit, & amare libuit, & imitari convenit. Ac tandem Senio,
plus tamen candore virtutis albescens, annosam ætatem Sanctitate exornans. Hic itaq Vir, tantum
suis dotibus, Virtutibus, meritis, plurimum commendatus, ut etiam in brevi retroacto dierum tempore
potuisset censeri explevisse tempora multa. Nihilominus & Dignitati & Honori, & Scientiæ &
Doctrinis cunctisq laboribus prætulit unum negotium Salutis, ac ideo præter eximias, in qui-
bus fuerat exercitatus virtutes, Nostram adhuc 1766 Anno fecit sibi obligari Provinciam
ad exhibenda Animæ suæ Suffragia, quibus Spem æternæ Salutis securius oppignoraret.
Cujus piissimæ intentioni pro tunc consensit Vnrble Definitorium. Et Nos postquam rescivi-
mus præfatum Perill. Adm. Rdum Dnum Clementem Poziomkiewicz Benefactorem No-
strum ferventissimum plenum dierum & meritorum fatis cessisse servando dudum obstri-
ctam fidem designamus ut pro Anima p. d. Clementis Sacerdotis in unoquoque Conventu
integra tanquam pro Fre absolvantur Suffragia: scilicet in Choro Officium Defunctorum recitetur
& Missa decantetur, quilibet Sacerdos tres Missas celebret, quilibet Fr Clericus ter Officium De-
functorum dicat, quilibet Fr Laicus 300 Pater & Ave cum totidem Requiem &c orabit. Proterea
PP. ac FF. Dilectissimi debitum exsolventes charitatis quoque estote memores, spontaneis
etiam Orationibus juvantes animam p. d. Clementis Sacerdotis Nobis in vita addictissimi.
Has vero Literas Communitatibus promulgatas, Prothocollis ingrossatas Patres Locorum
Superiores ad Viciniores Conventus juxta præscriptum a foris ordinem transmittant. Valete
PP. ac Fres Dilectissimi pro necessitatibus Sæ Mris Ecclæ concordia Principum pro Be-
nefactoribus ac etiam pro Nobis precamini DEUM. Datum in Conventu Nostro
Cracoviensi ad S. Casimirum die 20 Aprilis 1800 Anno

Fr Eustachius Ref: Minister Provlis

Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Mnm S. P. N. S. F. Reformatorum
Prviæ Sæ Mæ Vs MARIÆ Angelorum Minister Provincialis & Servus
Admodum Reverendis, Rdis, Multum Vndis, Vndisq Patribus, ac Dile-
ctissimis in Christo JESU Fratribus Salutem in Domino.

Status Religiosæ Professionis Nostræ in Evangelica paupertate fundatus obstrin-
git Nos PP. ac FFres Dilectissimi! ut quorum larga beneficiorum munificentia in tempo-
ralibus sustentamur, iisdem Spiritualibus Obsequiis debitam gratitudinem rependamus. Sic
namq sapientissime Divina ordinavit Providentia, ut Divites sint propter pauperes, & pauperes

propter Divites. Divitibus mandavit DEUS: non tantum ut fluxis Mundi bonis cor non apponant, quemadmodum David monet Ps. 61 Divitiæ si affluant nolite cor apponere sed ut etiam pauperum inopiæ sua abundantia succurrant; prout super illud Salvatoris oraculum Luc: 12. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, scribit V. Beda: Eleemosinas videlicet operando quarum merces in æternum maneat. Et ut magis Divites ad subveniendum pauperibus alliceret Christus erogatas illis eleemosinas sibi appropriare dignatus asserens Math: 25 Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Unde subinfert S. Grego: Hom: 40 in Evang: Hoc quod in terra jacenti porrigitis sedenti in Cœlo datis. De pauperibus vero verificatur illud Oseæ 4o. Peccata populi mei commedent. ut detur subintelligi: Pauperes non tantum pro se teneri satisfacere DEO, ast etiam pro peccatis divitum quorum misericordiæ operibus juvantur, & aluntur, debere Divinam placare clementiam, illisque Cœlestium Gratiarum abundantiam exorare. Hinc merito concludendum: quod crescente munere largitatis in Divite, crescat quoque Stæ Orationis et obsecrationis debitum in paupere. Hujus vero principii stabilita veritate noverimus PP. et F.F. DD. omnes nos in maxima obligatione versari ad interpellandum et specialius exorandum Numen Supremum pro insignioribus nostris Benefactoribus; Quorum è numero in præsentiarum primum occupant locum: Illustrissimus Dnus Comes Alexander Morski Succamerarius Premisl: Ordinum Aquilæ Albæ et S. Stanislai Eques, Nostrique Conventus Lublinen: Syndicus Apostolicus, ac Benefactor munificentissimus, cum Illa Dna Ludovica de Trembinskie Morska Sua lectissima Conjuge, Qui Religionis studio ducti in pluribus Conventibus paupertati Nostræ efficaciter ab antiquis temporibus succurrebant. Nunc tandem Beneficiorum suorum copiam ad totam Provinciam Nostram magnifice extenderunt, nullum proinde gratitudinis requirentes pensum, præter id quod pauperibus congenitum esse debet: pro suis Benefactoribus assiduis Orationibus instare. Longum jam certe effluxerat tempus, a quo ne dum nos sed et Patres nostri debitores se esse gloriabantur ad respondendum pia gratitudine præfato Illmo Dno Comiti Alexandro Morski & Ejus Charissimæ de Illma Trembinsciorum Domo Conjugi pro Eorum erga Provinciam Nostram munifico affectu, cujus insignia documenta exhibere non destiterunt, tum in benigna cum Nostratibus conversatione, nostratesque in suis ædibus habendi voto, tum in tuendo Nostræ Provinciæ ac Fratrum honore, tum in largitione diversis Conventibus, nostram etiam præveniendo petitionem necessariæ eleemosinæ, tum in acceptando alacriter pro Nostro Conventu Lublinensi Synd: Apostolici munere, quibus argumentis omnino nos sibi obstrictos meruerunt. Tandem expressius Vota sua manifestarunt ac nostram gratitudinem obstrinxerunt, per omnes Conventus notabilem distribuendo eleemosinam, ut eo strictiori vinculo efficerent nos sibi devictos quo majoribus beneficiis præventos. Plurimum quidem hæc nos alliciunt ad fundendas continuas preces pro præfatis Singularissimis & addictissimis Benefactoribus, verum fortius nos adigit ipsa pia Eorumdem Intentio, dum in nostris Orationibus fiduciam reponentes, non alia nisi DEO placita, Animæ Suæ proficua, æterna scilicet et Cœlestia sibi exorari expetunt, qualia sunt: Gratia Sanctificans, peccatorum Venia, & finalis in Amicitia DEI perseverantia. Quid quæso tali intento salubrius? quid Sententiæ Salvatoris conformius, Qui ait: Nihil quidquam homini prodesse licetsi Universum Mundum lucretur, Animæ vero Suæ detrimentum patiatur. Certe saluberrime datur eleemosina, non animo adaugendi opes, non assequendi majores Dignitatum gradus non prosperrimam in Mundo, cum longæva ætate acquirendi sortem, quæ hæc omnia quandocunque pereant necesse. Ast studio placandi DEUM, promerendique gratiam, oppignorandi Salutem, hoc est: quod Divino repleti Spiritu, SS. PP. persuadent, Eleemosinarum largitoribus. Da mortalia /: inquit S. Chri: :/ et accipe immortalia. Da terre-

promovet S. Aug: fit auispe Celum. Itaque PP. et FF. Dilectissimi et largitate munifica et intentione
salutarima Ill. Dni Comitis Alexandri Morski unà cum Ejus Dignissima Consorte adstricti, o:
mnes sinceris mentibus plenisq devotionis affectibus precemur Iisdem Benefactoribus Nostris
Gratiosissimis abundantissimam Beneficior à D. I. C. M. remunerationem in Sanitate longæ:
va, & incolumi vita, ac sorte prosperrima. Sed vel maxime, Sanctis Eorum conformiter Votis, tollamus
in altum corda nostra ad Patrem Misericordiar & DEUM totius consolationis, pro impetranda
Iisdem omnium culparum, à quibus certe nemo immunis est, venia, pro Summo omnium bonorum
finalis Gratiæ dono, ut hic longævos supervivunt annos, majora virtutum congregent merita,
in Gratia Sanctificante solidentur, ac post sera fata promissam perseverantibus in bono mer:
cedem copiosissimam consequantur. Quare præsentium mandamus ut in unoquoque Conven
tu Provinciæ Nostræ ad impetrandam Gratiam finalem Illmis Dnis Alexandro & Ludovicæ
Morskie sequentia indilate persolvantur Suffragia. Scilicet à qualibet respective Communitate
in Choro recitentur devote Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis & Orationibus annexis, & Missa Vo
tiva decantetur. Quilibet Sacerdos tres Missas celebret. Clerici tribus vicibus Psal: pœnit. ut su
pra recitent. Laici 300 Pater & Ave cum totidem Gloria Patri & orent. Insuper exhortamur
Vos PP. & FF. Dilectissimi ut hisce per nos demandatis Orationibus, adjiciatis Vestras pias
precationes: Sacerdotes memineritis ad aras in tremendis Missæ Sacrificiis. Clerici &
Laici Vestras juxta consuetudinem Religionis vigilias, mortificationes, disciplinas, Com
muniones, & alia pietatis exercitia, dirigite mente devota ad DEUM pro obtinenda illa
Gratia Quam sibi JJ. DD. Alexander & Ludovica Morskie Nostri Singularissimi Be:
nefactores, exoptant. Has vero Litteras Nostras Patres Locor. Superiores, suis Communitatibus
promulgent, lingua vernacula explicent. Protocollis ingrossari faciant ad vicinioremq Con
ventum juxta præscriptum à foris ordinem remittant. Valete PP. & FF. Dilectissimi pro ne:
cessitatibus S. R. Ecclesiæ Ejusq visibili Capite Neo Electo Summo Pontifice Pio VII
pro concordia Principum, pace & Salute Populi Christiani, pro Benefactoribus, ac etiam
pro Nobis DEUM orate. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad S. Casimirum Die 22
Aprilis 1800 Anno

Fr. Eustachius Resto Minister Prolis

Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Min. S. P. N. Francisci
Reformatorum Provc. SS. Vgis MARIÆ Angelor. Minister Prolis et Servus.
Admodum RRdis Rdis, Multum Vndis Vndisq Patribus ac Dilectissi:
mis in Christo JESU Fratribus. Salutem à Domino.

Inter plurimas nostræ solicitudinis curas, illud non minimum est PP. et Fres Dilssmi,
quod in votis habemus, sic commune bonum Provinciæ tueri, ut Singulorum in particulari
prospiciamus sorti, et sic individuam cujuslibet disponere Sortem, ut quam proportione in
communem utilitatem Provinciæ, decus ac commodum redundet. Cum etenim in vinculo fraternæ
Charitatis teneamur Vos Singulos amplecti, tanquam Unius Patris Seraphici et Unius Matris
Provciæ filios, Provinciam vero tanquam Clarissimam Matrem, quæ nos Sanctæ Religioni ge:
nuit, Cælesti pabulo enutrivit, Divinisq rebus mancipavit, debita respiciamus reverentia. Necesse
habemus, ope filiorum uti ad Matris tuendum primævum ac in dies augendum honorem, Ma:
ternamq prosperitatem, cum intimo ac pleno amoris sensu filiorum profectui accommodare. Talem
namq in Rectoribus familiarum requirit prudentiam S. Antoninus ut sit quædam cognitio Univer:
salis excedens cogitationes Singulorum, et se extendens ad bonum Commune Omnium. Et inde prove:
nit quod omnium circumstantiarum perspectis rationibus diversa à diversis præstanda exigamus obsequior
munia, quorum executio nec cujusdam Individui vires excedat, nec generum a sua stabilitate præpediat
ut, nec tranquillitatem perturbet, ast potius Singulorum attemperata facultatibus, Singulorum felicita:
tem in Domino promoveat, Salutem promereatur, simul et communem faciat succedere pro DEI gloria
Beatitudinem. Hinc etiam est: quod frequens tum Loci, tum Officiorum occurrat mutatio, ne aut fra:
terna inter æque capaces lædatur charitas, aut cum periculo Salutis quorundam, à quibusdam habeantur.

Locorum vel Officiorum appropriatio, aut nonnullorum longiori tractu attritæ vires optata priventur
quiete. Vel tandem ut necessaria in alio loco provideatur ædificationi, et ex industria aliorum fragilita-
ti lapis offensionis auferatur. aut denique quod summum est: ut exigentiæ bono ordini conservando
nostræ Spirituali Oeconomiæ citeri salutari incremento, optime jam Almæ Matris Provin-
ciæ succurratur. En quanta cognitio Universitatis excedens cogitationes singulorum et se assendens
ad bonum commune omnium necessaria est in illis qui principatum obtinent in regendo. Verum di-
um Vos meminentis PP. et FF. Dilectissimi moniti quod dat S. Leo Publica sunt præferenda propriis, et
ibi intelligenda est præcipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis. Ac ideo abit à Vobis omnis
privati Spiritus murmur, omnis æmulatio, pretensio, pravaq(: si fors cui non ad placitum succedat:) su-
spicio. hoc etenim foret partem nolle suo universo congruere, sed privatim distingui, de qua S. Au-
gustinus l. 3. Conf: C 8 ait: Turpis omnis pars est suo universo non congruens. Cum certe et qui-
vis nostri regiminis passus eo semper conatu dirigatur, ut non vituperetur Ministerium nostrum,
sed omnibus omnia facti sic de membris (: quæ vos estis sibi alteratrum curam habeamus ut totum
corpus (: quod pariter Vos omnes simul estis in Christo:) salvum fiat, præsignato singulorum Ve-
stro rationabili obsequio. Tangit siquidem nos Seraphici S. Patris Francisci, tradita opusc: Coll: 20
Doctrina: Pastor debet esse homo discretionis magnæ, privatis affectionibus carens, ne, dum in par-
te plus diligat, in toto scandalum generet. Magnum dubio est nostrum propositum, et sicut Of-
ficio congruitum, ita viribus nunc et maxime debilitatis plurimum dispar, quod sæpius animo
revolventes, ingemuimus supremum appellando Numen. DEUS Patrum meorum ... da mi-
hi sedium tuarum assistricem Sapientiam Sap: 9no Quemadmodum et nunc, ubi juxta di-
gem nostrarum apices, imminet tempus celebrandæ annuæ Congregationis secundæ, in qua et
bono communi Provinciæ, et singulorum Fratrum felicitati juxta DEUM consulere oportebit,
haud in tanto negotio alia exoptamus regulari norma, nisi quam Divini Spiritus Lumen à
nobis et à Vobis humiliter exoratum demonstraverit. — Quapropter indicendo Vobis PP. et FF.
Dilectissimi Annuam Congregationem Celebrandam, pro qua, determinamus Conventum nostrum
Sandomiriensem ad Ædes Sancti Josephi Sponsi B. V. Mariæ Diem vero 13 Mensis Julij An-
ni currentis 1800 illos quos et Officio Dignitas, et Ingenii maturitas, et Stæ Observantiæ Zelus,
et Fraterna erga omnes sine ulla præventione charitas in rebusq agendis dexteritas plurimum
commendatos reddit, tanquam Definitorij membra nostrosq Consultores præsentibus in Omni So-
lemnitatis forma invitamus. Videlicet: Adm. R. P. Nepomucenum Widowiński Provæ Patrem,
ac Primum Definitorem actualem. Adm. P. Josephum Drohojowski Vocale Provæ Custodem.
Adm. Patres Henricum Dzidowski, Justinum Kostecki, Felicem Janowski actuales Definitores,
quorum præsentiam ad præfatum Conventum Congregationis pro Die 16 Julij ad Vesperam Pe-
manissime exoptamus, ut tantorum Virorum consilio suffulti, securius bono Provinciæ, et Fratrum
Votis non aliter, nisi juxta Divinæ Voluntatis beneplacitum, quod in unanimi plurium consensu
relucet provisum esse gloriemur. Nec non ad eundem Congregationis Actum pro implendo Sui
Officii munere invitamus M. R. P. Dionysium Radzyński Actuarium et Juratum Provinciæ
Secretarium. Cæteris vero omnibus ad præfatum Conventum advenire (: nisi alicui expressa
nostra licentia faveat:) sub pœna apostasiæ omnino interdicimus.

Ut autem omnium gerendorum ac disponendorum ratio cum DEI Gloria emolumento
Provinciæ ac Vestrum PP. et FF. Dilectissimi fortunato effectu perficiatur, istud non tantum, à
nostra matura circumspectione, sed vel maxime à DEO omnium bonorum Largitore et Patre luminum
dependet. Cujus idcirco Gratias illuminativas et directivas exoptantes ac plenissimum confisi, quod
ut ait S. Ambrosius. Multorum preces impossibile est ut non impetrent. injungimus ut in quo-
libet Conventu spatio duarum Septimanarum ante diem Congregationis, præscripta in Sta-
tutis peragantur Suffragia. Scilicet: Hymnus Veni Creator cum Versibus et Collectis de
Spiritu S. Immaculata Conceptione, et S. P. N. Francisco, singulis Diebus post Matutinum
Tertiam, et Vesperas Officij Divini. Ipsa vero die Congregationis in quolibet Conventu decan-
tetur post Primam in Choro Missa Votiva de Spiritu Sancto in qua Fres Clerici et Laici devote
Communicabunt. Patres vero Sacerdotes in Missis privatis addant Collectam de Spiritu Sancto
pro felici successu Congregationis, qua etiam die Patribus Confessarijs ad excipiendas Fratrum
Confessiones approbatis absolvendi à Casibus nostræ Jurisdictioni reservatis facultatem deri-
gitur. Omnibusq Fratribus liberam Confessarii de nostra familia electionem indulgemus.
Veniunt etiam Commendata sequentia. Imo Patres Locorum Superiores juratum et
subscriptum à suis Sacerdotibus Testimonium de Celebratione Missarum transmittant. Simi-
liter exigant cum Juramento et Subscriptione fieri Testimonium pro Congregatione mittendum

à Fratribus Clericis et Lajcis una cum Specificatione numeri ad quam intentionem, et quanta tum extatutis, tum pro Patribus & Fratribus Defunctis, tum ex Nostris Cursorijs persolvenda fuerint Suffragia, numqᵭ illis ex integro satisfecerint, vel satisfaciendum quidpiam restet. 2do Curent itidem Patres Guardiani sed omnes porrectas sibi in Schada quæstiones accurate scripto respondere cum subscriptione Discretorum; qui nec Scheda nec quævis Conventus Regestra subscribant nisi ex oculata certitudine de veritate prius convincantur. 3tio Patres Resolutores Casuum Conscientiæ, et à Nobis Deputati Examinatores dent fidele Testimonium de diligentia et peritia Patrum Confessariorum. 4to Patres Lectores præsertim ubi terminantur Studia dent secundum Conscientiam Testimonium de capacitate, diligentia, et profectu Suorum respective Studiosorum, quo ad mores vero Patres Lectores formabunt Testimonium, cum consultatione majorisqᵭ partis consensu Discretorum et subscriptione, quod Testimonium omnino fiat secundum DEum et Conscientiam, liberum à singularitate et particulari preventione, vel maxime autem quo ad illos Fratres, qui sunt Simplicium Votorum, alias sciant se strictissime DEo responsuros, si testimonio à præjudicijs informato in maximo negotio Provinciam defraudaverint, vel illis de quibus testantur Salutis obicem posuerint. 5to Consimiliter ad Sæpius iteratas Ordinationes statuimus ne ex singulis Conventibus cum Schedis destinati mittantur Lectores, sed conducatur Unus ex utraqᵭ parte Conventium, cui Patres Guardiani committendo suas Schedas ad Viciniorem Conventum mittant, cum proportionata recompensatione obligando, ut idem Obedientiales ex Congregatione afferat.

Cæterum cupio Vos Patres et Fratres Dilectissimi omnes in Visceribus JESU Christi pace quæ omnem superat sensum et provenit de Conscientia bona, ac plene cum Voluntate Divina gaudere et exultare. Pacato animo confidite nihil aliud de Vobis disponendum fore Nostris mediantibus consilijs, nisi quod Deus ab æterno decrevit. Diligentibus autem DEum omnia cooperantur in bonum. Rom: 8vo

Has vero Litteras Nostras Patres Locorum Superiores suis Communitatibus lectas, promulgatas, distincte explicatas, Protocollis ingrossatas, ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ a foris notatum remittant. Valete Patres et Fratres Dilectissimi in Orationibus Vestris memores necessitatum Ecclesiæ Sanctæ, Ordinis Nostri ac Provinciæ, nec non Nostri ac Benefactorum Nostrorum. Datum in Conventu Nostro Stobnicensi ad Ædes Sanctæ Mariæ Magdalenæ pœnitentis Die 5ta Junij 1800 Anno

Fr Eustachius Refor. Minister Prov.

Fr. Eustachius Adamcewski Ordinis Minorum S. P. N. Fci Refor. Provinciæ Sanctissimæ Vis MARIÆ Angelorum Minister Provincialis et Servus Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisqᵭ Patribus, ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem a Domino.

Vinculum Fraternitatis. et Gratitudinis debitum, in Comercio humano adeo plurimum valet PP. et FF. Dilectissimi! ut nec morte rumpi, nec umbra æternitatis obliterari debeat, sed pignoris cujusdam instar, constanter et insolubiliter perpetuo durare, prudentum nonminus quam piorum judicio dignoscitur. Sic Machabæi Fratres suos cæsos deplorarunt, factaqᵭ collecta curarunt pro illis orationes et Sacrificia fieri 2 Machab 12. in testimonium insolubilis Fraternitatis nexûs quod scilicet illorum concatenatos animos nec vita, nec mors restringere potuit. Sic Augustinus L. 9 Conf. C. 12. obitum suæ Matris Monicæ deflevit; atqᵭ eam ad oras æternitatis translatam pia gratitudine prosequi, irrefragabili sibi officio devote duxit, quod se ab illa plus Cœlo precibus assiduis. quam carne mundo genitum fateri gloriabatur. Ideo etiam Apostolus monet 1. Thss 4. Fratres. Nolumus Vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et cæteri qui spem non habent. Ignorare enim de dormientibus, et prorsus inhumanum, et a humanitatis Legibus maxime devium, contristari vero de illis, quasi nulla eis Charitatis et

gratitudinis obsequia praestare possemus, alienum est a Fidei Sanctae Regulis solisque immortalem Vitam desperantibus proprium. Hinc duplici hocce ex motivo Fraternitatis scilicet et Gratitudinis obstrictos Vos agnoscite PP. et FF. Dilectissimi p:d: ARP. Sigismundo Meżynski Viro de Religione optimo merito, qui et Fraternitate nobis conjunctus fuit ut pote ante dismembrationem in nostra Provincia nativus, et impenso pro bono Provinciae labore nostram gratitudinem sibi conciliavit, ut pote non multos ante annos ad nostram Provinciam munere Commissarij ac Visitatoris Gnrlis laudabiliter functus. Nunc autem Die 8. Julij a.c. in Conventu Cremenecensi vitam religiose finivit. Qua Fratri de Nostra Provincia oriundo debentur illi virtute pactorum dismembrationis unius diei suffragia. Qua desudanti in Officio Commissarij Generlis in nostra Provincia promissa sunt Eidem a Capitulo Prli Pinczoviae celebrato 1795. Anno Suffragia integra. Duplici huic obligationi ut adamussim satisfiat. Injungimus, ut in uno quoque Conventu Provinciae nostrae pro Anima pie defuncti ARP. Sigismundi Meżynski duabus vicibus officium Defunctorum dicatur in Choro duaeq. Missae dicantur. Quilibet Sacerdos 4 Missas celebret Quilibet Clericus 4 Officia Defunctorum Quilibet Laicus 400. Pater et Ave totidemq. Requiem ae recitet. Insuper Charitativa Suffragia fusis ad Deum Orationibus pro anima p:d: ARP Sigismundi Meżynski praestare conaminor, ut charitatis et Gratitudinis obsequia abundantius exequentes, Illi salutarem Requiem festinetis, et Vobismetipsis in simili Opportunitatis Statu Charitativos adjutores et Patronos promereatis. Has vero Literas, Patres Locorum Superiores suis Communitatibus recommendatas, Protocollis ingrossatas ad Viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum transmittant. Valete PP. et FF. Dilectissimi necnon tamen S.R.E. Ejusdem visibilis capitis Pii VII. Ordinis nostri et Provinciae Benefactorum ac etiam Nostri in Vestris Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Sandomiriensi ad Aedes S. Joseph S.B.V.M. D. 24 Julij 1800.

Fr. Eustachius Ref. Mnr. Prolis.

Fr. Eustachius Adamowski Ordinis Minoru S.P.N. Fci Reformatorum Provinciae SSmae Vis MARIAE Angelorum Minister Provincialis et Servus

Seraphicus Ordo noster in Summa Perfectionis Evangelicae fundatus, ob sacrae Professionis excelentiam, velut quoddam Luminare Caeleste tene tenebroso mundo virtutum splendore quod debeat praelucere; serio Vos PP. et FF. Dilectissimi considerare velim! Si etenim proprium aegenuinum Vocationis nostrae terminum Spectare velimus, illico unusquisq. Nostrum facile devenire poterit, ad instar Sanctissimi Fundatoris, se non sibi soli vivere, sed et alijs proficere omnino esse obligatum. Nostrum quippe Statum apprime concernunt Verba Salvatoris: Ego vos elegi de Mundo ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Joan: 15. Certe unctione Specialis Gratiae de Mundo elegit nos Deus secernens in suam Haereditatem nobilioremq. Famulatum ut non tantum Nobismetipsis abundantius per Sanctae Regulae Observantiam acquiramus, sed et alijs Viam Salutis securam exemplariter demonstremus. Nostrarum partium interest PP. et

FF. Dilectissimi, ut quemadmodum vi Professionis; Apostolicæ Vitæ sumus sequaces ita etiam integritate morum exercitio Virtutum Vitam Jesu Christi annunciemus mundo, præbeamusq Testimonium de veritate Sanctitate Divinæ Ejus Doctrinæ quam ipsemet ut verus Filius Dei cælitus attulit hominibus. Hic est de facto fructus quem Deo de Religiosa vita nostra offerre debemus, et quem jure merito a Nobis Universalis Christi Ecclesia, ut jugiter permanentem requirit; quatenus Sanctificatio nostra prout etiam Sanctificationi aliorum per ædificationem, ut qui nos conspiciunt, erudiantur quo modo et ipsos oporteat ambulare, atq cum timore et tremore propriam operari Salutem. Itaq cum S. Augustino Serm. 215 Rogo Vos Fratres charissimi, ut attentius agitetis quare Religiosi facti estis, et cur Crucem in fronte portatis, scire enim debetis quia non sufficit vobis quod nomen Religiosum accepentis, si opera Religiosa non feceritis;; Sine dubio non sufficit nobis in Religione irreligiose vivere ut Salvemur, quia præter nodam quam incurrere necessarium foret ex sacrilega fidei fractione, dum Solemniter promissis non steterimus Votis; etiam de Scandalo quod loco ædificationis sumeret de nobis mundus, strictissime judicaremur. Religiosus etenim suæ Vocationis immemor. Paternarum Legum præsumptuosus transgressor, est lapis offensionis et petra scandali; ac ideo ajt Baronius Nihil infestius in suis membris Ecclesia patitur quam Religiosos a paternis Institutis deficientes. Hinc ut Vos PP. et FF. Dilectissimi magis magisq in Via Domini confirmemus, atq ad perficienda illa, quæ sunt vocationis vestræ, efficacius perducamus, ut Christi bonus odor sitis in omni loco;; Hæc autem quæ et perfectioni vestræ, et ædificationi aliorũ obesse possent: ut ex Visitationibus Conventuum est compertum:| Omnino amoveamus; ediasum est a VV. Definitorio. in mod celebrata Congregatione Sandomiriensi quædam Vobis non tam noviter Statuta, quam potius pro manutenentia Regularis observantiæ, Paternarum Legum commemorativa ad observandum proponere ut Deo et Ecclesiæ fructum afferatis, ut fructus vester maneat æternæ præmia. Itaq

1mo. Quoniam compertum est in aliquibus Conventibus, Horas canonicas in Choro persolvi nimis celeriter, sine debita pausa, et ita depresse ut non jam cantentur, sed quasi dicantur; igitur VV. Definitorium serio demandat PP. Guardianis et Vicarijs ut ejusmodi defectibus obsistant, vitiosos corrigant, et curent ut Laus Dei, sit sonora, devota, cum pausa competenti prout præscribunt Statuta. Sub pœnis gravibus infligendis ab A.R.P. Ministro Provinciali.

2do. Gratiarum actio post mensam fiat secundum præscriptum Ordinarij Provinciæ Nostræ videlicet: dicto per Acolythum Tu autem Domine &c: Fratres respondeant Deo gratias;; Pater autem Hebdomadarius non dicat versum nisi egressis Fratribus omnibus de mensis ad medium; Isteque ritus servetur pro majori reverentia et devotione adhibenda tam in prandio quam in Collatiuncula ad gratias agendum Deo, nobis mirifice Provido.

3tio. Iterum recommendatur Patribus Vicarijs, ut juniores Clericos et Laicos diebus Dominicis instruant in Cæremonijs Ecclesiasticis et moribus Religiosis, cum ob neglectam ejusmodi instructionem plures committantur errores a prædictis Fratribus cum irreverentia Divinorum Officiorum et dishonore Religionis nostræ. Assistant etiam

PP. Vicarij Fratribus Studiosis in Ecclesia, in Choro, et Refectorio laborantibus, ut præscribunt Statuta, ut ex eorum vigilanti custodia Fratres juniores assuescant Religiosæ modestiæ, laboremq cum pietate jungere addiscant. Hæc antiquiores PP. Vicarij cum spirituali emolumento FF. Studiosorum ad amussim observabant; Hæc et modernis observanda serio injunguntur. In absentia autem Patrum Vicariorum eadem Patres Professores exequi curent.

#

4to. Fratribus Sartoribus serio recommendatur, ut memores praecepti Regulae Sanctae, Fratribus infirmis inserviant in omnibus necessitatibus eorum prompte diligenter et charitative. sicut vellent sibi serviri; Negligentes in hoc severe puniantur a Superioribus, et compellantur ejusmodi obsequia praestare. In absentia vero Fratrum Sartorum alij Fratres Laici etiam Seniores, sciant se esse obligatos ad inserviendum infirmis, cum nullum Fratrem in hoc puncto Regula excipiat, et jus naturae omnes adstringit ad ejusmodi charitatis servitia

5to. Nedetur occasio Fratribus Laicis despondendi animum ad Culinam, eundantque otiosi cum scandalo Saecularium, injungit VV. Definitorium omnibus locorum Superioribus, quatenus conformiter ad Statuta assignet FF. Laicos ad Culinam, et simul cum Saeculari coco ibi laborent, ac in arte coquendi erudiantur.

6to. Memores sint omnes Fratres et Patres Nostri moniti S. P. N. Francisci ut domi forisque sint mites pacifici, honeste cum omnibus loquentes; Proinde omnino caveant a Verbis fumosis iracundis, duris Scommatiis, quae potius exacerbant et scandilizant quam corrigunt, Statui vero nostro pauperi et humili nulla tenus conveniunt, a quibus etiam honesti, et bonae Conscientiae Saeculares abstinent. Neque joci causâ proferant Verba allegorico obscaena, frivola nugatoria, dissoluta, aut quoquomodo irreligiosa, cum haec ipsis Saecularibus quibus placendi Studio proferuntur, plurimum displiceant, exindeque talis Religiosus vanus imprudens irreligiosus, suae Professionis immemor merito abiisdem judicatur, atque interne, non raro etiam externe despicitur Proinde vitiosos Superiores moneant, non emendatos puniant.

7mo Renovatur Antiqua Ordinatio. quatenus servevientes ad mensam sive Fratres sive Patres assideant in loco vacuo inferiori relicto sibi, ne turbent alios jam sedentes et comedentes, quod ut servetur ab omnibus attendant Superiores.

8vo. Ut in Triduo Sancto servetur uniformitas ubique in excitandis Fratribus mane, determinat VV. Definitorium et disponit, ut in omnibus Conventibus in Coena Domini Parasceve Sabbato Sto. semper excitentur Fratres tribus quadrantibus pro 4ta et ipsa hora incipiat disciplina et subsequens devotio.

9no. Cum Regimen Politicum Caesareum serio prohibuerit ne Defunctorum Corpora tam Saecularium quam Regularium sepeliantur in Sepulchris intra Ecclesiam; sed extra in Coemeteriis; Igitur VV Definitorium decernit, ut pro servanda decentia, Fratres nostri mortui in Tumba, quam Superiores procurent sepeliantur, ubi in Coemeteriis extra Ecclesiam sepeliendi forent, declaratque VV. Definitorium Statuta contrarium praescribentia, ob ejusmodi circumstantias non obligare.

10mo Notificatur omnibus Patribus et Fratribus Provinciae nostrae quod Conventus Chelmensis avulsus a sua Custodia servatis omnibus de jure servandis sit unitus Provinciae nostrae Sanctissimae Vis Mariae Angelorum in mutuo partium Congressu ad nostrum Conventum Solecensem die 1ma Julij A. C. 1800. In qua Unione cum Concordata quaedam inita fuerint utrique partem obligantia; igitur quorum notitia singulos tangit de his certiores omnes redduntur. Et quidem 1mo. Quod Individua Conventus Chelmensis acceptentur a Provincia cum omnibus suis meritis et praerogativis in sua olim Provincia v Custodia acquisitis; In paritate tamen meritorum cum nostris Patribus, Nostri Patres praecedentia gaudebunt juxta Statuta. 2do. Promittuntur integra Suffragia PP. et Fratribus

Conventus Chelmensis quamdiu ipsa unio durabit. Vicissim Patres et Fratres praefati Conventus obligarunt se ad integra Suffragia pro PP. et FF. Nostrae Provinciae vita decedentibus Pro Patribus vero et Fratribus suae olim Provinciae Russiae v Custodiae Sanctae Annae Patres Conventus Chelmensis Missas, ut pote ex obligatione personali, celebrabunt diebus Dominicis nisi aliter Superioris localis benignitas indulserit. 3tio. Pro alia Providentia; si vel Conventus Chelmensis iterum alienae ditioni subderetur, ac ideo foret prohibitus servare unionem nobiscum; vel si Regnum Poloniae in integrum restitueretur, tunc et Conventus Chelmensis et ejus singula Individua, prout alias tempore Unionis sunt reperta, ad suam Matrem Provinciam v Custodiam redibunt. Cautum tamen e ne protunc quisquam Pr. vel Fra: ex Nostra Provincia oriundus illuc migrare praesumat, sine licentia Nostri Provinciae Superioris sub poenis Apostasiae et privationis Suffragiorum. Caetera hancce unionem spectantia habentur in Actis.

4tmo. Notificatur etiam Omnibus PP et FF bg prout accepimus ex Consistorio Prth Cracoviensi quantum etiam Regimini Politico Excelsi Caesareo Regni Gubernij plurimum displiceat Religiosorum ex hac Gallicia occidentali in Orientalem Apostasia ut die 23 Maij Ao: 1800. suarum Expeditionum No 7460. praefatum Caesareo Regium Gubernium coactum fuerit in suo Decreto exprobrare hujusce Apostasiae temerarium ausum quod hic non proveniat nisi ut excessivi debitae poenae se substrahant, laxitatemque asylum perquirant nullumque exinde appareat emolumentum, nisi quod mala exempla alijs praebeantur. Monarchiaeque disciplina in interitum vergat; Quapropter idem C.R. Gubernium strictissime prohibuit, ne ullus Religiosus, hinc, in Orientalem Galliciam apostatare praesumat, atque sub gravissima responsione Universis Conventuum et Monasteriorum Superioribus etiam in Gallicia Orientali ne tales Apostatas suscipere audeant, vetitum esse insinuavit — Hanc vero prohibitionem ab Excelso C.R. Gubernio emanatam, hic publicandam ingrossare duximus ne si forte quispiam iniquum apostatandi animum foveat, spe hucusque toleratae dissimulationi fraudatus, se se enormi confusioni exponant. Ut quos bona Conscientia non dirigit, Deoque famulandi sub suavissimo observantiae jugo animus deserit, quosque mala voluntas ad quaerendam laxitatem stimulat et in his tamen nec pavent, nec erubescunt, saltem Civilis Potestatis districtione terreantur, atque resipiscant; cum non tantum Deo, ob iniquam Regulae praevaricationem sed et hominibus ob scandalosam suae Vocationis desertionem palam abominabiles et exosi fiant.

Ad extremum: Ut omnia et singula hic recommendata, praecepta notificata atque declarata minime suo effectu frustrentur, imo hunc quem exoptamus finem sortiantur Volumus ut praesentes Literae nostrae in quolibet Conventu plenae Communitati. Valete PP. tres et FF. Dilectissimi semper in amore Dei atque mutua ad invicem charitate proficientes suae Vocationis per observantiam Divinorum et Regulae Praeceptorum memores; pro necessitatibus Sanctae Romanae Ecclesiae, pro felicissimo successu Summi Pontificis Pij VII. pro Pace et Concordia Christianorum Principum pro Ordinis Nostri ac Provinciae salutari incremento pro Benefactoribus ac etiam pro Nobis jugiter Divinam exorate Clementiam. Datum in Conventu Nostro Sandomiriensi ad Aedes S. Josephi Sp. B.V. Mariae Die 18 Augusti Ano 1800. Ofr. Eustachius Rispr Mir Provlis

m.p.

Fr. Eustachius Adamowski Ord. Min. S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae S.Smae V. MARIAE Angelorum Min. Pblis et Servus.

Admodum Rrndis, Rrndis, M.Vndis, Vndisq. P.P. ac Dilectissimis in Xto I.M. F.F. salutem a Dno.

Monitum quod olim Marthae suo ore Divino dederat Xtus Luca 10. Solicita es erga plurima, porro unum necessarium,, usq. modo devotas perstringit animas, quae necessitatem quamdam sollicitudinis circa bonorum temporalium curam fastidientes, unum quod est unicè necessarium, totis viribus et anhelantibus desiderijs perquirunt. Illud unum necessarium,, si mentem Salvatoris attingere liceat, est inaestimabile salutis aeternae bonum, quod efficit mortales immortalis Gloriae consortes, ac ideo semper Beatos, ac in sua beatitudine semper securos, quia haec est illa optima pars quae a suis Possessoribus juxta effatum Salvatoris non auferetur unquam. Caetera, quaecunq. blandiens mundus commendat, nomine vitiosae sollicitudinis, ac nimiae turbationis ergà plurima, veniunt; quae incautas illaqueare consueverunt mentes, nullo tamen desudantibus vero laboris emolumento praefixo, unde summae infelicitatis habetur origo.

Tam excellenti ac summè necessario salutis studio plurimum incubuit Quaedam Mgca Dna nostra singularissima Benefactrix, Quae assidua mandatorum Dei observantia, Christianarum virtutum indesinenti exercitio, undequaq. laudabilis vitae exemplaritate, penes Nobilitatem Generis, temporaliumq. bonorum affluentiam, a nimia sollicitudine immunis, Annos aeternitatis pia mente recogitans, mediantibus etiam fluxis opibus, statuit illud sibi promereri quod nunquam auferendum, eidem in aeternum prodesset; scilicet: praeter continua fere beneficia quae nobis praestando, thesaurum non deficientem in Celis sibi congregare allaboravit, singularioris tandem eleemosynae censu, nostram obligavit Provinciam, ut qua Missarum Sacrificijs, qua devotis Orationibus, qua pijs Religiosae vitae operibus, Divinam placaremus Clementiam, pro exoptatissimo Finali Gratiae dono caelitus eid. effund.

Noluit insinuata pientissima Benefactrix cum suis votis suum propalare nomen, ut doctrinae Christi sese conformando, insciam omnino redderet sinistram quid sua faciat dextera,, Verum tamen Deus cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, qui abscondita perlustrat, et servis suis quos mundus non novit, aeterna praemia parat. Sanctam operationem, et operis intentionem nostrae Benefactricis habet perspectam, atq. ideo exaudiet de Excelso Solio Gloriae suae nostras humiles preces, quas pro impetranda eidem Finali Gratia fundere sumus obligati: Itaq. tenore praesentium assignamus, ut pro impetranda Finali Gratia cuidam nostrae Benefactrici duorum dierum in quolibet Conventu absolvantur Suffragia videlicet: quilibet Sacerdos duas Missas celebret, quilibet Clericus bis Psalmos Paenitentiales cum Litanijs et Orationibus adjunctis recitet, quilibet Laicus 200 Pater et Ave cum totidem Gloria Patri &c. oret. Praeterea Psalmi Paenitentiales cum Litanijs et Orationibus recitentur in Choro, Missaq. Votiva decantetur. Caeterum P.P. et F.F. Dilectissimi praeter haec quae publica assignamus Suffragia, etiam in abscondito Cordis Vestri, pro occultante nomen suum Benefactrice, orate Deum, ut Caelestis Gratiae benedictionibus cumulata, a Divino amore nec in tempore, nec in aeternitate separetur. Praesentes vero Litteras P.P. Locorum Superiores Communitatibus promulgatas, Protocollis ingrossatas, ad viciniorem Conventum, juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum remittant. Valete P.P. et F.F. Dilectissimi Nostri, ac Benefactorum nostrorum in Orationibus memores. Datt in Nostro Conventu Solecensi ad aedes Sti Stanislai Episc. et Mar. Die 24. Augusti A. 1800.

Fr. Eustachius Ref. Min. Pblis

Fr. Eustachius Adamowski Ord. Min. S. P. N. Fran. Refor. Prvae S.S. MARIAE Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Admdm Rrdis, Rrdis, Multum Vndis, Venerandisq. P.P. ac Dilectissimis in Xto IESU Fratribus salutem a Domino.

Illud est praestantissimum amicitiae genus P.P. et F.F. Dilectissimi quod Amicos tam forti ad invicem stringit nexu, ut nec ipsa mors, caducam mortalium terminans vitam mutuae charitatis et benevolentiae propensionem; Tali amicitia praeditos esse voluit Iob Sanctus, quos in persona sublatorum è vivis ut superstites lacrimabili appellavit voce Misereremini mei, Misereremini mei,

mei, saltem vos amici mei: quia manus Dni tetigit me Job c. 19. sperans indubitate, corda Fidei lumine de statu mortuorum illustrata, haud posse aut debere oblivisci eorum, cum quibus placuit quondam esse veluti unum Cor et unam animam. Quid namq; proderit ad breve tempus dulci amicorum frui consortio, vel eorum munificentissimis potiri favoribus, et tandem postquam ad summae necessitatis pervenerint statum, eosdem perpetua oblivione sepeliri, proh! durissimi nonnisi Cordis istud foret scelus! Nos tamen P.P. et F.F. Dilectissimi qui hac in parte rectum per lumen fidei accepimus sensum, debemus nosse, non tantum pia gratitudine, respondere nostrae Religionis amicis, dum nobis suae intimae propensionis manifestant documenta, sed multo magis tunc, cum finito mortalitatis cursu, ad Supremi Judicis Tribunal vocati, non amplius sua amicitia nos consolare possunt, ast potius a nobis omni jure suffragium exposcunt. Caeteros inter addictissimos Religioni ac specialius Provinciae nostrae numeravimus quendam Admdm Rdm Religiosissimum Joseph Sacerdotem, qui intimae erga nos propensionis plurima contestatus est documenta, certe mutuam a nobis promeritus devicti animi teneritudinem; volens insuper ut memoria illius fortior ipsa morte in nobis persistat, velut quoddam interminabilis charitatis pignus, reliquit de honesto labore nostrae Prov̄ciae offerens stipendium, quo concitati animae Ipsius suffragari ferventiori nitamur conatu. Cum igitur praefatus Adm Rdus Joseph Sacerdos in senectute bona, plenus meritis et virtutibus, vocante Deo mortalem exuit vitam, nostrarum partium interest P.P. et F.F. Dilectissimi, ut tales nos Eidem contestemur Amicos, quales Ipse sibi nos optavit, et nostris orationibus confisus indubitanter speravit. Hinc praeter illa quae unicuiq; devota Cordis propensio dictabit suffragia injungimus ut in quolibet Conventu Provinciae ad quem praesentes litterae pervenerint pro anima p.d. Joseph Sacerdotis recitetur Officium Defunctorum in Choro Missae 24. ex quibus una sit cantata celebrentur, quilibet Clericus bis Officium Defunctorum, quilibet Fr Laicus 200 Pater et Ave cum totidem Requiem &c. orent. Has vero Literas nostras Patres Locorum Superiores suis respective Communitatibus promulgari, Protocollo ingrossari, et ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriae a foris notatum, indelebilē transmitti curent. Valete P.P. et F.F. Dilectissimi, pro necessitatibus S. M. Ecclesiae, Ejusq; Visibili Capite, pro Concordia Principum, pro Benefactoribus vivis atq; Defunctis ac etiam pro nobis Deum exorate. Datū in Conventu nostro Cracoviensi ad Edes S. Casimiri Die 2. Decembris 1800. Annō. Fr Eustachius Ref. Mnr Prov.

In Nomine Domini Amen

Origo, Motivum, et Progressus

Unionis

Conventus Chelmensis P.P. Reformatorum sub Titulo S. Andreae Apostoli in Diecesi Lublino=Chelmensi siti; ad Provinciam Nostram Reformatam SSae Vs MARIAE Angelorum, olim minoris Poloniae, nunc vero Galliciae Occidentalis nuncupatam unanimi partium Voto.

FACTAE.

In Conventu nostro Solecensi Tituli S. Stanislai E. et M. Diecesis Cracoviensis 6. 4ta Julij 1800.

Cum Divina permittente Voluntate Regnum Poloniae post varias suae vicissitudinis sortes, tandem ex integro sit divisum, ac in tres Cordones, Moschoviticum, Prussicum, et Caesareum dispartitum Ao D. 1796. Evenit etiam quod sicut Episcopatuum Dieceses ita et Ordinum Regularium Provinciae et Custodiae similem dismembrationem subierint. Inter caeteros hanc sortem infelicem expertus est Conventus Chelmensis Ordis Min. S. P. N. Francisci Reformatorum. Qui Conventus a prima sui fundatione ad nostram Provinciam Reformatam SSae Vs MARIAE Angelorum Minoris Poloniae olim nuncupatam pertinebat, et modo primum 1746. Anno multiplicatis in Provincia nostra ex munificentia DD. Fundatorum Conventibus cessit cum alijs pro formanda nova Custodia Russiae, quae non post multum temporis excrevit in florentissimam Provinciam Beatissimae Vs MARIAE Dolorosae, sed brevi ob coarctatos limites Poloniae in Custodiam Sae ANNAE Matris Bae Vs MARIAE est diminuta; Tandem illapsis caeteris Conventibus

Conventibus hujus Custodiæ ad Ditionem Moschoviticam Conventus Chelmensis solus remansit
in hac parte Augustissimo Imperatori Romano subjecta quæ Gallicia Occidentalis dicta est.
Tali rerum emanato situ quia Conventus Chelmensis utpote unicus, nec Provinciæ, nec Custo-
diæ nomine ullatenus venire potuit, imo nec diu per se subsistere. Editumq̃ fuerat Man-
datum Supremæ Commissionis Aulicæ, quatenus Conventus Religiosorum remanentes in
Cordone Cæsareo minime dependerent a Provinciali vel Custode Regiminis extra hunc Cor-
donem commorante, sed si subsistere per se nequirent, aliai Provinciæ ejusdem Ordinis et Insti-
tuti sese adjungerent, et incorporarent. Patres Conventus Chelmensis suæ sorti providentes
ac mandato Supremo satisfacientes, attentarunt sui unionem tum cum Conventibus Reformatis
Galliciæ Orientalis olim suæ Provinciæ, tum cum Conventibus tribus Provinciæ Prussiæ
in hoc Cordone residuis, sed ob justas rationes, causasq̃ perspectas, recesserunt a suo intento
converteruntq̃ animum ad uniendum se Provinciæ nostræ, tanquam matri suæ primævæ in
Antiqua Observantia Regulari perseveranti. Quæ cum illi P.P. zelo Sanctiæ Obser-
vantiæ accensi cogitarent, Divina sic pro consolatione Illorum ordinante Providentia A.R.P.
Eustachius Adamowski S. T. L. Provinciæ S.S.æ V.s MARIÆ Angelorum Mʳ Pʳlis
in Congregatione Stopnicensi Anno Dñi 1799 Die 30. Junij ad Ædes S.æ Mariæ Magdalenæ
Pænitentis celebrata, Sessione 2da pomeridiana V.V. suo Definitorio proposuit; An Conven-
tus Chelmensis olim ad nostram Provinciam pertinentis, et modo a sua Custodia avulsi
in Gallicia Occidentali se solo remanentis possit curari unio nobiscum? et quomodo? Annuit
huic proposito unanimi consensu V.V. Definitorium idq̃ curandum fore respondit, mediante
amicabili correspondentia cum Illis P.P. servatis de jure servandis, ex motivo solius Fraternæ
Charitatis erga illum Conventum ne alias deficeret. Ad quod negotium amicabiliter
ineundum commissæ sunt vices A.R.P. Nepomuceno Wielowieyski S. T. L. Bis Ex-Ministro
et pro tunc Definitori Actuali Pʳviæ, qui etiam quondam fuit Commissarius Gʳlis ad Custodiam Russiæ.
Prælaudatus itaq̃ A.R.P. Nepomucenus Wielowieyski commissi sibi muneris exequendo partes,
primo suas literas direxit ad A.R.P. Constantinum Lisowski suæ olim Provinciæ Russiæ Patrem,
qui sub tempus ultimæ suæ avulsionis Conventus Chelmensis, ob nominatas circumstantias a
sua Custodia, Officium Custodis Regiminis laudabiliter continuabat, elapsoq̃ tempore suæ trien-
nalis jurisdictionis, ubi ob easdem rationes jam attentatum Capitulum solito more celebrari
nullatenus potuit, in suo Officio cum Authoritate et Jurisdictione a Rdmo Pʳe Hilario de Monte
magno Commissario Gʳli Ordʳ virtute prorogationis confirmatus seu donec aliter faciendum
pacificanda sors et felicius immutanda tempora indulserint, Commissarius Custodialis designatus
fuit, suamq̃ Sedem in præfato Conventu Chelmensi locavit. Quibus literis prænominatus A.R.P.
Nepomucenus Wielowieyski nomine suæ Provinciæ Fraternum erga singula Conventus Chelmen-
sis individua manifestavit affectum, proposuitq̃ num Conventus Chelmensis Patres velint acce-
ptare Votum V.V. Definitorij ad unionem sui cum nostra Provincia. Ad has Literas
A.R.P. Constantinus Lisowski Custodialis Commissarius Custodiæ S.æ Matris ANNÆ in
Conventu Chelmensi rescripsit, contestando summam eamq̃ intimam gratitudinem V.V. De-
finitorio, tum suo, tum A.Rdiᵒ Reverendorumq̃ Patrum Discretorum suorum nomine, pro Fra-
terna circa suum Conventum Chelmensem sollicitudine, una cum protestatione: quod et Ipse
et suum V.V. Discretorium sinceris jam habuerint in Votis hoccè in negotio nostram requirere
Provinciam, ut Conventum Chelmensem tanquam suam primævam palmitem, in aliam quon-
dam transplantatam Vineam, iterum sibi inserere dignaretur. Scripsit etiam in simili norma
ad A.R.P. Eustachium Adamowski Ministrum Pʳlem. Quibus præhabitis A.R.P. Eustachius
Adamowski Mʳ Pʳlis rescripsit: gratissimo animo acceptando Discretorij Conventus Chelmensis
erga Provinciam Votorum propensionem, exquisivitq̃ idipsum authenticè contestandum, expri-
mendaq̃ puncta, desideriorum Patrum Conventus Chelmensis manifestativa, sub quibus concor-
dandis velint actu inire unionem cum sua Provincia. Mox pervenit ad manus quo-
dem A.R.P. Mʳi Pʳlis authenticum Testimonium proprijs manibus V.V. Discretorij subscri-
ptum, et Sigillo Conventus Chelmensis munitum, una cum punctis propositis salvo jure utriusq̃
partis pro ineunda unione servandis. Hæc cum A.R.P. Pʳlis acceperit ac omnibus
Admdm Rdis P.P. Pʳviæ suoq̃ Verbli Definitorio trutinanda communicaverit, æquum ju-
dicavit omnibus consentientibus in unum, antiquam amicitiam, illibate servatam, novo com-
probare fœdere, atq̃ celeriori passu, tum ad unionem, tum ad mutuo concordanda proposita a
P.P. Conventus Chelmensis Puncta accedere, quatenus nesciens oblivisci Filij uteri sui Mater
Provincia, omni postposita mora, intima succensa amore Conventum Chelmensem tanquam suum
a primordijs nativum germen, cum suis Dilectissimis Individuis, quantocius materno col-
locaret in sinu, atq̃ amorosis stringeret amplexibus. Cujus gratia A.R.P. Pʳlis desi-
gnavit pro Congressu Conventum nostrum Solecensem ad Ædes S. Stanislai E. et M. Diem
vero

Diem vero 30 Mensis Junij Anni 1800. Ad quem Congressum humanissime invitavit A.R.P. Constantinum Lisowski Custodialem Commissarium, ceterosq P.P. Discretos Conventus Chełmensis, ac suum V.V. Definitorium. Interim scripsit A.R.P. Prolis ad Rdssmum Patrem Hilarium de monte magno Commissarium Grlem Ords S. N. H. notificando Illi desiderium P.P. Conventus Chełmensis quod velint facere unionem cum sua Provincia ob predictas rerum circumstantias, adnectendo Eidem Rdsmo Patri Commissario legalizatam copiam authentici scripti P.P. Conventus Chełmensis, requirendoq pro attenta unione, Ejus licentiam. Porrexit etiam Notam Idem A.R.P. Prolis ad Gubernium Cracoviense insinuando, quod juxta Ejus Excelsum Mandatum Conventus Chełmensis Ords S. P. N. Francisci Reformatorum in Diocesi Lublino=Chełmensi, in Circulo Chełmensi Galliciae occidentalis pretendat sese adjungere sue Provincie pariter in Gallicia Occidentali positie, Provinciaq illum recipere paratam se libentissime offert. Præmissis itaq premittendis, et vel maxime habito jam rescripto, una cum Decreto Rdsmi Prij Hilarij de monte magno Commissarij Grlis Ords S.N.H. Die 29. Junij ad designatum pro Congressu Conventum Solecensem invitati ab A.R.P. Eustachio Adamowski Mnro Proli convenerunt tum P.P. V.V. Definitorij Provinciae, videlicet A.R.P. Nepomucenus Wielowieyski Provinciae Pater et Definitor Actualis. R.P. Joseph Drochowski Custos Vocalis, Provie. Rdi Pres: Henricus Dzidowski, Justinus Kosztylski, Felix Janowski, actuales Provie Definitores. Tum etiam Conventus Chełmensis Patres, videlicet A.R.P. Constantinus Lisowski, olim Provie Russiae Pater, et protunc Custos Regiminis, A.R.P. Xaverius Germer, Ex=Custos Regiminis, Custodiae Russiae Pater. R.P. Alexius Żytynski, Custodiae Russiae Ex=Definitor. Quos omnes humanissime et affectuosissime A.R.P. Prolis ad publicam mensam suavissima allocutione salutavit. Imminenti vero die 30. Junij hora 6tà. matutina post celebrationem Missarum a P.P. congregatis, facta est quae sequitur.

SESSIO Ima.

In qua invocato Spiritu S. per consueta Suffragia A.R.P. Mnr Prolis allocutus est P.P. Congregatos sermone brevi, sed ad imminentem actum optime accommodato, quo tandem finito. Imo mandavit legi authenticum scriptum P.P. Conventus Chełmensis quod transmiserant ad A.R.P. Prolem et Ejus V.V. Definitorium exprimendo in eo suum desiderium et petitionem quatenus Conventum Chełmensem una cum suis Individuis ad suam Provinciam dignaretur adjungere, subnectendo puncta, sub quibus inter utramq partem concordandis prefata unio deberet subsequi cujus scripti teror est talis === In Nomine Dni. Amen.

Nos infra scripti non possumus non fateri candide quod accepto nuntio ab A.R.P. Nepomuceno Wielowieyski Ex=ministro Proli et Actuali Definitore de animi propensione, atq facultate V.V. Definitorij Almae suae Provie adjungendi Conventum nostrum Chełmensem suo gremio si id expostulaverimus juxta Ordinationem Supremi in hac Gallicia Occidentali Regiminis, peractis inprimis gratijs humillimis Numini propitio pro novo Clementissime Ejus super nos Providentiae specimine, illico rogavimus A.R.P. Constantinum Lisowski Commissarium Custodiae Sae Matris Annae S.N.C. ut certiores redderet Eximios P.P. V.V. Definitorij Almae Provinciae Minoris Poloniae, Ipsorum insinuationem, ac manifestatam erga Conventum nostrum Chełmensem clementiam gratissimo animo non solum a nobis Discretis, verum etiam a singulis Individuis susceptam fuisse, nec non ex precordijs desiderasse, ut hujusmodi negotiationem felix subsequeretur effectus. Et quamvis nos non lateat A.R.P.rem Commissarium nostrum alte fatum petitioni nostrae fecisse satis, quia tamen exigitur a Dignissimo Capite prelaudatae Provinciae ut in eorum fidem quae ab A.R.P.re Commissario nostro sunt relata Discreti Conventus sese subscribant, atq simul ad futuram unionem proponant Concordandorum puncta quae ex parte Conventus Chełmensis in votis habentur, propterea tam justae requisitioni gerendo morem, praeter supplices preces quas in praesentiarum quoq Venerabili ac ex omni genere Honorandissimo Definitorio exhibemus ut suae florentissimae Provinciae nos adjungere dignetur. Felimus insuper conscribi ejusmodi puncta quae utriusq partis juribus non derogarent, tranquilitatem perpetuo stabilirent, Conventus integritatem conservarent, fraternamq charitatem adinvicem consolidarent. Ideoque haec puncta sunt.

Imum. Ut Individua hujusce Conventus suscipiantur in Alma Provincia cui se adnectunt, cum suis in Religione meritis et prerogativis, prout in Constnbg pro Reformatis, cautum esse unicuiq patet.

2dum Ut in mutationibus Individuorum hujus Conventus habeatur respectus aequivalentiae subjectorum, ntm Presbyterorum minuatur numerus quando quidem hoc loci frequentes occurrunt requisitiones pro obsequio Spirituali ad Parochia et Benefactores, Conventus.

3tium Ut mutua servientur Suffragia pro P.P. et F.F. tam Almae Provie quam hujus Conventus sibi annexi. Praeterea ut hujus Conventus Alumni (: prout in praesens sunt :) valeant debita Suffragia peragere pro P.P. et F.F. non modo Custodiae Sae Matris Annae, sed etiam quondam Provinciae Russiae.

4tum

4tum Ut Pannificina in Conventu hoccè Chetmensi erecta conservetur, tam pro commodo Almæ Prvæ
quam etiam pro subministratione pannorum Conventibus Custodiæ in Moschovia existentibus.
5tum Ut molendinum Eqvinum ob difficillimam molituram, et defectu hydraularum in hoccè Conventu erectum conservetur.
6tum Ut in alia Providentia seu in Casu Re=Unionis Conventuum suis Provincijs et Custodijs nemo im:
pediatur redire ad suam Matrem. Hæcque quoquomodo inita concordata præjudicare cuipiam
protunc, et adstringere libertatem minime debeant. In quorum fidem manus nostras appo:
nimus et Sigillo Conventus Nostri munimus Datt Chetmæ Die 17. Mensis Januarij 1800. Anno

Ita est Fr Alexius Żytynski Refs. D.C.
Ita est Fr Ambrosius Zalewski. Refs. Vic.Conv.
L. S.
Ita est Fr Xaverius Germer Refs. Ex=Custos Reg. C.R.
Ita est Chrysologus Łysogorski Refs. Præsidens Conv.
Ita est Fr Constantinus Lisowski Refs. Com. C. R.

Quo perlecto 2do A.R.P. interrogavit A.R.P. Constantinum Lisowski cæterosque AA R.R P.P. Conv.
Chetmensis, num persistant in intentione uniendi se se nobiscum, sinceréque velint unionem
Conventus Chetmensis cum nostra Provincia servatis servandis? ad quod A.R.P. Constantinus Lisowski
una cum Patribus sui Discretorij præsentibus, propria et singulorum Conventus Chetmensis Individuorum
nomine respondit: vere ac sincere habere in votis isthanc unionem, quodque specialis contestatus est
suo eleganti sermone Idem prælaudatus A.R.P. Comissarius habito in eadem sessione ad V. nobile Dfnitorium
3tio A.R.P. Provincialis jussit legi epistolam suam scriptam in hoc negotio ad Rndissimum Patrem Hilarium
de Monte Magno Commissarium Generalem Ordinis. Tum rescriptum ejus ad se. Tandem Decretum ejus
approbans unionem Conventus Chetmensis ad nostram Provinciam

Copia Literarum A.R. Prolis ad Rndissimum Commissarium Grlem

=Cracovia 8 Aprilis 1800 anno= Rndissime Pater &c. Refero Patri Vræ Rndissimæ: quod Convent.
Chetmensis Patrum Reformatorum Custodiæ Russiæ S. M. Annæ vult et curat uniri Provinciæ meæ
ex sequentibus motivis et rationibus 1o quod hic Conventus solus et unicus remansit in Gallicia
occidentali rescissus ab alijs suæ Custodiæ Conventibus. 2do quod olim spectabat ad nostram Provinciam
ante dismembrationem in Roxolanam seu Russiæ Custodiam 3tio quod Unionem cum cæteris Conven
tibus Galliciæ Occidentalis urgeat mandatum Guberniale. Propter autem majorem fidem transmitto
copiam legalizatam eorundem Patrum. Si ergo videbitur et placebit Patti Vræ Rndissimæ, ut dictus
Conventus adjungatur Provinciæ in his rerum circumstantijs, humillime expostulo licentiam et consen:
sum. Commendo me et Provinciam meam Prolixtrici Gratiæ et Benevolentiæ Paternæ cum distin:
ctissima Veneratione et cultu æviterno = Pattis Vræ Rndissimæ Superioris Honorandissimi obsequen:
tissimus Subditus et Servus Fr Eustachius Adamowski Mnr Prolis mpp.

Copia Rescripti a Rndissimo = Rnde Pater = Ex literis Paternitatis Vræ Rndæ sub die 8 Aprilis
quas per manus accepi Patris Guardiani hujus Conventus urgiis, quod Chelmensis Conventus ad
Custodiam Reformatam S. Annæ in Russia spectans cupit uniri tua Provincia idque ob varias
rationes, non renuo assensum meum præstare, uti patet ex apposito ad supplicationem Patrum
in eodem Chetmensi Cœnobio degentium meo decreto. Ad vitandas autem quaslibet contentiones,
simulque pacem et concordiam magis magisque firmandam reputo necessario requiri consensu
Diffinitorij supradictæ Custodiæ S. Annæ, quem facile obtentu judico, dummodo in considerationem
R.R. P.P. Diffinitorij ipsiusmet Custodiæ gravia ponantur motiva, quæ in tua ad me epistola assignantur
cura ac summa prudentia tua opus deffiniendum relinquo mutua partium satisfactione. Interim
Seraphicam Benedictionem ex corde impertior. Vale-Dieu apud S. P. N. Franciscum die 7. Maji 1800
Addictissimus in Dno Servus Fr Hilarius a Monte Magno Com Grlis

Copia Decreti ejusdem Rndissimi Patris

Honestis petitionibus Patrum ac Fratrum in Conventu Chelmensi Nostræ Reformatæ Custodiæ sub
titulo S. Annæ degentium, quibus varijs de causis superius adnotatis expostularent pro consensu
segregandi a Custodia S. Annæ supradictum Chetmensi Cœnobium, illudque uniendi nostræ Reformatæ
Provinciæ Minoris Poloniæ in Gallicia Occidentali, annuere cupientes præsentium vigore, et Apos
tolica qua fungimur authoritate prædictam segregationem a laudata Custodia, atque Unionem
antedictæ Provinciæ approbamus, dummodo utriusque Provinciæ et Custodiæ Definitorij consensus
accedat, iisque servatis conditionibus a Patribus Definitorij Provinciæ Minoris Poloniæ et Chel
mensis Conventus mutuo jam stabilitis vel in posterum stabiliendis. Datum Dieu ex nostro Con
ventu S. Francisci die 7 Maji 1800. Fr Hilarius de Monte Magno Com Grlis. |: L. S. :| mpp.

4to Cum Rndssmus tam in suis Literis, quam in præfato Decreto requirat ut pro hac unione Con-
ventus Chetmensis ad nostram Provinciam accedat consensus nedum Definitorij Prvæ
nostræ, sed etiam Custodiæ Sæ Annæ ideo A.R.P. Prolis interrogavit P.P. Chetmenses, Utrum
ejusmodi consensus Definitorij Custodiæ Russiæ Sæ Annæ ad faciendam unionem Conventus
Chetmensis ad nostram Prvam sit necessarius, et procurari debeat? Ad quod unanimiter
responderunt negativè. Quia isthæc unio non est in perpetuum sed ad tempus, donec mutatis
circumstantijs alius rerum appareat Ordo. Tum quia correspondentia cum P.P. cæteris Defini
torij Custodiæ Sæ Annæ in Cordone Moschovitico existentibus, est impossibilis, cum jam ab
aliquot Annis, licetsi ad illos pluries nostras literas direximus, ab illis tamen nullum obtinui:
mus responsum, adeoq nec in hac causa sperare possumus. Tum quia P.P. congregati asserue:
runt se ut pote unus Illorum, Custos Regiminis Commissarius, alter primus Custodiæ Pater,
tertius Ipsiusmet Custodiæ Ex-Definitor, posse in hoc negotio supplere absentium consensum.
Has rationes a P.P. Chetmensis Conventus allatas, acceptavit Nostræ Prvæ V.V. Definitorium.
Nihilominus pro Majori Cautela.

5to

5to Proposuit ARP. Prōlis tum P.P. Chetmensibus, tum etiam suo V.V. Definitorio; An posito quod consensus Definitorij Custodiæ S.tæ Annæ non sit necessarius, recurrendum tamen sit ad Rdsmum Commissarium Grlem pro expostulando alio Decreto, in quo prætermittat conditionem appositam, scilicet non requirat consensum Definitorij S.tæ Annæ? nec alias post exoriatur dubium de validitate modernæ unionis, ex eo quod non fuerit servata conditio in Decreto. Ad quod P.P. Conventus Chetmensis responderunt: Tum ex literis Revrdsmi, tum ex Ejus Decreto sufficienter patere, quod contulerit ARP.ri Prōli authoritatem ad Unionem cum sua Prōia Conventus Chetmensis, et Jurisdictionem ad Regimen Illius; Vocata vero in dubium conditio non supponitur alia intentione fuisse apposita a Rdsmō, nisi inquantum foret possibilis. Pro tollendo autem omni scrupulo deposuit ARP. Constantinus Lisowski Epistolam suam legendam, quam scripsit ad ARP. Electum Jablonski Delegatum Commissarium Grlem, in Ordine ad Unionem Conventus Chetmensis cum suis Individuis cum Alma Prōia Minoris Poloniæ, requirendo hac in parte ab Eo consensum. Et etiam rescriptum Ejusdem ARP. Delegati, in quo certiorem vult reddi ARP. Prōlem Minoris Poloniæ de suo consensu super Unionem Conventus Chetmensis ad suam Prōiam, nulla facta mentione requirendi consensus a Definitorio Custodiæ Russiæ S.tæ Annæ, dummodo illa Unio non sit perpetua sed ad tempus immutandarum circumstantiarum. Quibus perpensis ARP. Prōlis cum suo V.V. Definitorio 1mo Requisivit fieri et tradi sibi legalizatas literas, seu Copias tum ARP. Constantini Lisowski ad ARP. Delegatum, tum ab Eo rescripti circa Unionem Conventus Chetmensis. 2do ut P.P. Conventus Chetmensis scriberent ad Rdsmum Commissarium Grlem, notificando Illi conditionem appositam in Decreto de consensu Definitorij Custodiæ Russiæ S.tæ Annæ impossibilem esse adimpletu. Utrumque P.P. Congregati Conventus Chetmensis effectuare spoponderunt, ac etiam copiam litterarum ad Rdsmum mittendarum offerre. Ultimo tandem omnibus præliminaribus mature discussis, utriusque partis votō decisum est posse ad unionem tuto accedere, illamque fore validam, dummodo puncta concordandorum adimpleantur, non obstante quod consensus Definitorij Custodiæ S.tæ Annæ non habeatur. Et finita est præsens Sessio, alijs ad futuram Sessionem dilatis.

SESSIO 2da.

Hora media 4ta pomeridiana, in qua invocato Spiritu S.cto per consueta Suffragia 1mo Antequam deventum esset ad concordanda puncta ex parte Cntus Chetmensis proposita; ARP. Prōlis proposuit Adm. Rdis, Rdoque P.P. Congregatis Cntus Chetmensis Puncta ex parte Prōiæ, proprio, et singulorum ejusdem Conventus Individuorum nomine ratificanda.

1mum. Ut facta unione Eorundem Nobiscum acceptent Prōiæ Nostræ Statuta et Ordinarium, illa ut moris est ad publicam mensam legant, omnia in illis contenta observent, atque secundum illa omnino dirigantur.

2dum. Ut propter servandam nobiscum omnimodam conformitatem, etiam laudabiles Nostræ Prōiæ consvetudines observent in omnibus, atque factis in Congregationibus et Capitulis Nostris, nec non in post faciendis Ordinationibus a V.V. Definitorio subsint et eas observari curent.

Ad utrumque responderunt P.P. Chetmenses affirmative, tum proprio, tum singulorum Individuorum nomine, asserentes: Suas Municipales leges, plurimum convenire cum legibus Almæ Prōiæ cui se annectunt, et quia id boni regiminis ordo exigat, ac tandem: quia minor pars debet se nosse obligatam sequi majorem. 2do Cum jam ab his, pro Statu Unionis Conventus Chetmensis Sigillum Nostræ Prōiæ S.ssæ V.s Mariæ Angelorum agnoscere debeat pro Authentico et Authorizato. Proposuit ARP. Prōlis ARP. Constantino Lisowski cæterisque P.P. Conv. Chetmensis, Ubi nam Sigillum Custodiæ Russiæ conservare velint? Ad quod ARP. Constantinus Lisowski cum suis P.P. respondit: Cum Sigillum non pertinet ad solum Conventum Chetmensem sed ad totam Custodiam Russiæ S.tæ M. Annæ, adunito solo Conventu Chetmensi ad Almam Prōiam S.ssæ V.s Mariæ Angelorum Sigillum Custodiæ extradi non potest, sed in eodem Conventu Chetmensi conservari debet, Tumquia Rvrdissimus Commissarius Grlis Ord. constitutum Commissarium Custodialem præfatæ Custodiæ ARP. Constantinum Lisowski, decrevit ut Ipsemet Sigilla Custodiæ apud se retineat, usque ad futurum Capitulum, in quo pacificatis temporibus, sequeretur electio Canonica novi Custodis Regiminis. Tum quia ista Unio pro casu alterius ut præfertur et infra explicabitur, Providentiæ, non subsisteret; posita autem difficultate transportandi Sigillum exempli gratia ex Archivio Provinciæ, Custodia remaneret sine suo Originali. Protestati tamen sunt conscientiosè P.P. Conventus Chetmensis ad instantiam V.V. Definitorij Prōiæ, quod in nullo casu adhibebunt usum Sigilli S.tæ M. Annæ Custodiæ, unde quidquam posset emergi contra præsentem Concordatam Unionem, nisi forte infra descriptæ Re-Unionis circumstantiæ advenerint, Alias tum respectu Conventus Chetmensis tum respectu Singulorum Individuorum sive in præfato Conventu, sive pro casu in aliquo Prōiæ degentium nullius erit roboris et Authoritatis.

Protestati

Protestati etiam sunt prælaudati P.P. Chelmenses, quod sigillum Prviæ Nostræ ut authorizatum agnoscent, et venerabuntur tanquam sui legitimi Superioris, quamdiu valor præsentis unionis, juxta partium sibi mutuo datam fidem subsistet. 3tio Post hoc ARP. Prlis cum suo V.V. Definitorio ad Puncta ex parte Conventus Chelmensis et Individuorum ejus porrecta dedit resolutiones, quæ post mutuam consultationem a P.P. Conventus Chelmensis, ut obligatoriæ sunt acceptatæ. Itaquè

Ad 1mum. De Meritis et Prærogativis;; Libenter annuit V.V. Definitorium, quatenus Individua Conventus Chelmensis post unionem Ejus cum Nostra Prvia, gaudeant in ea suis meritis et prærogativis, positis et acquisitis in sua olim Prvia et Custodia. Qui tamen P.P. de Prvia Nostra fuerint parium meritorum et prærogativarum cum P.P. Chelmensibus, Nostri P.P. debent eos præcedere prout præscribunt Statuta Ordinis.

Ad 2dum. De mutatione et servanda æquivalentia Individuorum;; Declarat V.V. Definitorium quod a mutationibus Individuorum Conventus Chelmensis ad Conventus Prviæ Nostræ abstinebit se, nisi aliqui ipsorum petierint hanc sui mutationem. Et hoc ideo: ne inde detur occasio alicui migrandi ad Conventus extra Provinciam nostram sitos, quandoquidem ex occasione modernæ unionis Conventus Chelmensis Nobiscum, jam duo P.P. de eodem Conventu scripserunt ad ARP. Prlem requirentes licentiam transeundi ad Conventus Galliciæ Orientalis. Tum ideo: quia Conventus Chelmensis licet modo uniatur Prviæ Nostræ, salvo tamen jure disunionis ejus a nobis pro alia Providentia /: prout in Resolutione ad 6tum Punctum conceditur :/ ac proinde in tali casu cum suis tantum Individuis restitueretur, non vero cum P.P. et F.F. Nostræ Prviæ. Hinc numerus Presbyterorum non minuetur in Conventu Chelmensi ex parte Prviæ, nisi per se minuatur, vel per mortem, vel per transitum aliquorum in alias partes, quo casu non obligabitur Prvincia substituere alios P.P. cum detrimento proprio.

Ad 3tium. De Suffragiis;; Promittit V.V. Definitorium integra Suffragia P.P. et F.F. Conventus Chelmensis unientibus se nobiscum in Provincia. Mutuo tamen fidem P.P. et F.F. tenebuntur absolvere plena Suffragia pro quolibet Patre et Fratre Prviæ Nostræ mortuo. Quæ tamen mutua Suffragia cessabunt in Casu dis=unionis Conventus Chelmensis. Ut autem Alumni Conventus Chelmensis /: prout in præsens sunt :/ valeant etiam peragere debita Suffragia pro P.P. et F.F. Custodiæ S. Annæ et Provinciæ quondam Russiæ, minime contradicit V.V. Definitorium. Quia tamen hæc obligatio est Personalis illorum, cum commodo Ipsorummet, ideo P.P. Chelmenses Missas celebrabunt diebus liberis nempe Dominicis, non vero illis in quibus tenebuntur ad Intentionem Conventus celebrare, nisi Pr Guardianus loci libere consentiat tali celebrationi, nec requirat suppleri omissionem Missarum Conventus, quod relinquitur libertati et benevolentiæ P.P. Guardianorum.

Ad 4tum. De Pannificina et Subministratione Pannorum;; Consentit V.V. Definitorium ut Pannificina in Conventu Chelmensi erecta, conservetur pro commodo Prviæ Nostræ, ad quam pertinebit subministrare pannos Conventibus Custodiæ Russiæ in Moschovia existentibus si commode potent, et ejusmodi Pannificina absque difficultate conservari, ob penuriam lanæ et Pannificinariorum in illo loco.

Ad 5tum. De Molendino Equino;; Respondit V.V. Definitorium: Sibi, Omnibusque P.P. Provinciæ /: quibus præsens Categoria Unionis ad trutinandum fuit proposita :/ Molendinum Equinum plurimum displicere, ob rationes, in puritate Regulæ, ac Statutis pro Reformatione fundatas. Patribusque Conventus Chelmensis cum omni sinceritate expositas. Quia tamen P.P. Conventus Chelmensis asseruerunt molituram vere esse difficillimam ob defectum hydraularum. V.V. Definitorium condescendendo manifestæ necessitati permittit molendinum conservari, quod tamen ita vult accommodari, ut loco Equorum adhibeantur boves, ac ideo boves conservari in Conventu permittit, ut vel sic fiat accommodatio nostræ Reformatæ Observantiæ.

Ad 6tum. De Statu aliæ Providentiæ, seu de duratione præsentis Unionis;; Concedit V.V. Definitorium, ut in Casu Re=Unionis Conventuum suis Provincijs et Custodijs pro alia Providentia, Conventus Chelmensis possit redire ad suam matrem a qua avulsus est. Neque inita nunc concordata cuipiam Patri aut Fratri de Conventu Chelmensi oriundo, adiment pro tunc libertatem redeundi ad suam Matrem. Porro per illam aliam Providentiam V.V. Definitorium una cum P.P. Conventus Chelmensis intelligit: Si vel Conventus Chelmensis alienæ ditioni subderetur cum prohibitione nexus cum Nostra Prvia. Vel si Regnum Poloniæ resuscitaretur et ad suos priores limites restitueretur. Extra quos casus nemini licebit stante moderno rerum Statu pro suo libitu attentare divisionem Conventus Chelmensis a Nostra Prvia, sub pœnis in Statutis Gnrlibus expressis, et arbitrio Superioris Prviæ infligendis. Præcavet etiam V.V. Definitorium, ne in casu subsequendæ Dis=Unionis P.P. Chelmenses ullum Religiosum Nostræ Prviæ ad transitum in suas partes alliciant, multo magis recipiant sine Dimissorialibus ARP. Prlis proprijs. Pro quo specialem sponsionem dederunt V.V. Definitorio præsentes in Congressu P.P. Conventus Chelmensis. Quicunque autem Pr vel Fr Provinciæ Nostræ secus fecerit, privabitur Suffragijs integris in Prvia et habebitur pro Apostata.

4to His itaque resolutionibus propositis, et a Dignissimis P.P. Conventus Chelmensis libenter et placite acceptatis, atque ut utriusque partis Juribus optime convenientes, agnitis, ARP. Prlis ulteriorem hujus negotij terminationem ad futuram Sessionem differendo præsentem Sessionem finiri decrevit.

Sessio 3tia

SESSIO 3tia

Quæ fuit Die 1ma Julij hora 3tia Pomeridiana. In qua invocato Spiritu S. per consueta Suffragia.
1mo. ARP. Prolis petijt ab ARP. Constantino Lisowski reddi sibi in hesterna Sessione appromis=
sas copias legalizatas literarum Ejusdem ad ARP. Commissarium delegatum. Et ab Eo sibi da=
ti Rescripti in materia Unionis Conventus Chetmensis. Tum etiam Literarum ad Rdssmum
Hilarium de monte magno Commissarium Grlem Ordis significativarum Eidem de impossibili=
tate adimplendi conditionem in Decreto appositam quoad consensum Definitorij Custodiæ Rus=
siæ Sæ Annæ, pro Unione Conventus Chetmensis ad nostram Prviam. Et statim ARP. Con=
stantinus Lisowski omnes requisitas copias, jam legalizatas exhibuit, et tradidit ARP.
Proli, quæ hujus Unionis Originali annectuntur, simul cum illo conservandæ.
2do. ARP. Prolis nomine totius VV. Definitorij interrogavit ARP. Constantinum Lisowski
ceterosq Dignissimos PP. Conventus Chetmensis, utrum tam Puncta ex parte Prviæ quam
ex parte sui proposita acceptent sub Clausulis et moderationibus a VV. Definitorio factis
et expositis, atq sub his concordatis ex utraq parte, et utramq partem obligantibus acce=
dant ad Unionem cum nostra Provincia? Respondit ARP. Constantinus Lisowski ac di=
stinctim ceteri Dignissimi PP. Conventus Chetmensis nomine proprio, et Singulorum Ejus=
dem Conventus Individuorum. Puncta ex parte Prviæ sibi proposita, ac omnes suorum pun=
ctorum a VV. Definitorio Prviæ factas resolutiones, sub clausulis et moderationibus acce=
ptare, ad horumq Observantiam se obligare velle, et esse obligatos nosse, ac libentissimo
gratoq animo exoptatam Unionem cum alma Prvia Reformata SSæ Vs Mariæ Anglr nunc actu inire.
3tio Omnibus tandem in suavissima pace compositis, atq in vinculo veræ, sincereq Fraternæ
Charitatis, ad mutuam combinationem deductis. Decisa est a VV. Definitorio Unio Conventus
Chetmensis cum suis omnibus Individuis ad nostram Reformatam Prviam SSæ Vs Mariæ
Angelorum, Appositisq Sigillis, subsecuta est subscriptio pro rata et firma hac Unione utriusq
partis. Acta sunt hæc in Conventu Nostro Solecensi ad Ædes S. Stanislai E. et M.
Die 1ma Julij 1800. Anno.

L. S.

Ita est Fr. Felix Janowski Ref. Def. Prviæ
Ita est Fr. Justinus Kosztylski Ref. Def. Prviæ.
Ita est Fr. Henricus Dzilowski Ref. Def. Prviæ
Ita est Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ref. Def. Prviæ
Ita est Fr. Josephus Drochoiowski Ref. Custos Prviæ
Ita est Fr. Eustachius Adamowski Ref. Mnr Prolis

L. S.

Ita est Fr. Alexius Zytynski Ex-Def. Deleg.
Ita est Fr. Xaverius Giermer Ref. Ex-Custos Reg.
Ita est Fr. Constantinus Lisowski
Ref. Commissarius Custodiæ Ssæ Annæ

Nomina et Cognomina PP. et FF. Conventus Chetmensis, tempore Unionis ad Nostram Provinciam ibidem manentium.

MVP. Chrysologus Zysogorski. Præsidens Conventus	Annos Ætatis 48.	Religionis 22.
ARP. Constantinus Lisowski. S.T.L. Prviæ Pr.	Ætatis Annos 75.	Religionis 58.
ARP. Xaverius Germer. S.T.L. Ex-Custos Regm. C.P.	59	33.
MVP. Ambrosius Zaleski. Vicarius	59.	41.
RP. Alexius Zytynski. S.T.L. Ex-Def. Custodiæ	48.	30.
MVP. Benvenutus Pienkosiewicz. Prædicator.	51.	27.
MVP. Nepomucenus Stepkowski. Prædicator.	45.	26.
MVP. Michaël Broczkowski. Confessarius.	55.	32.
VP. Julianus Golebiowski Sacristianus.	47.	21.
VP. Joachimus Grabski Confessarius.	53.	19.
VP. Illuminatus Uttinger Simplex Sacerdos.	44.	21.
Fr. Thadeus Ilnicki Vestiarius.	61.	40.
Fr. Ivo Doruchowski.	57.	33.
Fr. Josephus Hanaczewski.	54.	21.
Fr. Dominicus Zrazowski. Mag. Pannif.	35.	11.

Finitis.

Finitis omnibus quæ ad Unionem spectabant A.R.P. Prôlis, misit Conventui Chetmensi Intimatorias sequentes:

Fr. Eustachius Adamowski Ord. Min. S.P.N. Fran. Reformatorum Prvie SS.æ V. Mariæ Angelorum, Mr. Prôlis, et Servus.

Admodum Rdis, Rvdis, MV Patribus, ac Dilectissimis in Xto IESU F.F. Ejusdem Ord. et Instituti, Conventus Chetmensis Alumnis, Salutem et Copiosam a Dno Benedictionem.

Quod temporum ac circumstantiarum ad præsens expostulabat ratio, quod boni Communis omnium Vestrum Individuorum requirebat necessitas, quod S.æ Observantiæ optimis ex Vobis Viris dictitavit zelus; illud Deo T.O.M. auspicante, Vobis desiderantibus, Nobis amicabiliter consentientibus, habita ad id expressa licentia a Rdsmo Pre Hilario de monte Magno Commissario Ord. Grli. S.N.H. in Partium mutuo ad nostrum Conventum Solecensem Congressu Die 30. Junij. a.c. 1800mi jam ad effectum deductum esse Vobis P.P. et F.F. Dilectissimi significamus. Non ignoratis certè, quod Vester Conventus Chetmensis a sua Custodia Russiæ sub Titulo S.æ M. Annæ, ob notas unicuiq. rationes sit rescissus, modo vero cum suis Individuis nostræ Prvie SS.æ V. Mariæ Angelorum sit jam adjunctus, ac perconsequens nostræ Jurisdictioni et Successorum nostrorum ab hinc conformiter ad pacta concordata Unionis omnino subjectus existat. De motivis ob quæ, de conditionibus sub quibus ist hæc Nostram inter Prviam, vestrumq. Conventum Chetmensem facta sit Unio? non reputo necessarium in præsentiarum disserere, cum ex Vobismetipsis Seniores et Graduati P.P. gerendarum rerum peroptime gnari sat sapienter, zelose, circumspectè hac in parte disseruerunt, ac etiam per nostrum Definitorium disserta, trutinarunt, acceptarunt, quæq. unanimi partium consensu officiose sunt comprobata. Istud tamen pro certo ab unoquoq. vestrum haberi volumus. Nulla nos privati emolumenti ratione ductos fuisse ad ineundum Vobiscum in Unam Prviam nexum, sed in toto hocce negotio, inhoando, prosequendo, atq. consummando, sola nobis diretrix præfuit Fraternitatis charitas, Vestri boni communis amor, ac modernarum circumstantiarum inevitabilis opportunitas. Hæc itaq. vox prima quam Vobis P.P. et F.F. Dilectissimi licet ut absentes non ore ast scripto expressam, de corde tamen ac intimo affectu depromptam transmittimus; Vox est Paterna, amoris, sollicitudinis, ac erga unumquemq. vestrum summæ propensionis manifestativa, qua Vestris justissimis et faventissimis desiderijs inclinati. Nos Vestrum P.P. et F.F. Dilectissimi, magis Patrem quam Superiorem extitisse declaramus, nostramq. super adunitum Conventum Chetmensem Ejusq. singula ad præsens collocata Individua plenam Jurisdictionem fundamus, et fundatam intimamus.

Penes hæc non possumus sat sufficienti exprimere eloquio, quantum summæ lætitiæ afficiamur sensu, dum cernimus Vos suis Titulis Dilectissimi P.P. Dilectissimiq. F.F. iterum Ejusdem Matris Prviæ in sinu contineri, de cujus visceribus P.P. Vestri quondam geniti, in Magnam Gentem benedicente Dno excreverunt. Viget adhuc immortalis memoria Eorum, quârum laus a Divinarum humanarumq. literarum eminenti Studio, irradiantibus sublimis Sapientiæ fulgoribus, ferventissimo Regularis Observantiæ Zelo, honestis, sanctisq. moribus, sat evidenter enituit Seraphico Orbi. Exultavit non semel nostra Mater Prvia conspiciens suam prædilectam Filiam tot Illustrium Virorum fœcundam evasisse Matrem, de quorum etiam ope, consilio, dexteritate, affectu, plurimum ipsamet velut gratitudinis nobilissimo fructu, consolata, adjuta, ac decorata fuit. Hæc commemoramus ut juxta doctrinam Eccl. 44. præscriptam. „Laudemus Viros gloriosos -- in Generatione sua,,, quia Filij eorum propter illos in æternum manent.„ Nam defacto non Degeneres bonorum Patrum Filios Vos agnoscimus, sunt enim inter Vos Viri: Scientia præditi, sapientia imbuti, zelo fervidi, moribus honesti, pietate eximij, sinceritate decori, ut possimus dicere. Nomen Patrum Vestrorum, vivit in generationem et generationem„; scilicet: in Vobismet ipsis P.P. Adm. Rdi. et vestro ad nunc, moderamini subjectis. Hæc est ergo summa nostri gaudij ratio, quia et nostri honoris argumentum, quod Conventus Chetmensis prælaudati Alumni, qui velut ramus olivæ speciose, fructifere, olim in terra sua floruerunt, nunc in terra nostra transplantari, atq. transplantationis locum sibimetipsi post maturam deliberationem elegerunt et efficaciter adamarunt. Quod si aliquando minus favorabili (: quam experti estis :) sorte dolueritis Vos P.P. et F.F. Dilectissimi rescissos esse a maternæ plantationis vinea. Si velut Orphani lachrymabundi favorabilem a Superis exoptaveritis Tutelam, pacato nunc quiescite animo, Supremus rerum Moderator Deus Sorti Vestræ ad præsens providit dignanter, abstersit omnem lachrymam ab oculis Vestris, et in futurum, juxta suæ Sanctissimæ quæ infinita est Bonitas, Voluntatis, Decretum, providere non dedignabitur. Respicite quæso! En pandimus ad

Vos

ad Vos nomine Matris Prv̄ie Cor nostrum dilatamusq; illud ad constringendum unumquemq;
Vestrum. Vos estis os de ossibus nostris, et caro de carne nostra, Vos estis frondosæ floridæ,
fructiferæ palmites, de eadem nobiscum Viti, nedum Reformatæ Observantiæ, sed et Ejusdem
primitus Prv̄iæ, Originem, succum, et naturam trahentes; Vos estis germen pium, populus
acquisitionis, nunc autem gaudium, et Corona nostra! Qua propter haud de nobis quid aliud
suspicaminor; nisi quod hæc nostra Prv̄ia erit et Vestrum Communis, Charissima Mater,
quod Nos, qui moderante Deo, concrediti Regiminis sceptra tenemus, Vestræ incolumitati,
vestris meritis, et quibusvis opportunitatibus providere curabimus, quod singuli de No-
stra Prv̄ia FF. sint addictissimi Vestrum Confratres. Itaq; consolamini invicem in Verbis
istis". Hanc vero sponsionem ubi vero Vobis ac candido Corde manifestamus, nec mini-
mum de Vestra Virtute nobis dubitandum occurrit, quinimo spe indubia erigimur,
omnia Conventus Chełmensis Individua, tanto majori conatu, velle in futurum cum Pro-
vincia pacem, charitatem servare, illiusq; communi bono adlaborare, in nullo roborata Unio-
nis puncta lædere, quo amicabiliori vinculo Ejdem adjunguntur.
Et quia præter Paternum affectum erga Vos quô flagramus, scimus Nos jam obligatos ad
exercendam Jurisdictionem, quâ fungimur in iis quæ bonum Regimen, Regularemque
disciplinam concernunt. Hinc 1mo præsentibus nostris patentibus literis, denuntia-
mus Vobis P.P. et FF. Dilectissimi imminentem Nostram futuram Congregationem, in
Conventu Nostro Sandomiriensi ad Ædes S. Joseph. S. B. V. Mariæ Die 13. Julij a. c.
1800 celebrandam; Ubi etiam de Vobis, Vestraq; prosperitate, vi suscepti Officij consultare
oportebit. Ut ergo secundum Deum, vestraq; pia, ut credimus desideria, per Nostram
ministerialem Solicitudinem cuncta disponantur, requirimus a Vobis fieri adeum Oratio-
nes et Obsecrationes. Injungendo propterea conformiter ad Statuta Ordis ut saltim per
reliquum tempus a die promulgationis præsentium, illico consueta incipiantur et conti-
nuentur Suffragia ad diem Congregationis præfixam. Videlicet: quotidie recitetur in
Choro post Laudes, Tertiam, et Vesperas Officij Divini Hymnus: Veni Creator Spiritus;
cum Versibus et Collectis de Spiritu S. Immaculata Conceptione B. V. M. et S. Prē
Francisco. Ipsa vero die Congregationis decantetur Votiva de Spiritu S. in qua Fratres
communicabunt, Patres vero Sacerdotes in Missis privatis addent Collectam de Spiri-
tu S. pro felici successu Congregationis, qua etiam die P.P. Confessarijs ad excipiendas
Fratrum Confessiones approbatis, absolvendi a Casibus in Nostro Ordine reservatis
facultatem elargimur, omnibusq; Fratribus liberam Confessarij de nostra Familia
electionem indulgemus. 2do Incumbit etiam muneri Nostro ut cognoscamus Sta-
tum Conventus Chełmensis, cujus accurrata Syndicatio debet consignari V.V. Definitorio
ideo injungimus MVP. locali Conventus Chełmensis Superiori Ejusq; Discretis, ut
ad omnia et singula puncta in Scheda sibi a Nobis porrecta perquam accuratis-
simè, et candide respondeant, horumq; veritatem propriis manibus subscribant.
3tio Specialiter de Celebratione Missarum juxta Decretum Innocentij XI. ab omnibus Sa-
cerdotibus juratum et subscriptum Testimonium V.V. Definitorio exhibendum una
cum Schedis pro Congregatione transmittatur. 4to Ut quodlibet Conventus Cheł-
mensis Individuum sciat qualiter in mox peracto Congressu decisa sit Unio, et ad quid
virtute illius obligatum se esse intelligere debeat, volumus, ut ex Originalibus Unio-
nis Actibus legalizatum transumptum intelligibiliter toti Communitati ad Mensam
perlegatur et promulgetur. Has vero literas Nostras statim postquam ad
Conventum Chełmensem pervenerint in plena Communitate, legi, promulgari, per
Superiorem loci distinctè explicari, Protocollo Conventus ingrossari volumus ac
præcipimus, ac tandem Nobis, cum attestatione de illarum promulgatione et ingrossatione
restitui. Cæterum antequam gaudium Nostrum fuerit plenum dum Vos persona-
liter visitare, atq; os ad os loqui Benignissimus indulserit Deus, iterum atq; iterum
Paternum vobis contestamur affectum, mutuam a Vobis vicissitudinem exoptantes.
Valete P.P. et FF. in Xto JESU Dilectissimi omni benedictione Cælesti superinfusi.
Necessitatum S. M. Ecclesiæ, Seraphici Ordis Nostri, et Prv̄iæ, Nostri quoq; qui in An-
gustia temporum et debilitate Virium Vobis ministrandi, suscepimus onus, Nec non Be-
nefactorum nostrorum in Vestris Orationibus memores. Datū in Nostro ad S. Stani-
slaum E. et M. Conventu Solecensi Die 1ma Mensis Julij 1800. Anno.

L. S.

Fr Eustachius Ref. Minister Provincialis
m. p.

Fr Eustachius Adamowski Ord. Minr S. P. N. Fran. Refor. Pvcie Sae Vs. MA:
RIAE Angelorum Minister Pvlis et Servus.

Admodum Rdis, Rdis, M. Vdis, Vndisq P.P. ac Dilectissimis in Christo IESU FF. salutem a Dno

Primus est hocce recenti Anno noster ad Vos P.P. et FF. Dilectissimi sermo. quo Paternum
Vobis nitimur contestari amplexum, atq pleno optimis Votis, pro Vestra felicissima
sorte, animo, apprecamur, ut terminato elapsi Seculi Cursu, quaeq minus fausta ter-
minentur, veteribusq fugatis, si quae non raro poterant occurrere infortuniis, nova sint
omnia, incolumitati ac prosperitati Vestrae pergvam amicissima.
Haec eadem neo: inhoati Anni tempora, innatam ab antiqvo erga Benefactores Nostros
gratitudinem haud obliterare debet, ast potius sinceris nostris in Cordibus renovandam
commemorare oportet, ut non tantum laudabilis consvetudinis more, sed multo magis
grati animi svaviter edocti instinctu, iisdem precemur novam Caelestium Benedictionum
affluentiam, Beneficiorumq nobis praestitorum copiosissimam desuper remunerationem.
Verum quibusnam condignis Votis respondere debeamus Illorum Benefactorum munifi:
centissimae Gratiae, qui antiqvos erga Provinciam Nostram favores hocce recentissimo Anno
renovantes, novae a Nobis gratitudinis student promereri argumentum? Tales sunt
Illmi Mgfci Dni Comites: Alexander Morski Succamerarius Premisliensis, Ordinis
Aqvilae Albae, et S. Stanislai Eqves, Conventus Nostri Lublinensis Syndicus Aplcus, una
cum Illma Mgfca Dna Ludovica de Trembinskie Morska, sua Dignissima Consorte,
Benefactores Nostri Gratiosissimi. Qui praeter plurima beneficia, tum Conventui Lubliner:
si, tum Toti Pvciae jam abundantissime praestita, tandem pro totius Pvciae subsidio, digna:
ti sunt hocce etiam Anno copiosam Eleemosynam elargiri. Non ergo necessarium esse
ducimus, longiori textu, enarrare qvanta Horum Illustrissimorum Benefactorum, erga
Statum Nostrum propensissima sit devotio? ut Vestros affectus ad pientissimam gratitu:
dinem excitemus; cum vix aliqvis Vestrum P.P. et FF. Dilectissimi illam ignoret, nec a
multis diebus; Nos quoq patentibus Litteris Nostris Toti Pvciae insinuavimus et
recommendavimus. Superest tantum ut non cessemus pro novo munere, novum devicti
Cordis pandere tributum, novamq Divinae Gratiae, quam serio Praelaudati Benefactores Nostri
Singularissimi exoptant, deprecemur abundantiam, quatenus penes longaevam Vitae incolumita:
tem, Caelestibus auxiliis suffulti, pleni bonorum operum meritis, in Sanctitate et justitia coram
Deo perseverent. Istud certe maximum est. nec qvidqvam majus, aut carius optimi Be:
nefactores Nostri sibi obventurum desiderant; nec nos Ipsis qvidpiam melius vovere ac
praecari possumus. Si namq ut ait Doctor Angelicus 1. 2. q. 113. art. 9. ad 2. Bonum Gratiae
unius, majus est quam bonum totius Naturae; Tum illud, quod Tridentini Concilij Patres,
specialissimum vocant; Donum Perseverantiae, superat caeterarum etiam Gratiarum magni:
tudinem atq Excellentiam. Hujus itaq maximi Doni efficacem virtutem saepius iteratis
precibus: vere juxta praescriptam a SS. P.P. methodum: adipisci conantur praenominati Illmi
Benefactores, Cujus munimine in protectione Dei Caeli perpetuo commorentur, contra omnes
hostiles inimicorum Animae insultus fortissime roborentur, ex omnibus periculis in Via sa:
lutis occurrentibus eripiantur, et ad Sanctum finem, dextera Omnipotentis et miserentis Dei
feliciter perducantur. Tali saluberrima intentione recurrunt ad Nostras Orationes Illmi
MMci Dni Alexander et Ludovica Morski; Quorum pientissimis desideriis ex animo
inhaerentes, prout ob ampla Pvciae Nostrae exhibita beneficia obligati sumus, in vim peren
nis gratitudinis injungimus. ut pro Finali Gratia impetranda Illmis Dnis, Alexandro
et Ludovicae Morskie in qvolibet Conventu absolvantur Suffragia seqventia. 1mo Can:
tentur duae Missae Votivae. 2do Absolvantur praeterea Missae lectae 10. 3tio Psalmi Peni:
tentiales cum Litanijs de Omnibus Sanctis ac Orationibus subseqventibus bis recitentur in
Choro a Communitatibus. 4to Qvilibet Fr Clericus eosdem Psalmos Penitentiales ter recitet.
5to Qvilibet Fr Laicus, ter centum Pater noster, Ave Maria, et Gloria Patri ad eandem inten:
tionem dicat. 6to Tribus vicibus inscribatur Sacra Communio offerenda a FF. Clericis
et Laicis, pro Finali Gratia iisdem Illmis Dnis Alexandro et Ludovicae impetranda.
His tamen P.P. et FF. Dilectissimi minime estote contenti, satagite pro Vestra bona volun:
tate aliis etiam pietatis officijs, uti jejunijs, mortificationibus, disciplinis, crebris suspirijs,
orationibus tum diurnis, tum nocturnis, Divinam interpellare Clementiam quatenus Prae:
laudati Illmi Benefactores nostri Gratiosissimi, quod sancte desiderant efficaciter con:
seqvantur. Praesentes vero Litteras P.P. Locorum Superiores suis respective Communitatibus
publicari, explicari, Protocollis ingrossari, et juxta Ordinem Cursoriae a foris praescriptum,
transmitti indilate curent atq efficiant. Valete P.P. et FF. in Xto IESU Dilectissimi pro
necessitatibus S. M. Ecclesiae, concordia Principum, pro Benefactoribus, ac etiam pro Nobis Deum
orate. Datum in Nostro ad S. Casimirum Conventu Cracoviensi Die 8va Januarii 1801 Anno.

Fr Eustachius Ref. Minr Pvlis
m. p.

71

Fr. Eustachius Adamowski Ord. Min. S. P. N. Francisci Reform. Almæ Pro. Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali Minister Prlis et humilis in Dno Servus.

Admodum Rndis, Rndis, Ven. Vrdis, Venerandisq Patribus, ac Dilectissimis in Xto Jesu Fratribus salutem a Domino copiosam.

Etsi vi Professionis sub cujus suavi regulamine Deo exhibemus famulatum plurimum nobis incumbat incessanti Spiritus fervore pro nostri paupertini status Precatoribus Supremum exorare Numen, ut sic propensissimæ Gratitudinis, qua stringimur, possimus contestari vicissitudinem, tanto nihilominus ejusmodi Obligationis nos meminisse strictiora adjungunt jura, quanto in protegente et Authoritas Excelsior et amplior munificentia pro nostro munimine favorabiliq tutela splendidius relucent. Hinc est quod nos in præsentiarum Vestram Patres ac Fratres Dilectissimi Devotionem exhortari cogimur singularius ad fundendas preces pro nostro Augustissimo Imperatore Romano Francisco II cujus clementiam nullis sat condigne laudibus extollendam, in multis obvenientibus circum. stantiis semper Gratiosissimam nostra experta est Provincia. Nostis jam perbelle, quanto favore Augustissima Majestas suo nos Paterno fovet in sinu, cum quanta Misericordia nostræ Paupertati condescendere dignatur, dum a consuetis tributorum oneribus sub sua Ditione in hac Occidentali Gallicia nostros Conventus liberari decrevit, necnon pro singulorum Fratrum usu longe inferiori pretio, a Communi subiectum posita Taxa gratiose Ponticum subministrare mandavit, ac demum nostræ paupertatis misertus de eodem alias diminuto pretio adhuc medietatem cedere libenter indulsit, concedendo nempe, quatenus una libra Pontici extradatur ad usum nostrum pro 12 cum Xris. Nostrarum itaq partium interest, ut præter Communem Apostolorum admonitionem, qua jubemur pro Regibus ac Principibus, ac illis, qui sunt in sublimitate positi, orationes ac Obsecrationes facere ad Deum singularius obstricto Gratitudinis voto pro nostro Augustissimo Imperatore Francisco II. devotissimas fundamus preces, ut illum Deus T. O. M. incolumem conservet, in modernisq sat acerbissimis circumstantiis positum Cœlesti virtute protegat muniat atq defendat, ut suavissimis medicis multies exoptata Pacis afferentes Gaudia populo Xtiano sit Tutor, Fidei Xtianæ zelosus Defensor, Ecclesiæ Xti; ac gloriæ supremi Numinis in terris Propagator, nec non in sua Majestate semper Augustissimus semper Prosperrimus.

Quare ut votis nostris Supremus Omnium Moderator Dns in cujus ditione cuncta sunt posita clementissime annuat, Augustissimo vero Imperatori Francisco II tranquillitatem pacisq perquam abundantissima bona conferat quantocius, quibus Is una cum integerrima Vitæ incolumitate pro summo populorum solatio semper Beatus ad longissimos perfruatur Annos, præcipimus atq mandamus, ut in quolibet Conventu Provæ nostræ in Gallicia Occidentali a suis respective Communitatibus ad Intentionem Augustissimi Imperatoris Francisci II sequentia absolvantur Suffragia 1. Missa Votiva solemniter decantetur. 2. Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis de OO. SS. et subsequentibus ut in Breviario. Orationibus à tota Communitate in Choro flexis genibus recitentur. 3. Tribus continuis diebus a præsentium receptione omnes Sacerdotes adhibeant speciale memento Augustissimi Imperatoris memento. 4 Consueta Suffragia seu preces quæ dicuntur post Matutinum, Prandium, Completorium et in Missa Conventuali addita Collecta pro Augustissimo Imperatore ad ejusdem intentionem applicentur per 3. dies. 5 Ibus vicibus Mtam Communionem Omnes Frs Clerici et Laici offerant pro Augustissimo Imperatore Deum exorantes.

Caeterum credo vos P.P. ac Fres Dilectissimi memoriam habere ad Deum pro illis, qui Augustissimum Imperatorem Nostrum in omnibus felicissimum ac per omnia bene placentem Deo efficerent, sunt demum ejus singularissima Beneficia recolentes Eidem gratos vos in frequentioribus Orationibus exhibere conamimor. Has vero Patentales Literas Nostras Patres Locor. Superiores quam primum receperint, illico suis Communitatibus promulgari, Protocollis ingrossari, ad effectum hoc, quae illis praecipiuntur deduci, ac juxta praescriptum a foris Ordinem Cursorie ad ulteriorem Conventum transmitti indilate curent et efficiant. Valete P.P. ac Fres Dilectissimi et pro necessitatibus S. M. Ecclesiae pro Concordia Principum ac etiam pro Nobis ac Benefactoribus Nostris Deum orate.

Datt Cracoviae in Nro Coetu ad S. Casimirum Die 9 January 1801.

Fr Eustachius Refor Minr Prolis mp

Fr Eustachius Adamowski Ord. Minr S. P. N. Francisci Refor Prvae S. V. Mariae Angelorum Minister Prvlis & Servus.

Adm Rdis, Rdis, MVdis, Vdis, P.P. ac Dilectissimis in Xto JESU F.F. salutem a Dno.

Jacturam magni in Provincia Viri, cujus in agendo dexteritas, in Virtute exemplaritas, in meritis excellentia, plurimum & utilitatis, et decoris Communi Bono attulisse, nemo est qui dolenti animo non excipiat P.P. & F.F. Dilectissimi; Super talem jacturam dolens ingemiscit Provincia nostra, dum cernit sublatos è vivis brevi temporis intervallo Patres Emeritos, Exemplares, atq proficuos. Quos inter principalem locum sibi merito vendicat A.R.P. Christophorus Dobrakoski Prviae Nrae Pr Emeritissimus ac Ejusdem Prviae immediatus Ex-Comissarius & visitator Gnlis. Hujus Patris labores, merita pro utilitate ac decore Prviae posita, enumerare haud necessarium esse ducimus dum vivis allequamur testes, qui Ejus in Lectura tum Philosophiae tum Sae Thlae Sapientiam; in Guardianatu plurium Annorum, intimum erga F.F. amorem; in Definitoriatu maturitatem judicij atq prudentiam; in Magisteriatu discretionem; in Provincialatu affabilem cum Charitate zelum; in Commissariatu eximiam dexteritatem recenti memoria retinet. Ac ideo minime nobis dubitandum venit, quod quanto ampliora p. d. A.R.P. Christophori Dobrakoski merita toti Provinciae innotescunt, tanto lugubriori tristitia de obitu Ejus accepistis P.P. & F.F. Dilectissimi nuntium. Verum quia haec est inevitabilis omnium mortalium conditio, quod ad nutum Summi Dei praescribentis unicuiq terminum vitae, maximi quoq ac Reipublicae plurimum necessarij Viri, de medio viventium migrare debeant; acquiescamus tandem Supremae omnium rerum moderatrici divinae Providentiae, quod omnia quaecunq voluit fecit, nec est qui possit resistere voluntati Ejus.,, Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur, sive enim vivimus Dno vivimus, sive morimur Dno morimur, sive ergo vivimus sive morimur Dni sumus;, egregie concludit Doctor Gentium Rom 14. Penes hanc nihilominus acquiescentiam Divinis Ordinationibus oportet nos esse memores debitae gratitudinis Viro, Cujus indefessi conatus Bono Prviae impensi optimo jure posterorum sibi devicerunt animos. Ac ideo P.P. in Capitulo Pinczoviensi A.D. 1798. congregati, pensatis meritis ac laboribus praelaudati A.R.P. Christophori Dobrakowski, dum Officio Commissarij Gnlis in hac Prvia plausibiliter, ad singulorum vota fungeretur, appromiserunt Eidem praeter consveta, insuper postquam fatis cesserit unius diei Suffragia. Hinc ubi jam vobis denuntiatum sit de obitu p. d. m. A.R.P. Christophori, atq pro Anima Ejus tanquam Confratris nostri debita Suffragia recommendata fuerint, Nos praesentibus indicimus Vobis P.P. & F.F. Dilectissimi, ut pro Eodem tanquam de Provincia optime merito Patre, adhuc in Unoquoq Conventu semel Officium Defunctorum dicatur in Choro una Missa cantetur de Requiem, unam Missam quilibet Sacerdos celebret, quilibet Clericus semel Officium Defunctorum, quilibet Laicus 100 Pr & Ave & totidem Requiem oret. Neq hic persistat nostrae gratitudinis erga p. d. Emeritissimum Patrem pietate accensus fervor, satagamus etiam alijs modis suffragari Ejus Animae ut gratos nos Ejdem exhibentes propitium Numen nostris precationibus efficiamus, aeternamq Ei beatitudinem acceleremus. Suspiremus etiam ad Deum vitae & mortis Praepotentem Dnum ut Cui placuit de medio nostrum tollere P.P. meritis et virtutibus conspicuos, dignetur pro sui Gloria, Gremium nostrum adimplere, nobisq singulis qui in hac vita mortali relinquimur Religionis amorem Sanctaeq Observantiae Spiritum largiatur. Praesentes autem Literas P.P. Locorum Superiores suis Communitatibus promulgatas, Protocollis ingrossatas, ad ulteriorem Conventum indilate remittant. Valete P.P. & F.F. Dilectissimi, nostri, necessitatum Prviae ac Benefactorum nostrorum in vestris Orationibus memores. Dato in Nostro Conventu Pinczoviensi ad Aedes Bae Vs MARIAE Salutantis Elisabeth Die 15 January 1801. Anno.

Fr Eustachius Ref. Minr Prvlis mp

Fr Eustachius Adamowski Ord. Minor. S. P. N. Fran. Refor. Provie SS. V. Marie Angelorum
Minister Pröliß, et Servus.
Adm. Rdiß, Rdiß, MVdiß, Vdiß P.P. ac Dilectißimiß in Xto JESU F.F. salutem a Domino.

Præterquam quod commune est Christiano populo orare pro Defunctis, ut Divinitus revelata Sanctorum
Communio salubriter devotis Suffragijs conservetur. Urget noß insuper gratitudinis debitum Erga
illos, qui non tantum in Vita sua Nobis addictißimi beneficia præstare consveverunt, sed etiam
hinc migrantes, veluti jam ultimum vale dicenteß, pro nostra indigentia subsidium designarunt.
Hinc cum Per-Illustriß Rdus Dnus Valentinus Lewandowski Ecclesiarum Parochialiß in Betzyce
ac Filialis in Woyciechow Præpositus, et dum in vivis ageret suis noß beneficijs cumulare stu:
duit, et etiam ad Æternitatiß oras migraturus nobis benefacere fuerat memor, mutuam sui me:
:moriam in nostris Orationibus habendam fore piè confisus. Idcirco ad Religiosæ gratitu:
dinis exsolvendum tributum pro Anima p. d. Valentini Sacerdotis Benefactoriß Nostri injungi:
mus sequentia Suffragia videlicet: Ut in unoquoq; Conventu ad quem præsentes literæ nostræ
ordinatæ pervenerint: Officium Defunctorum dicatur in Choro; Missæ celebrentur 15. ex qui:
bus una sit Cantata. Quilibet Clericus semel Officium Defunctorum. Quilibet Laicus tot Pa:
ter et Ave totidemq; Requiem ord. Has vero litteras nostras P.P. Locorum Superiores suis
Communitatibus promulgatas, Protocollo ingroßatas, ad ulteriorem Conventum remittant.
Valete P.P. et F.F. Dilectißimi, Nostri ac Benefactor. nostror. in vestris Orationibus memoreß.
Datt in Conventu Nostro Stopnicensi ad Ædeß S. Mariæ Magdalenæ Die 6ta Februarij 1801. A.
Fr Eustachius Ref. Minor Prolis mpp

Fr Joachimus Maykiewicz Ord. Minor. S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ SS. Mariæ
Angelorum, Ex-minister Pröliß, et nunc Ejusdem Commißarius Visitator Gnliß, ac Humiliß in Dno Servus.
Admodum Rdiß, Rvrdiß, Mvrdiß, Vrdißq; P.P. ac Dilectißimiß in Xto F.F. Salutem Uberemq; a Deo Benedictionem.

Quod olim magnus ille Patriarcha Jacob de sorte Filiorum suorum plurimum sollicitus, mittens ad
eos minimum natu Filium Joseph, Ejdem injunxerat: ut iret et videret si cuncta prospere fiant
erga Fratres; Idipsum Paterna sollicitudine erga hanc Almam Provinciam succensus Rdsmus Pr
Hilarius de monte magno Totius Seraphici Ord. Commißarius Generalis, Pastor Vigilantißimus
ac S. N. H. mittens Noß, qui utiq; minimi sumus ex vobis ad voß A. Rdi, Rvrdi, Mrdi P.P.
et F.F. Dilectißimi canonicè visitandoß Nobis inculcaße videtur: Vade et vide si cuncta prospere
fiant erga Fratres;; Gen. 37.,, Accepimus siquidem mandatum ab Altefato Rdsmo Patre, quo cogi:
mur de medio Vestro assurgere, atq; per singulos hujus Almæ Provinciæ Conventus, munus Com:
missarij Visitatoriß Gnliß obire, ac omnia quæ ad commißum Nobiß Officium spectant studiosißime
adimplere. Cujus concreditæ Jurisdictionis, juxta præscriptum Legibus Nostriß Formam, prima in
Conventu nostro Cracoviensi jecimus fundamenta. Haud quidem cogitavimus A. Rdi, Rvrdi, Mvrdiß,
et F.F. Dilectißimi! ut aliquando manipulus noster, sat exigui meriti consurgeret erectusq; staret,
quemq; vestri manipuli circumstantes adorarent, prout de se vidit in Somniis/: sic futura prænun:
ciante Deo:/ Joseph Gen. 19. hinc minime speramus Noß a vobis invida face suscipiendos, imo
nec nostram Commißam Authoritatem importunius exhorrescendam fore; ast potius: quod omnium
vestrum optima pace, Authoritati mittentiß honorem, Nobis vero missis, Fraternum sitis contestaturi
amorem. Palam denim protestamur, ac dilatati Cordiß nostri erga voß pandimus in ipso ingreßu do:
cumenta, prout ad primam post Regem Dignitatem sublimatus, Fratribus suis juravit Joseph: Ego
sum Frater vester nolite timere;; Gen. 45. Ego sum Fr vester;; sic voß P.P. et F.F. Dilectißimi ex præcor:
diis deprompta voce alloquimur; Nam una, simul vobiscum matre gloriamur Provinciâ, quæ Noß
et voß, sanctè in ipso vitæ Tyrocinio, concepit, in Profeßione Diviniß auspicantibus subsidijs, ge:
nuit, ac demum saluberrimo Regularis Observantiæ lacte, enutrivit, nec non ad hæc usq; tempora
in timore et amore Dei, erudire ac solidare non desinit. Idcirco qualescunq; olim fuimus, atq;
nunc sumus, plus tamen de hoc Vobiscum Fraternitatis Titulo gloriari, quam concreditæ Authoritatiß
Dignitate inter voß eminere intendimus. Quidquid etenim in Nostræ humilitatiß Personam desuper
transfusum sit, semper tamen vivaci memoria, retinemus illud monitum: Rectorem te posuerunt
nolli extolli, esto in illiß quasi unus ex ipsis Gen. 31. — —. Porro quis nam Commißi Nobis Officij
præfixus sit terminus? quo ejus intuitu, omnem nostrum dirigere debeamus conatum? certe non
alius, nisi inspicere, ac cum studiosa diligentia perscrutari; num erga voß omneß et singuloß P.P.
et F.F. Dilectißimi cuncta prospere fiant? Sortem inquam vestram visuri, et perspecturi sumus;
Sortem: quam utiq; prosperrimam exoptamus, et in Dno confisi, non nisi ex integro Beatam
videre speramus. Cum etenim voß una Nobiscum Sanctæ Regulæ Profeßores contemplamur, haud
quidquam suspicari poßumus, nisi quod ipsiusmet Regulæ amœnitas ac sublimitas, jucundißi:
ma ac Suprema felicitate voß prorsus superabunde perficiat. De hac Regula Ipsimet Spiritu Di:
vino afflatus pronunciavit Seraphicus Fundator S. P. N. Franciscus In suis Opusculiß Tom. 2.
quod sita Hæc Regula liber vitæ, spes salutiß, Arrha Gloriæ, medulla Evangelij, vita Cruciß, Status
Perfectioniß, Claviß Paradisi, Pactum Æterni fœderiß. Hinc concludit S. Bonaventura in Reg. Fr. Min:
Tom. 7. C. 1. Coll. 2. Magna et hujusmodi Regulæ Profeßoribus materia solatij /: de optima scilicet
eorum sorte:/ qui soli in hoc mundo illam ad litteram profitent, quam Apostoliß ad prædicandum
missis Dominus commendavit;;
Hanc Regulam

Hanc Regulam Alma Reformataq; Provincia S[ctæ]. V[irginis]. MARIÆ Angelorum, sicut Poloniæ Reformationis est mater, sic cæteris sua exemplaritate præeundo, cum omni sinceritate profitetur, Ejus integritatem, cum zelo tuetur, atq; indesinenti studio, accurratissime observare nititur, ut a plerisq; inter observantes observantissima nuncupari sit promerita. Hanc ergo Provinciam, tantæ Regulæ tali Observantia præeminentem, quam etiam plurimi morum Sanctitate conspicui exornarunt Viri, si debitis elogijs laudare velimus, procul dubio deficeremus cum S. Augustino qui in simili casu inquit Tom. 1. de morib: Eccl: C. 31. Hanc vitam, hunc Ordinem, hoc Institutum, si laudare velim, neq; digne valeo;; Sufficiat saltem cum Eodem S[anc]to Doctore super sortem bonorum optimæ Matris Filiorum dulci exclamare jubilo;; O vita Sancta – vita Perfectorum, vita Angelica, vita pœnitentium, vita Deifica!;; S. Augustinus Serm 27. ad F.F. in Eremo;; – Nemo tamen nos temeritatis obnoxios judicet quod matrem nostram debito prosequamur honore, Fratribus vero nostris congratulemur sortem! – – – Nihilominus etsi hanc Provinciam veluti Paradisum Cœlestem pretiosarum virtutum fertilitate fecundam arbitremur nos ingredi, Ejusq; alumnos veluti jucundissimos flores, suavissimo virtutum odore flagrantes, candidissimo morum nitore coruscantes, optimo ordine dispositos, feliciter conspicere spem habeamus, tamen pro muneris nostri exigentia sedulo exquisituri sumus, si conformiter ad Reformatam Sanctæ Regulæ observantiam, Ordinis Constitutiones, Declarationes Pontificias, nec non saluberrimas Ipsiusmet Almæ Provinciæ municipales leges cunctas in hacce Provincia prospere fiant, atq; exemplariter observentur? cum exinde omnium vestrum P.P. et F.F. Dilectissimi! et hujus vitæ vera prosperitas, et æterna beatitudo infallibiliter dependeat. Et quidem eo accuratius de ejusmodi singulorum progressu inquisituri sumus, quo nos firmius obstrictos esse cognoscimus et vinculis propensissime erga vos Fraternitatis, et stimulis tenerrimi erga communem nostram matrem Provinciam amoris, Cujus utiq; sortem Beatam, aut promovere, aut si forte opus fuerit etiam restaurare, summis sincerisq; habemus in votis. Ideoq; si quidpiam, ad congenitam Regulari disciplinæ prosperitatem deesse advertitis P.P. et F.F. Dilectissimi, eo securius et confidentius id nobis manifestare non erubescite, quo nos tanquam unum ex vobis et nunc scitis, et demum ipso experimento manifestius intelligetis. Nobis autem incumbit, ut neq; laxioribus blanditijs vituperanda laudemus, neq; indiscreta severitate minus noxios opprimamus, sed luminis Cœlestis implorato auxilio sponte sectemur illud effatum Num: 24. Non potero præterire sermonem Dei mei, ut vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo, sed quidquid Dominus dixerit mihi hoc loquar;; Ut autem vota nostra, quæ sincerrime ad nostram felicitatem omnimode stabiliendam tendunt, suo minime frustrentur effectu. Volumus. Vos omnes et singulos P.P. et F.F. Dilectissimi! oculis nostris intueri, unicuiq; os, ad os patetice loqui, Paterno simul et Fraterno Affectu amplexari, singulorum verba libenter exaudire, ac etiam desideria vestra quantum in nobis erit adimplere. Quem ob finem, Virtute Jurisdictionis nostræ, obligamus Locorum Superiores, ut pro imminenti visitatione nostra, omnes Religiosos in suis Conventibus præsentes adesse efficiant, nullos abesse permittant, quia nos tenore præsentium omnes facultates extra limites exeundi, ab inferiori Authoritate quocunq; modo concessas ex nunc, et pro tunc, cassamus et annulamus. Præmonemus etiam sub pœnis Statutarijs, ne ficti zeli intuitu quidquam coram nobis in consuetis scrutinijs deponatur, quod alias a legitimis Superioribus correctum et pacificatum, aut coram Illis, vel nostro Antecessore Visitatore Generali fraudulenter occultatum fuit. Tandem recommendamus, ut cuncta quæ Visitatori Generali, perlustranda, revisenda de jure exhiberi debeant, omnino exhibenda parentur, et parata nobis exhibeantur. Has vero Litteras nostras P.P. Locorum Superiores suis respective Communitatibus legi, promulgari, Protocollis ingrossari, et ad ulteriorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ a foris notatum indilate transmitti efficiant. Valete P.P. et F.F. Dilectissimi necessitatum S[anc]tæ R[omanæ]. Ecclesiæ, Ordinis, ac nostræ Provinciæ in vestris orationibus memores, nec non etiam pro nobis Deum orate. Datū in nostro Conventu Cracoviensi ad Ædes Sancti Casimiri Confess[oris] Die 19. Aprilis Anno Domini 1801.

Fr. Joachimus Ref. Commissarius Visitator Glis mpp.

Fr. Eustachius Adamowski Ord. Min. S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ S[ctæ]. V[irginis]. MARIÆ Angelorum, Minister Provincialis et Servus.

Admodum R[evere]ndis, R[evere]ndis, Multum Venerandis, Venerandisq; Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem a Domino.

Nostis perbelle P.P. et F.F. Dilectissimi quanta gratitudine nostris Benefactoribus obstricti sumus, ut non tantum Eorum munificentiam dulci retineamus memoria, verum etiam jugi Orationum studio, vim quasi Cœlo inferentes, cuncta eis prospera desuper impetrare curemus. Ast si vestræ gratitudinis fervorem exhibitis Benefactorum gratijs, aut illorum erga Religionem nostram propensissimo Affectu commensurare velitis? Nostrarum partium est ut Illos specialius Vobis Benefactores nominatim recommendemus, quorum animus, a multis retroactis temporibus, erga nos addictissimus, pluribus et singularioribus Beneficijs nostram Provinciam et dudum sibi devicit, et nunc recentissima largitate magis magisq; devincere non desinit. Talium

Talium Benefactorum è numero venit in praeventiarum Vobis P.P. & F.F. Dilectissimi recommendandus
Illustrissimus Dnus Comes Borgias Skrzynski cum sua Dignissima Consorte Josepha de Ja-
kubowskie Skrzynska. Is etenim pluribus ab annis, nostrae Provinciae Fratrum, & verus amator
& munificentissimus Benefactor extitit. Viget pro certo Ejus Beneficiorum memoria in mente illorum
praesertim P.P. & F.F. quibus sors contigerat olim in Conventu Ressoviensi manere, quiq; hujus
Benefactoris celebre nomen etiam posteris narrare delectantur. Nec obliterari potest Illius sin-
gularissima gratia, qua erga nos ductus, nullis parcendo sumptibus atq; expensis sese Fundato-
rem Capituli adhuc [illegible] Anno in Conventu Ressoviensi celebrati, libentissime obtulit. Quam gra-
tiam licetsi Definitorij Patres in praefato Capitulo illico regratificare non praetermiserunt, dum per
totam Provinciam, integra absolvenda Suffragia pro impetranda peccatorum remissione, ac Finali gratia
Eidem Illustrissimo Benefactori designarunt, nihilominus dignum insuper visum est: ut Idem
Illmus Benefactor inter speciales Benefactores Provinciae nostrae annumeretur, Cujus memoria de
Nostris Orationibus & apprecationibus nunquam excidere. Verum cum hisce etiam temporibus vat
angustia pressis, non attenta quoq; loci distantia, largam suam manum ad nos extendit praelaudatus
Illmus Dnus Comes Borgias Skrzynski, qua nostrae indigentiae gratiosissime succurrere
statuit, atq; mox celebrandi Capituli hocce Anno 1801. necessitatibus providere sit dignatus. Quid
igitur tanto Viro, qui tam multa praestitit nobis bona in debitam grati animi contestationem dabimus?
Pauperes & egeni sumus! Sit igitur ut cecinit David <u>Psal. 40</u> <u>Beatus qui intelligit super egenum</u>
<u>& pauperem</u>;; Sit & illud quod Idem Psaltes addit: <u>Dnus conservet eum</u>;; id est ut explicat S. Bernardus:
Cum tota Familia sua atq; cum omnibus suis servet;; <u>& vivificet eum</u>;; tum longaevum atq; incolumen
servando, tum gratijs Caelestibus, Spiritualibusq; donis, animam Ejus placidissime vivificando;;
<u>& Beatum faciat eum in terra</u>;; tribuendo Ei de rore caeli & pinguedine terrae abundantiam;; <u>& non tra-</u>
<u>dat eum in animam inimicorum ejus</u>;; inimicorum scilicet animae & Corporis, vitae & fortunae, Manusq;
Domini protegat eum semper. Haec sunt vota P.P. & F.F. Dilectissimi quae incessanter ad Deum pro prae-
laudato Illmo Benefactore nostro, ac Ejus Dignissima Consorte, humili Oratione, fervidisq; suspirijs
dirigere debemus. Conformando autem nos saluberrimis desiderijs Ejusdem nostri Gratiosissimi
Benefactoris, injungimus ut in omnibus Provinciae nostrae Conventibus pro impetranda Finali Gratia
Illmis D.D. Borgiae & Josephae Skrzynskich integra absolvantur Suffragia, videlicet: in Choro
Septem Psalmi Poenitentiales cum Litanijs de O.O. S.S. ac Orationibus adjunctis a Communitate
dicantur. Missaq; Votiva cantetur. Quilibet Sacerdos 3. Missas celebret. Quilibet Clericus ter Psalmos
Poenitentiales recitet. Quilibet Fr. Laicus 300. Pater- Ave- cum totidem Gloria Patri &c. dicat.
Has vero Patentales Litteras nostras P.P. Locorum Superiores, suis respective Communitatibus
promulgatas, Protocollis ingrossatas, ad ulteriorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris nota-
tum sine mora remittant, injunctaeq; obligationi (: pro qua singulis Conventibus dabitur concernens :)
indilate satisfaciant. Valete P.P. & F.F. Dilectissimi! necessitatum S.R. Ecclesiae, Benefactorum
tam vivorum quam Defunctorum, Provinciae, ac etiam nostri in vestris orationibus memores.
Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Conf. Die 26. Aprilis A.D. 1801.

Fr. Eustachius Ref. Mnr Prolis. mpp.

Fr. Eustachius Adamowski Ord. Min: S.P.N. Francisci Reformatorum Provinciae S.ae V.
Mariae Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Admdm Rdis, Rdis AARndis, Vrndisq; P.P. ac Dilectissimis in Christo F.F. Salutem a Domino.
Spem inter metumq; salus uniuscujusq; est posita P.P. & F.F. Dilectissimi! Deus etenim licet homi-
nem inconsulto homine creavit, non salvat tamen hominem nisi suis meritis efficaciter coope-
rantem. Quantum est in Deo: Deus omnes homines vult salvos fieri, eoq; fine, dedit Sancta Praece-
pta, salutaria praescripsit media, neminiq; opportunas denegat gratias. Et haec sunt quae spem nostram
erigunt, confortantq; animum ne desperet. Verum ipsius hominis libero arbitrio praediti volubilis
inconstantia quod in bono velle potest deficere, Praecepta infringere, media respuere, gratias contemnere
varijsq; tentationibus succumbendo, finaliter Legis Divinae praevaricator existere. Haec iterum sunt: quae
nos pavidos dubiosq; tanto magis efficiunt, quanto minus de optime etiam coeptorum perseverantia cer-
tificatos reddunt. Ac ideo pientissimae etiam animae, cum timore & tremore juxta monitum Apli
suam operantur salutem, nec suis meritis praesumptuose confidunt. Ast totaliter sese misericor-
diae Divinae comittunt. Hancq; misericordiam Dei, tum suis, tum aliorum precibus per merita Jesu Xti
exorare intendunt, verissimam persuasionem S. Aug. sequendo qui ait: Enchir. c. 10. Nullus homo fit
salvus, nisi quem Deus voluerit salvum fieri, & ideo rogandus est ut velit quia necesse est fieri si velit;;
Rogandus itaq; est Deus, ut Gratia Illius semper nos & praeveniat, & sequatur, et bonis operibus jugiter faciat
esse intentos. Nemo etenim bene & salubriter potest operari, nisi posse bene operari det ipsi a Deo,
nisi bonum velle & perficere conferat illi Deus, sed & nemo potest salvari nisi in bonis operibus cum
finaliter perseveraturus confortetur, confirmeturq; a Deo, quia licetsi teste S. Bonav. Aliae virtutes coronam
merentur, sed sola perseverantia coronatur. Hanc veritatem serio recogitans quaedam & nobilitate generis
& pietate Religionis, & virtutis decore commendata, Ordini nostro addictissima propriae salutis studio-
sissima, Virgo devota nomine <u>Juliana</u> sancto timore perculsa ne ad Sponsi Jesu Xti nuptias vocata
quidquam sibi de oleo bonorum operum deesse doleat, plurimumq; sollicita, ut cum prudentibus virginibus ad ad-
ventum Caelestis Sponsi parata inveniatur, arripit efficacissimum medium Orationis & Eleemosynae tribuendo
pro omnibus Conventibus Provinciae nostrae congruum Stipendium eo fine, ut tum tremendis Missarum Sacrifi-
ciis, tum devotis Orationibus FFrum miserentis Dei consequatur Gratiam, qua stabiliter in bono firmetur, Bravi-
umq; salutis secura accipiat. Nos igitur tam piam Intentionem quantum in Dno possumus ad saluberrimum
effectum deducere volentes, nec non propensissimae gratitudinis morem ex animo gerentes, Injungimus ut in
quolibet Conventu Provinciae nrae pro impetranda Finali Gratia praelaudatae Virgini <u>Julianae</u> integra persol-
vantur Suffragia videlicet: Psalmi Poenitentiales cum Litanijs de O.O. S.S. Orationibusq; consuetis dicantur in Choro
Missaq; votiva cantetur. Quilibet Sacerdos <u>3</u> Missas celebret Quilibet Clericus <u>3</u> Vicibus Psalmos Poenitentiales recitet
Quilibet Fr. Laicus <u>300</u> Pater- Ave- cum totidem Gloria Patri &c. oret. Has vero Litteras nostras P.P. Locorum Superiores suis res-
pective Communitatibus promulgatas & recommendatas, Protocollis ingrossatas ad ulteriorem Conventum juxta Or-
dinem Cursoriae remittant injunctaeq; obligationi indilate satisfaciant. Valete P.P. & F.F. Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum
in Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Cracov. ad Aedes S. Casimiri. Die 3. Maij A.D. 1801. Fr. Eustachius Ref. Mnr Prolis mpp.

Fr Eustachius Adamowski Ord: Minr S. P. N. Fran: Refor. Prvie S. V. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.

Admdn Adis, Rvrdis MVrrdis, Venerandisq; Patribus ac Dilectissimis in Xto FF. Salutem à Domino

Cum sæpius iteratis vicibus exhortati vos fuerimus PP. & FF. Dilectissimi, ad Offerenda Sacrificia fun-
dendasq; preces pro nostris Benefactoribus, qui suis opibus nostram inopiam sublevare dignantur,
nunc tandem novum quodammodo dicendi nobis genus occurrit, specialisq; admirationis materi-
am subministrat. Etenim si divitum munificentiam laudavimus, quod rebus caducis nimium
non adhærentes, propriæ saluti providentes, eleemosynam largiri pietati duxerint, ut pauperum
Orationibus Numen sibi propitium redderent, quid edicere oporteat de illius misericordiæ operib
pro felici Æternitate expensis, cui nec multæ opes, nec superflui proventus, nec fructiferi fundi
possessio superest, solum annuale stipendium vix congrue sustentationi sufficiens, placuit nihilo-
minus dividere nobiscum. Quod si digna fuit ab Ipso Xto laudari illa pauper devota mulier,
quæ æra minuta duo misit in ærarium Templi quam Christus suo divino prædicavit ore Lucæ 21.
Vere dico vobis quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit, nam omnes hi, ex abundanti sibi
miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit misit;
Idcirco non dissimili elogio extollenda venit hæc, quæ ad nostras, vestrasq; PP. et FF. Dilectissimi
Orationes devote recurrit, Venerabilis Virgo <u>Juliana Bystrzanowska</u>. Illa etenim a juvenili
ætate, rebus omnibus abdicatis, Tertij Ord. S. P. N. Fran: inter Moniales habitum induit, sub Clau-
stralique disciplina in Cœnobio quondam Tarnoviensi Deo sese solemniter devovit. Tandem ob notas
temporum vicissitudines, præfato monialium Cœnobio cassato, semper tamen suæ primævæ voca-
tionis memor, corde et animo verè Religiosa, quantum possibile Professum statum retinens,
de illo censu, quem pro sui sustentatione de Cassa Cæsarea percipit, suis necessitatibus par-
cendo, nostræ Prvie larga manu, sed largiori affectu obtulit munus. Vere plus cæteris illa
obtulisse videtur, cum non ex abundanti, aut superfluis opibus, ast ex eo quod illi deest, seu quo
Ipsa indiget, obtulit. Quanto igitur tale munus, plus acceptabile Deo Ipse Xtus commendavit,
tanto ferventius nos quoq; illud Sanctis Orationibus Deo præsentemus, copiosam tum in tempore
tum in æternitate remunerationem exorantes, quam, quia prælaudata Venerabilis Virgo <u>Juliana</u>
<u>Bystrzanowska</u> non aliam exoptat, nisi ut Ipsi Deus parcat misericors, Gratiaq; finalis
Donum conferat Benignus. Hinc præsentibus injungimus, ut pro remissione peccatorum
impetrandaq; Gratia Finali <u>Julianæ</u> in quolibet Conventu sequentia absolvantur Suffragia
videlicet: Psalmi Pœnitentiales cum Litanijs de OO. SS. consuetisq; Orationibus dicantur in
Choro. Missæ <u>30</u>. ex quibus una Votiva Cantata; celebrentur. Quilibet Clericus duabus vicibus
Psalmos Pœnitentiales ut supra recitet. Quilibet Fr Laicus 200 Pr- Ave- cum totidem Gloria
Patri &c. orent. Has vero litteras nostras PP. Locorum Superiores suis respective Communi-
tatibus promulgatas, Protocollis ingrossatas ad ulteriorem Conventum remittant. Valete
PP. & FF. Dilectissimi, Nostri, ac Benefactorum Nostrorum in vestris pijs Orationibus memores.
Datū in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Conf. Die XII Maji A.D. 1801.

Fr Eustachius Ref. Minr Prvlis

Fr Joachimus Maykiewicz Ord: Minr S. P. N. Fran: Refor. Prvie S. V. MARIÆ
Angelorum Ex-Minr Prvlis, et nunc Ejusdem Commissarius Visitator Generalis ac Hu-
milis in Domino Servus.

Admdm Rvrdis. Rvrdis, MVrdis. Vndisq; PP. ac Dilectissimis in Xto FF. uberem a Dno Benedictionem

Injuncti nobis Officij partes jam per plures Hujus Almæ Provinciæ Conventus auspicante Deo
explevimus, dum juxta Canonicæ Visitationis formam de singulorum PP. & FF. prosperitate
candido affectu perscrutati sumus, illorumq; sortem intelleximus, non possumus hinc Admdm
Rvrdi, Rvrdi MVrdi PP. ac Dilectissimi FF. intimam Cordis nostri cohibere lætitiam, quam sum-
mæ voluptatis superabunde concitati sensu in dulces exurgamus jubilos, ubi etenim de FFribus
nostris Si cuncta prospere fiant;; percunctari libuit, cuncta prospere fieri vidimus, oculis nostris
perspeximus, atq; de illorum salute plurimum in Dno gavisi sumus. Vidimus enimverò Pastores
gregis, Honorandos scilicet Locorum Superiores, concredito sibi Divino gregi, seu Religiosis
studiosa Cura, Paternaq; sollicitudine invigilare, quibus præsto adest juxta placitum S. Bernar.
In disciplina rigor justitiæ, in Custodia Spiritus Consilij, in prece affectus compassionis;;
qui non tam elata dominandi severitate præsunt, quam potius ipsa exemplaritate vitæ ut
monet Aplus 1. Petri 5. Forma facti gregis ex animo;; suaviter suos Subditos ad San-
ctæ Regulæ Observantiam allicientes, eosq; ad verè felicitatis portum perducunt. Vidimus
atq; cum gaudio experti sumus, Subditos veluti mitissimas Oves sese intra Regularis dis-
ciplinæ pascua salubriter continere, suis Superioribus Obedientes, mutuam intra se chari-
tatem habentes, pios, morigeros, in suorum officiorum executione accuratos, Bono Ecclesiæ
proficuos, in Laudibus Divinis assiduos, ut Xti bonus odor sint in omni loco;;
O! vere PP. & FF. Dilectissimi possumus dicere ad vos: Populus Sanctus es Dno Deo tuo,
& te elegit ut sis Ei in populum peculiarem de Cunctis Gentibus, quæ sunt super terram Deut. 14.
Certe Deus vos elegit de mundi periculis atq; de tot populis segregavit in Gentem Sanctam, cui
vos consentientes benefacitis, in omnibus operibus vestris glorificantes Deum. Et non tantum
elegit vos Deus sed etiam uberrima Cœlestium Gratiarum affluentia irrigando formavit vos ut
laudem Dei annuntietis in Ecclesia, tum dulci Psalmodia, tum zelosa Prædicatione, tum
Sancta & exemplari operatione, quemadmodum prædicit Isaiæ 43. Populum istum formavi
mihi, laudem meam narrabit;; - - -. Sit ergo benedictus Dnus Deus Patrum Nostrorum
qui secundum suam misericordiam, sicut vocavit vos PP. & FF. Dilectissimi, in sortem Hæ-
reditatis

Hereditatis Filij sui Jesu Christi, ita etiam det vobis Spiritum Sapientiæ, et illuminatos oculos
cordis Vestri, ut sciatis quæ sit Voluntas Dei, quomodo caute ambuletis, non conformantes Vos
huic Sæculo, sed in simplicitate, paupertate, Domino famulantes, renuntiantes omnibus mundi
fallacibus delicijs atq; Voluptatibus, æterna ac immarcesibili bona Vobis per Sanctam professæ
Evangelicæ perfectionis observantiam comparetis reportaturi finem stabilitatis Vestræ Salutem
Animarum Vestrarum. Et quemadmodum plurimum consolati sumus in iis Fratribus per quos
jam transivimus, et cum quibus blande, sub tempus Visitationis conversati sumus, sic quoque
spem gerimus, quod consolabimur etiam in religuis vobis PP. et FF. Dilectissimi, ad quos pervenire
quantocius cum Dei auxilio festinamus. Credimus enim Vos unius esse moris in Domo Dei, scili:
et in Sancta Religione omnimodè Religiosam juxta Reformationis apices ducere vitam, qui ut
veri Seraphici Patriarchæ Filij, meliora æmulando Charismata, vestræ simul ac nostræ Matri Prvæ
confertis splenderem. — — —. Unde vero tam eximius hujus Almæ Prvæ splendor, decus, atq; Refor:
matæ Observantiæ vigor in omnibus relucet Alumnis? certe post Deum de cujus Gratiarum mune
re, quidquid est bonum, sanctum, atq; perfectum, tanquam a prima principalissimaq; causa provenit,
merito etiam Primatibus atq; Rectoribus hujusce Provinciæ tribuendum venit, de quorum zelo,
vigilantia, exhortationibus, et ut plurimum exemplari Vitæ norma, in cæteris fervor ad Divina
accenditur, rigor Sanctæ Observantiæ facilitatur, cunctaq; in bono Ordine custodiuntur et conser:
vantur. Quorum pulcherrimæ dotes, tam excelso in Religione honori, atq; summo in regendo oneri
accommodatissimæ, licetsi dignos eos efficiant, ut si possibile foret, perpetuis etiam temporibus
pro bono Provinciæ Fratrumq; suorum emolumento suis fungantur officijs. Quia tamen juxta Ordi
nis nostri Sanctiones, imminet jam tempus quo iidem de Provincia optime meriti Viri, sua
onera deponere, alijsq; Sceptra Regiminis cedere debeant, hinc oportet summa cum delibe:
ratione, nec non nisi cum auxiliatrice Numinis Supremi Gratia providere, seu alios eligere
Viros qui huic Provinciæ laudabiliter præsint, quiq; Ejus optimo Statui conservando strenue
allaborare sciant, valeant, ac zelose incumbant. Quem in finem habita expressa licentia Rdsmi
Patris Hilarij de monte magno Totius Seraphici Ords Commissarij Grlis S. R. H. pro Sole:
mni Actu imminentis Capituli celebrando assignamus Conventum nostrum Stopnicensem
Diem vero 2dam Julij A. C. 1801. Ad hunc actum /: quem præsentibus litteris nostris intimamus :/
Illos quos jura præscribunt, et simul virtus ad bene consulendum Prvæ commendatos reddit,
Solemniter ad Capitularem Conventum invitamus. Et quidem ARP. Eustachium Adamowski Mi:
nistrum Prlem S. T. L. ARP. Nepomucenum Wielowieyski Prvæ Patrem et Definitorem S. T. L.
RP. Joseph Drochoiowski Custodem Vocalem. PE. RP. Henricum Dzidewski. PE. RP. Justinum
Kosztylski S. T. L. RP. Felicem Janowski S. T. L. actuales Prvæ Definitores. Nec non pro adim:
plendo suo Officio MVP. Dionysium Baczynski Secretarium et Juratum Prvæ actuarium pro
Die 28 Junij Vesperi adventuros præstolamur. Cæteros vero Vocales AARR, RR. MMVV. PP.
Guardianos pro die 30. Junij mane cum Missis humanissime expectamus. Quos omnes in Domino
exhortamur, ut iter perficiant cum Religiosa gravitate et modestia bini et bini associati, ac etiam
/: nisi aliter infirmitas, vel aliqua justa ratio a Nobis dijudicanda suaserit :/ omnino pedestres.
Alijs vero, quibus nec jura suffragantur, nec noster expressus faveat consensus ad præfatum Ca:
pitularem Conventum accedere sub pœnis apostasiæ interdicimus. Et ne in absentia PP. Guardia:
norum Conventus sine Regimine, membraq; sine capite remaneant. PP. Vicarios pro illo tempore
suorum respectivè Conventuum Præsidentes instituimus atq; declaramus, nisi forte aliter in
aliquo Conventu determinandum nobis visum fuerit. Porro sic institutis, sive etiam determinatis
Præsidentibus serio præcipimus ut cum Religiosa Observantia, pace, charitate bono Conventus advigilent,
Eleemosynas non dilapident, ut in nullo illorum administratio vituperetur. Præcipimus item omnibus Sub:
ditis, ut institutos et designatos a Nobis Præsidentes tanquam legitimos suos Superiores revereantur, illisq;
debitam Obedientiam exhibeant. Recommendamq etiam PP. Guardianis ut secum pro imminenti Capitulo
adferant tum Schedas fideliter descriptas et a PP. Discretis post diligentem lustrationem subscriptas,
tum Testimonium ab omnibus Sacerdotibus juratum et subscriptum de celebratione Missarum juxta
Constitutionem Innocentij XII; tum etiam similia Testimonia a FF. Clericis et Lajcis, num suis
obligationibus quo ad preces pro FF. et Benefactoribus juxta Statuta, et promulgatas sibi Cursorias
satisfecerint? Patres quoq; S. T. Lectores, ac etiam Philosophiæ, nec non Rhetorices et Grammaticæ,
de profectu et capacitate suorum Studiosorum non affectatum sed conscientiosum proferant judicium,
quo ad mores vero simile exhibeant judicium inito consilio cum PP. Discretis. Patres item Casuum
Conscientiæ, Resolutores ac Examinatores fideliter attestentur de sufficientia vel insufficientia Patrum
Confessariorum. — Ut autem istud maximi momenti negotium quod in imminenti Capitulo peragendum
est, ad Dei Gloriam, Prvæ bonum, Sanctæ Observantiæ manutenentiam, singulorumq; PP. et FF. Vota
feliciter succedat, injungimus ut juxta præscriptum Statutorum consueta per duas ante Capitulum hebdo:
madas qualibet die tribus vicibus in Choro persolvantur Suffragia, ipsa vero die Capitulari post Pri:
mam Divini Officij in quolibet Conventu Missa Votiva de Spiritu S. cantetur in qua omnes FF. Clerici
et Lajci præmissa Sacramentali Confessione communicabunt. Sacerdotes vero in Missis privatis Collectam
de Spiritu S. addant. PP. etiam Confessarijs ad excipiendas FF. Confessiones approbatis, ipsa die Capituli
absolvendi ab omnibus Casibus in Nostro Ordine reservatis facultatem elargimur. Exhortamur insuper
omnes Vos PP. et FF. Dilectissimi ut præter Solita Suffragia crebris quoq; ac ferventioribus suspirijs Gratiam
Spiritus S. imploretis, quatenus omnium Electorum Vota in hunc conveniant Virum Pastorali munere
in hac Provincia decorandum, quem humano postposito affectu, a Deo sibi inspiratum intellexerint.
Cæterum volumus ut has nostras Litteras PP. Locorum Superiores suis Communitatibus promulgent, distin:
ctè explicent, Protocollis ingrossari curent et ad ulteriorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ a foris notatum
indilate remittant. Valete PP. et FF. Dilectissimi pro necessitatibus S. R. Ecclesiæ, Concordia Principum,
Pace, et tranquillitate Populi Christiani pro Benefactoribus ac etiam pro nobis Deum orate. Datum in Conventu
nostro Stopnicensi ad Ædes S. M. Magdalenæ Die 25. Maij A. D. 1801.

Fr Joachimus Ref. Commissarius
Visitator Generalis. mpria

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Smæ Virginis Mariæ Angelorum Minister Provincialis et in Domino Servus.

Admodum Rndis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xsto Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem.

Coram Vobis, coram quibus, et cum quibus provocatis a Nobis Patres et Fratres Dilectissimi confitemur, et confitendo admiramus inscrutabilia Judicia Dei Necdum Deo facta aliquali satisfactione, pro tot omissionibus in Munere Nostro præteritorum Provincialatuum, pro non conservanda illæse Sctâ Observantia, pro negligenti cura in suppeditandis necessarijs ad Salutem subditorum expectabamus pro his commissis Severum Judicium Dei, scientes quid promittat Deus in Sacra Scriptura hujusce modi. Pastoribus Sapientiæ 6to Cum essetis Ministri Regni Illius, non recte judicastis, Nec custodistis Legem Justiciæ, neq secundum Voluntatem ejus ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum his qui præsunt, fiet. Permisit Deus iterum nunc Nos assumi ad regendam Provinciam. Quam inscrutabilia sunt Judicia Ejus. Quis enim cognovit sensum Domini Ad Roman: 11. Venit coram vobis et Vobiscum Patres ac Fratres Amantissimi, nec non et Provinciæ Matris Dilectissimæ admirari benevolentiam, quæ non recipiens a Nobis debita suis beneficijs obsequia, nec gaudens de justa a Nobis persoluta gratitudine, quam declarare non defuit animus, sed defuerunt Vires. Immemor non ad vota Illius successisse nostra priora Regimina, iterum nos vocavit, ad tenendum in Illa Supremi Pastoris ac Rectoris Officium, Ista admirando, et recolendo, quæ Deus requirat a Pastoribus, quantæ Virtutis, et Zeli, Justiciæ, debet esse qui præest alijs, quamq strictam redditurus Deo rationem ut per Ezechielem 33. Cap: Dicit Dominus. Sanguinem autem ejus /: Subditi nempe de Manu tua requiram. Recolendo inquam, quæ exigant et Subditi a Superioribus nempe circumspectam discretionem Quare ad Pastores sub Nomine Regum loquit Scriptura Scta Sapientiæ 6to Ad vos ergo Reges sunt hi sermones Mei ut discatis Sapientiam et non excedatis. Resistebamus Nostræ præsenti electioni non quidem fugiendo labores pro Gloria Dei, et Salute Fratrum, Sed cum hæc resistentia non est sortita suum effectum perperam non contradicendo Voluntati Divinæ et Provinciæ Matris suscepimus Officium Provincialatus confisi Infinitæ Bonitati Divinæ de suppeditandis nobis necessarijs gratijs et Adjutorio. Ad quæ consequenda, Vestras Patres et Fratres Dilectissimi imploramus ad Deum preces ut peragamus hocce Arduum opus, et cum Gloria Dei, et in vestrum bonum Salutem, ac Consolationem. Quæ ut enixe desideramus. Deus qui operaris in Nobis velle et perficere. Ad Philip: 2do Cap: Deus qui noscis Corda hominum da exequi, quæ intueris. Hoc susceptum Officium Provincialatus, scimus præseferre, munus Patris, Pastoris et Rectoris; Ea ergo quæ sunt Patris Pastoris et Rectoris, nostra interest exequi, nempe Paterno Vos prosequimur et prosequemur Amore, quo mereri volumus filialem erga Nos Vestram propensionem More et Lege Patris succurremus Vobis in vestris necessitatibq, in quibus tamquam Filij recurrite ad nos. Pascere gregem salutaribq Doctrinis, custodire ne aberret, defendere a Nocivis et interitu, Nostrum est desiderium. Regere Nobis commissos ad mentem Sctæ Vocationis non deest in Nobis fervida Voluntas — Et ut ista Pateant vobis in effectu, quæ sunt salutaria. a quibus dependet executio Vestræ Vocationis commemoramus ad adimplendum. Revocate in memoriam Vestri Status Spiritualis ac Religiosi, motivum, obligationemq ferventiori Animo et studio quærere Spiritualia quam temporalia Et si ista quærunt, quærantur propter illa. Utiq Christus admonet. Quærite primo Regnum Dei, et hæc omnia adicientur Vobis. Quare nefas est cum detrimento Spiritualium, uti cum omissione Chori, Meditationum, aliorumq Piorum exercitiorum, Vacare negotijs Sæcularibus et œconomicis, totum tempus consumendo in illis, unde deficere non proficere in vita Spirituali cernuntur Quidam — Alterum considerate sæpe sæpius quæ Deo Vovistis, quas Religioni promisistis exequi Leges et Ordinationes. Audite hac in parte Psalmistam dicentem de se. Quomodo dilexi Legem tuam Domine, tota die meditatio mea est. Diligite præscripta Regulæ et Provinciæ et ad effectum deducite. Ex horum Vilipensione /: Quæ invenitur non solum in Subditis ast etiam in Superioribus, qui aut recordari Legum Nolunt, aut tamquam pollentes authoritate dispensant seipsos suosq Subditos, vel si in Subditis transgressionem Legum puniunt ipsi tamen audacter eas Violant. Non solum in Junioribus ast etiam in provectioris ætatis Majoris gradus et Officij :/ Oritur dissolutio morum postpositio status Religiosi, et amissio Salutis. Quare Superiores Locales Attendite ad quæ Vos Regula Statuta obligant. Quam vigilantiam et curam, quam Charitatem erga suos subditos Erga Infirmos, quam misericordiam erga Pauperes, in quibus Personam Christi considerate Quem Zelum cum prudenti Correctione, quam hospitalitatem sine excessu, plurimum Nos comendantem, quæ

quæ ob parcitatem non nullorum deseritur, quam pietatem debeatis habere. Quomodo de dando
bono exemplo curare tenemini. — Attendite Cæteri, quam obedientiam et reverentiam Superior.
quam decentiam in Verbis et actionib. quam Modestiam Domi forisq, quam Solitudinem
mortificationem Sensuum præscribant Leges Attendite quos quando et quomodo obligant
Leges ad Chorum frequentandum, a quo nec Officiales, nec provectioris ætatis, et excellen
tioris Meriti excipiuntur. Attendite quid prohibeant Leges et Sancta Regula, respectu Elee
mosynæ pecuniariæ, quam Domini Substituti, aut ab ipsis designati in absentia eorum, non
autem a Patribus Guardianis vel Canapariis nominati, recipere debent. Quare tollit hic abu
sus quia nonnulli transferunt pecuniam secum in sportis aut Cofinis, sive a Benefa
ctoribus, sive ex Conventu ad Conventum, sive pro conducendo Vino aut aliis necessa
riis pergendo. Attendite inquam sub quali peccato gravi prohibita sit Equitatio, et
in quibus Casibus conceditur, quâ ad præsens scandalisati a Majoribus, et Juniores et
sani et sine manifesta necessitate utuntur. Superiores autem libenter permittunt.
et quod pejus est, consulunt, non advertentes quia non qualiscunq ratio vel voluntas
excurrendi sed manifesta necessitas Viæ et aditus concedit eam. Ista Vobis Patres
et Fratres Dilectissimi in Communi et Genere proponimus, ob amorem Salutis Vestræ
et Nostro satisfaciendo Officio In Particulari autem recomendamus et Injungimus Superi
oribus Localibus, ut Fratribus Laicis, utantur ad coquendum, ad serviendum sive in
Refectorio, sive in Porta, sive alibi Hospitibus prout antea usus erat ad præsens
autem obeant ista munia Sæculares. Nec non Fratres Laici inserviant Infirmis
Præter id nulla novæ ordinationes factæ sunt in præterito Capitulo. Solummodo no
tificamus Vobis quod Deffinitorium spectando merita quæ posuit in Officio Prædi
caturæ Plurium Annorum Laudabilissime absoluto in Publicis et Privatis Cathedris
MVPris Bernardi Kietbusiewicz censuit Eidem tribuere Emerituram prout et tri
buit Pariter agnoscendo Insignes Labores positos per multos annos in eodem Offi
cio Prædicaturæ cum Laude Dei et Honore Provinciæ, gloriosissime peracto MVPris
Petri Alcantaræ Kisielowski eidem etiam concessit et concedit gaudere Emeritura. Va
lete Patres et Fratres Dilectissimi, memores Nostri, Provinciæ ac Benefactorum
in suis Orationibus Præsentes Pastorales Literæ Protocollis ingrossentur, legantur
et explicentur. Communitatib. secundum Ordinem Cursoria mittantur per Conventus
Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes Scti Casmiri Die 19. August. Anno Di 1801.

Fr Nepomucenus Ref.

MP. mppa

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N.
Francisci Reformatorum Provinciæ Sanctissimæ Virginis Mariæ An-
gelorum Minister Provincialis et in Domino Servus.
Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patrib.
ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et Copiosam a Domi-
no Benedictionem.

Statum Spiritualem profitentes, uti præ Cæteris se se Deo obtulerunt in Sacrifi-
cium laudis, ita illorum Maximum est Officium, ut in tempore perfectius vivant.
et in æternitate proximius Deo asistendo, majorem Illi reddant gloriam, O! quam
laudandi, laudandi et æstimandi sunt. Qui Memores suæ electionis et professio-
nis ad quod se se sacrificaverunt, id unice suis meritis, aliisq modis exequi,
adipisciq satagunt. Hujus generis Duos Viros Vobis Patres ac Fratres Dilectis
simi ad præsens propono; nempe pie Defunctum Per Illustrem Reverendum
Dominum Bartholomeum Stoporowski Præpositum Ecclesiæ Boniecensis. Qui
Officium Pastoris agens, tum præfuit Ovibus suis integritate Vitæ, opti-
moq exemplo, tum profuit sanâ Doctrinâ, incitando ad exercitium Virtutu,
ad observantiam Mandatorum Divinor... Ita perfectius serviens Deo, meruit
clarioremq Dei visionem. Quam ut citius finita Mortali vita consequeretur,
et de excellentiori præmio gauderet, postulavit tempestive a Provincia Nostra
post obitum sui Suffragia, non solum in satisfactionem pro suis trans-
gressionibus, ast etiam pro Parentum suor.

Secundum ante Oculos Vestros statuo scilicet Reverendum Dominum
Jacobum Tokarski Præbendarium ad Ecclesiam Parochialem Serucinensem
Qui pissime Vitæ Orationi ac Devotioni insistens, consortia Secularium
fugiens, diligens in Obsequiis Spiritualibus, quærit solummodo Laudem Dei

et uberius bravium Vitæ Cœlestis. Cujus ut certior redderetur petijt a Provincia Nostra Suffragia pro Remissione Peccatorum ac finali Gratia Quorum prælaudabilium Virorum postulatis ex Justicia satisfaciendo. Injungimus ut 1mo Pro Anima pie Defuncti Bartholomei Stoporowski unâ pro Parentibus Defunctis Ejusdem, in uno quoq Conventu Provinciæ Nostræ integra absolvantur Suffragia, videlicet. Quilibet Sacerdos tres Missas celebret. Præter has in unoquoq Conventu cantetur Missa et in Choro dicatur Officium Defunctorum Quilibet Clericus tria Officia Defunctorum. Laicus autem quilibet ter Centum Pater et Ave totidem Requiem æternam recitet.

Secundo Ut pro impetranda remissione Peccatorum et Finali gratia Reverendo Domino Jacobo Tokarski in quolibet Conventu absolvantur duorum dierum Suffragia; nempe: Quilibet Sacerdos Duas Missas celebret Præter has in unoquoq Conventu Cantetur Missa in Choro dicantur Psalmi Pænitentiales cum Litanijs de Omnibus Sanctis et Orationibus. Quilibet Clericus Bis Psalmos Pœnitentiales cum Litanijs, Laicus quilibet, bis Centum Pater Noster et Ave Maria cum totidem Gloria Patri recitet. Insuper præfatos Benefactores alijs Charitativis recommendamus Suffragijs Hosque Ipsos Et Vestram Dilectissimam Matrem Provinciam Præsens Autem Dispositio Protocollis ingrossetur Secundum Ordinem cursoriæ remittatur Communitatibus Legatur et recommendetur Datum in Conventu Cracoviensi ad Sanctum Casimirum Die 19 Augusti Anno 1801.

Fr. Nepomucenus Refor Mr Provlis

Fr. Nepomucenus Wielowiejski Ords Mnr S. P. Francisci Refor Prvie Sma Vgs Maria Angelorum Minister Prvlis et in Domino servus.

Adm Rndis, Rndis, Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto Fribq salutem et Copiosam a Dño benedictionem

Inter alia saluti monita, quæ Nrq Preceptor humani generis Xtus suggessit et reliquit, hæc doctrina præcipue consideranda et exequenda est a mortalibus, maxime fruentibus bonis temporalibus, ut sibi comparent sacculos, qui non veterascunt thesaurum indeficientem in Cœlis, verba sunt Xti; Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in Cœlis. quæ verba explanans V. Beda dicit: Eleemosynas videlicet operando, quarum merces in æternum maneat. Designant sacculos, qui non veterascunt, et thesaurum indeficientem in Cœlis, et alia bona opera, labores et obsequia, propter Gloriam Dei posita, quæ merentur æternam Beatitudinem. Hanc doctrinam Xti secutus est p.d. Adm Rndus Dnq Joannes Cantius Derbedrasiewicz Prabendarius ad Ecclesiam Collegiatam Jarnoscensem, Qui stante vita sua præter alia pia et misericordiæ opera variis præstita Xti pauperibus nostræ etiam Paupertati succurrere dignatus est. Executus est et alio modo prælaudatam Xti doctrinam sua exemplari vita, exercitio virtutum, et laboribus in Vinea Xti Quibus procerto comparavit sibi thesaurum indeficientem in Cœlis. Nos ejus et propensione qua ferebatur erga Religionem nostram et beneficiis obstricti tenemur ex justitia et gratitudine tam Sacrificio tum piis Orationibus succurrere Animæ ejus, si adhuc pro suis defectibus pœnas Purgatorij patitur. Quare in hunc finem assignamus suffragia integra, tanquam pro Fre nro ab unoquoq Conventu absolvenda, quæ a nobis et meruit et postulavit. Itaq quilibet Sacerdos celebret tres Missas quilibet Clericus 3. Officia Defunctorum recitet, quilibet Laicus 300. Pater et Ave totidemq Requiem dicat. In unoquoq Conventu Cantetur Missa et Officium Defunctorum absolvatur pro Anima p.d. Joannis Cantij Sacerdotis. Insuper et Charitativis ejusdem Benefactoris Animam suffragiis recommendamus. Præsens dispositio Protocollis ingrossata Communitatibus recommendata juxta ordinem a foris notatum de Conventu ad Conventum transmittatur. Valete in Corde D. N. J. Xti PP. ac FF. amantissimi nostri ac Benefactorum nostrorum in suis orationibus memores Datt in Cntu Nro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Anno 1801. die 20 7bris.

Fr. Nepomucenus Ref. Mnr Provlis mp

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minor. S. P. Nostri Francisci Reformator.
Minister Provincialis et in Domino Servus.
Admodũ Rdis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto
Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem.

Venit nobis Patres et Fratres Dilectissimi esto cum Merore Nostro et Vestro, Nam Bene-
factrices Nostræ per Multos Annos et Singulariori Affectu prosequentis Institutum
nostrum se Pie Defunctæ Magnificæ Dominæ Mariannæ Grajewska denuntiare
vobis transitum ex hac mortali Vita in æternam. In qua denuntiatione commu
nicamus Vestræ Notitiæ quibus hæc Pie Defuncta cumulata fuerit a Deo Gra
tijs et Virtutibus quæq Animæ Ejus debeamus Officia, ut in primo Laudetur
Dei Misericordia, in Secundo excitemur ad persolvenda Illi quæ Muneris No
stri sunt. Prænominata Pie Defuncta Circa quadragesimum Ætatis suæ annũ
Soluta per Obitum Viri sui a Vinculo Matrimoniali postpositis omnibq terre
nis et caducis ipsis solisq Divinis cœpit Vacare. Elegit manere ad quod
dam Monialium Claustrum ut sit remota a Secularibq et Mundanis.
Continuo visitans Ecclesias. in Pijs diutius consumebat tempus Orationi
bus et Meditationibus. avida excitari ad Divinum amorem informariq in
Spiritualibus auditioni Verbi Dei in quacunq promulgatum fuerit Ecclesia
insistebat. Sæpe ad Sacramentum Penitentiæ accedens Sacramentoq Eucha
ristiæ reficiebat, Statum Spiritualium Summe colens in egenos et Pau
peres Misericors ita his in Virtutibus ducens Vitam et perseverans
in ea ad sui Obitum non fracta Corporis fatigatione aut illecebris
mundanis Meruit Elogium Salomonis: Prout et de ultimis finibus
pretium Ejus non extinguetur in Nocte Lucerna Ejus. Manum suam
apperiuit inopi. Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Ex hac pi
etate et Memoria æternor nec non ex desiderio citius intueri faciem
Dei provenit, ut ad dicta Instituto Nostro Reformationis iam Ante
Annos Triginta tres. Curavit et Optinuit a Nostris Antecessoribq Instru
mentũ pro Suffragijs Integris quidem post Mortem Sed succesu tem
poris hæc Suffragia aliter disposuit. Nam duos Dies Suffragiorum
petiit ut absolverentur pro finali Gratia Ejus et Peccatoribq Tertiã
autem Diem Reliquit pro Anima sua post Mortem. Satisfactum
est Voluntati Ejus quo ad Duos dies Suffragiorum. Nam stante Vi
ta Præfatæ Piæ Defunctæ Magnificæ absoluta sunt Duorum dierum
Suffragia Anno videlicet 1788 Pro finali Gratia Ejusdem et Peccato
ribus Nunc Remansit Una dies Suffragiorũ quam absolvendam
injungimus ut Quilibet Sacerdos absolvat Unam Missam Cle
ricus Unum Officium Defunctorum Laicus Centum Pater et Ave
totidemq Requiem æternam. Præter ista in Uno quoq Conventu Can
tetur Missa de Requiem Officium Defunctorum dicatur In Choro
Pro Anima Piæ Defunctæ Marianna Grajewska. quibus debitis et
charitativa addant Patres et Frates Dilectissimi. Quæ lecta et Recom
mendata Communitatibq protocollis ingrossentur viciniori Conven
tui Secundum Cursoriæ Ordinem transmittantur. Valete in Xto Pa
tres ac Fratres Amantissimi Nostri ac Benefactricis in suis
Orationibus Memores. Datum in Conventu Lublinensi Ad San
ctum Casimirum Die 20 Nbris Aõ Domi 1801.

Fr Nepomucenus Refi Min: Provlis.

Fr Nepomucenus Wielowieyski. Ordis Minorum
S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Ssmæ Vrgis

Mariæ Angelorum Minister Provincialis, et in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xstô Fratribus Salutem, et Copiosam a Dnô Benedictionem–

Hic amor summopere æstimandus est. Hic in Societate humana desiderabilis, et quarum est, ut pote Nomen gerens internæ, sinceræ ac stabiliter fixæ in Corde propensionis. Qui nec longo temporis intervallo deletur, nec absentia Illius, in quem tendit evacuatur, nec solum propter emolumentum amantis conservatur, æqualiter tam in prosperis quam in minus felicibus ostenditur, et succurit Indigenti. Tali laudabili affectu quidam (: cujus nomen secundum ejus voluntatem celatur:) prosecutus est, et prosequitur, pie defunctum Magnificum Dominum Nepomucenum Chomentowski, ut nobis et Vobis PP. et FF. Dilectissimi declaratur ea infra ponit documento. Præfatus pie defunctus Nepomucenus Chomentowski esto recessit in æternitatem a vultu omnium charorum suorum, et recessus hujus jam annus secundus continuatur, tamen hic qui cum eo et sanguine et amore junctus erat, non obliviscitur Ejusdem defuncti. manifeste declarat eidem intimæ propensionis argumenta cum gemitu Illum commemorando. Succurit eidem indigenti auxilio, si adhuc in Purgatorio solvit debita contracta per peccata sua. De quo omnibus certos nos faciunt, postulata a nobis per Eundem Ignoti Nominis Suffragia pro Defuncto Nepomuceno. Quæ vobis PP. et FF. absolvenda injungimus. Nempe quilibet Sacerdos duas Missas celebret. In unoquoq Conventu cantetur Missa et Officium Defunctorum in Choro absolvatur, quilibet Clericus duo officia defunctorum, et quilibet Laicus dicat 200. et Requiem æternam pro Defuncto præfato Nepomuceno. Hæc ea debito absolvantur. Quoniam autem pie Defunctus Nepomucenus singulari affectu Nostrum Ordinem prosequebatur, et Conventui Nostro Sandomiriensi non minora præstabat Beneficia, convenit et condignum est ut et Charitativis ejusdem Nepomuceni animam recommendemus orationibus, prout et nos commendamus. Præsens dispositio Nostra Protocollis ingrossetur, in unaquaq Communitate perlegatur et recommendetur, et secundum ordinem Cursoriæ per Conventus mittatur. Valete PP. et FF. Dilectissimi Nostri et Benefactorum Nostrorum memores coram Deo. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad S. Casimirum D. 7 Januarij. A. D. 1802.

Fr Nepomucenus Ref. Mnũ Prov mpp

Fr Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minor S. P. Nostri Francisci Reformator Proviæ Smæ V. Mariæ Anglorũ Mr. & Servus.

Addmodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto Patribq ac Dilectissimis in Xto Fratribq Salutem & Copiosam à Domino.

Constans in Virtute quam viventi conjugi suæ monstrabat affectum Magnificus Dnus Dzbienski Illum & post mortem Ejusdem conjugis suæ Retinuit & Manifeste declaravit præter siquidem alia & Notabilia Suffragia pro Anima suæ Conjugis comparata, Insuper voluit ut a tota Provincia Nostra fierent Quam Jure Merito potuit assumere prælatenis Ordinibus ad Suffragandum animæ Conjugis suæ Cum denim Nos singulariori Benevolentia una cum vivente adhuc conjuge sua prosequebat notabilibq Beneficiis cumulavit Certus potuit Reddi de nostra tam ergâ se quam erga Piæ Defunctam Conjugem suam gratitudine corespondente. Eorum propensioni & ferventiori animo satisfaciendi Pijs illius desiderijs ac subveniendi Animæ Piæ Defunctæ Conjugis Censuit Hic Prælaudus Magnificus Dzbienski Videns imminens Dei Decretum mortis cadens super Conjugem ejus ut a Nostris in Viam Æternitatis disponeretur Confidens quod hoc pro alijs necessarium obsequium nulli seduliori cura præstabunt quam hi qui se Majori & Ardentiori gratitudine obstrictos esse profitentes. eodem etiam animo & motivo desiderat. Ut à Nobis Animæ Conjugis Ejus per Suffragia sub curatur Satisfaciamus itaq hujusce Magnifici Dzbienski Pijs Desiderijs

expleamus diligentissime gratitudinis et propensionis officia exorando 77
Deum pro Anima Marianna Debrenska per Suffragia integra
tamquam pro fratre nostro absolvenda in Uno quoque conventu
quae disponimus. Addendo et Alias Charitativas Devotiones quae
Suffragia et Charitativas Devotiones superiores Conventuum recom
mendent suis Respective Communitatibus Ac praesentem Nostram
dispositionem Protocolis inscribant et secundum Cursoriae Remittant.
Valete Patres et Fratres in Xto Jesu amantissimi Nostri ac Benefacto
rum in suis Orationibus Memores. Datum In Conventu Nostro
Helmensi ad Aedes S. Andreae Apostoli Die 24. Aprilis 1802

F. Nepomucenus Ref. Min. Pro.

Frater Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minor. S. Patris Nostri Fran
cisci Reformatorum Provinciae Smae Virginis Mariae Angelor. Minister Pro
Provincialis et humilis in Domino Servus.

Admodum Reverendis. Reverendis Multum Venerandis Venerandisque Patribus ac
dilectissimis in Xto Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

O! Quam crudelem pugnam experimur mortales inter intellectum ac Naturam No
stram sensibilem dum molestiora, aut Molestissima ex Divina Ordinatione contin
gunt nobis, intellectus cognoscens Sanctissima esse Divina Decreta praecipit ea
etiam immolestissimis niti et pacifico animo suscipienda Natura autem sen
sibilis aegre fert afflictiva, intellectus ostendens Supremum Dei Dominium super
vitam et Mortem Creaturae inspirat obligationem sine remurmuratione obediendi
Deo in cunctis Sensibilis Natura econtra recusat Deo esse subiecta in asperis et
cognoscit; Intellectus intuens mala vitae hujus Ordinari a Deo in profectum no
strum Monstra de iis non tristari Natura Sensibilis oppressa iisdem Malis Multum
dolet et Ingemiscit. Hanc pugnam ad praesens sentimus in Nobis Patres ac Fratres
Dilectissimi in casu obitus Illmi Mathiae Soltyk Palatini Sandomiriensis Capita
nei Szydloviensis. Equitis Aquilae Albae et Sti Stanislai Generalis exercituum Polo
nicor. Sindici Apostolici Generalis Provinciae Nostrae. Recognoscimus Sanctissimam Volun
tatis Divinae esse latam pro omnibus statutum Semel Mori profitemur altissimum
Dei Dominium ita ut quod et quomodo voluerit disponere possit de sua Creatura
quae in omnibus subest et Subesse debet. Cavemus ex Mortis mestissimo casu
affectum proficuum cum nisi illa veniat non gaudere visione dei Mortalis. Nec Vir
tuosi et Aeternitate praemiarent; Ac tamen Dum Recogitamus et Cernimus Prelaudatum
Pie Defunctum Illustrissimum Mathiam Soltyk A Nobis translatum in Aeternitatem
Dei erga Deum et Religionem ejus Sanctam Piissimus quod patet ex fundata de
novo Ecclesia Piszchnicensi ex aliis ab Illo dotatis Ecclesiis ex consumpto longo
cujuslibet diei tempore in precibus et continuis suspiriis ad Deum ex frequenti usu
Sacramentorum Paenitentiae et Sanctissimae Eucharistiae ex Signis in Ejus actionibus
incessantis Memoriae Dei ex Zelo contra nocive loquentes de Sancta Religione et Vio
lantes ejus Leges nec non contra perniciosos libros. Patet inquam ex modo suc
currendi Ecclesiae quem potuit deficiente alio habere. Nam cum audisset ex publica
fama Pium VI. Molestissimis Affligi Molestiis seu Angustiis. Pro impetrando Eidem
Summo Pontifici a Deo Solatio et Adjutorio Curavit usque ad Obitum ejusdem Ponti
ficis Missas Celebrari. Dum inquam Cernimus sublatum a Nobis Nostrae olim Patriae
splendorem et fulcrum qui ad decorem et utilitatem Ejus a Juventute sua sacrificavit vitam
Eidem et vires suas reversus ad Patriam ex Exteris Nationibus Non cum Perniciosis Moribus
aut Doctrinis sed cum Animo Serviendi Patriae studuit adesse et Intrare ad Publica Conci
lia Obire Publica Officia in quibus ita se laudabiliter gessit ut per varios Gradus
Meritorum et Honorum ascendendo Meruerit inter Primos Reipublicae Polonae Nu
merari Senatores. Dum Spectamus hunc abesse Cujus Domus Propter Ejus insignem
hospitalitatem cuiuslibet Aestimationem et documenta Affectus Plena erat Nobilibus
Regni incolis Advenientibus Jucunda in Illa Conversatione. Quae libenter quamlibet
Personam Spiritualem cum Reverentia Status ejus suscipiebat quae aperta fuit et
Communis Cuilibet egenti et Pauperi Nullusque ab ea Movit qui non fuerit provisus
necessariis Vitae. Quae alebat quosdam pauperes Annuatim quibusdam qualibet
hebdom

hebdomada die designata unde quoq convenientib subministrabat Elemosinam Peregri
nos ad instar Lot et Abraham ad instar Discipulor. Xsti qui Cogebant sub specie peregri
ni ipsum met Xstu ingredi in domum Recipiebat Dum Recogitamus in Particulari
Patres et Fratres dilectissimi Copiosissima Pie defuncti hujusce Illustrissimi Palatini
Beneficia Quolibet Anno praestita et Plurimo tempore Conventui Nostro Zophicensi nec
non et alijs Conventib Provinciae Nostrae Dum ingratam in Memoriam revocam, Ei
dem Pie defunctu Illustrissimu Bonae famae Nostrae Reformationis Fuisse promo
torem et Defensorem Singularioris affectus documenta unicuiq Nostrum Praesentib
etiam Distinctissimis Hospitibus et Viris Monstrantem in infortunijs sua intercessi
one eidem succurentem. Quomodo sensibilem Naturam Nostram comprimere et
non doleat super jacturam tam Excellentissimi et utilissimi Viri Communis hujus
Regionis dolor Ejus Super Obitum praelaudati Illustrissimi Olim Senatoris Sed singu
laris nostrae Reformatae Religionis quae in una Persona et Gratissimu Benefa
ctorem et Zelosissimu Famae suae Protectorem et Amantissimum Patrem Vix Si
milem Repetibilem amisit Parcat Deus sensibilitati Nostrae nec Contradicimus
Tuae Voluntati Domine, determinati tempori ad Praemiandu in aeternitate hunc
Pie Defuncti Excellentissimum Viru sed qui Amor effudit Lacrymas Augus
tini Super Mortem Matris ejus Monicae qui te Xte induxit ad flendum
Super obitum dilecti Lazari David ad Maledicendum Montib in quibus Obiit
Saul. Secundi Regu 1. Vers. 21. Eundem David ad dicendum cum dolore Populo Incli
ti Israel super montes tuos interfecti sunt. Qui ad Lugendum Super Judam in
duxit Israel. Di Regu 1. Vers. 19. Lugebat autem Israel Judam Plancta Ma
gno et dicebat quomodo cecidisti potens in praelio qui salvum faciebas po
pulum Domini. Hic Amor quinimo Majora incitamenta gratitudinis amoris
et estimationis cogunt nos ad Lacrimabiles Ingemiscendum Super obitum Pie
Defuncti Pie Illustrissimi Defuncti Mathiae Soltik Verbis praedictae scripturae
Quomodo cecidisti qui salvum faciebas Populum Domini. Exsolvimus Lachri
mabilibus gemitibus debitum gratitudinis Pie Defuncto Illustriss Protectori sup
secula duraturis in Cordibus provinciae Nostrae Alumnorum ad quos tranmitti
mus Memoriam Ejus Affectus et Beneficior. Non persistimus autem in sola
duntaxat Cordis Attritione More secularium quorundam ast cum hac jungimus
debitum suffragandi Animae Pie Defuncti Illustrissimi Protectoris Ut quem
Deus Longitudine dieru Replevit nempe 83bus Annis Quam totius ostendat Illi
salutare suum si adhuc illud n intuetur. Quare Patres ac Fratres Dilectissimi
Cum Lacrimis Jungite has praeces et Devotiones pro Anima praelaudati Pro
tectoris nempe In uno quoq Conventu Absolvantur Sufragia Integra tamquam
pro fratre nostro debita et Apromissa a Provincia Ratione Sendicatus Aposto
lici Circiter Annorum 40ta 2do Ratione Singularissimor Beneficiorum
Protectionis et affectus Erga Religionem Nostram In uno quoq Conventu 3bq Dieb
Campanae pulsent. Per Mensem Memento Defuncti Mathiae habeant Pres
teri in Missis quod pro memoria inscribat In Sacristia Ibidem Per Mensem
Offerant Communionem Sanctam Fratres Clerici et Laici Conventu quid er
Helmensis n Obligatus ad absolvenda sufragia debita tamquam pro fratre
Cum utpote non pridem junctus Provia Nostrae parvo tempore sub prote
ctione istius Pie Defuncti Illustrissimi Sendici Generalis Mansit Ad altera ta
men Nempe ad Pulsum Campanas ad Memento ad Sacras Communiones,
obligamus Eum quia cum Nobiscum Unam provinciam faciat quid quod
praestatur Beneficij uni eo magis pluribus Conventib extendit gratitud
ad totam provinciam quam constituunt Conventy Omnes Alijs Charitativis
Suffragijs et Memoriae Vestrae Recommendamus Animam Pie Defuncti Pro
tectoris et Ut Notum sit Posteritati quanti sit meriti Erga Provinciam
nostram Praedictus Illustrissimus Protector et quod ei Persolvamus quae que Illi
beatus gratissima memoria Praesentia Communitatib Recommendentur Pro
tocollis Inscribant Secundum Ordinem Cursoriae Per Conventus transmittant
Valete itaq In Domino Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri ac Benefacto
rum Nostroru in Orationib Memores Datu In Conventu Nostro Helmensi
Ad Aedes S. Andreae Apostoli D 24 Aprilis 1802 Anno

Fr Nepomucenus Refor. Minist Provincialis

Frater Nepomucenus Wilkowiayski Ordinis Minor S. P. N. Fran
cisci Reformatorum. Provinciæ Smæ V. Mariæ Angelor Minister
Provincialis et In Dno Servus.
Admodum Rdis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac
dilectissimis in Xto Fratribus salutem a Domino copiosam
Quam dispositionem Vobis Patres et Fratres Dilectissimi promulgandam accepi
mus a Reverendissimo Patre Hilario de Monte Magno Commissario
generali S. Ch. Hanc Vobis parando mandati quidem superiorum Hono
randissimi Communicamus quæ est tenoris sequentis.
Frater Hilarius de Monte Magno Ordinis Minor S. P. N. Francisci Le
ctor Jubilatus Coram Summo Pontifice Episcoporum Examinator et in
tota Cismontana Familia. tam Observantium quam Reformator Commissarius
Generalis Visitator Reformator Apostolicus. et In Dno Servus.
Dilectis in Xto Universis Patribus Fratribus Monialibus Superioribus ac Sub
ditis Curæ et Jurisdictioni Nostræ subjectis Salutem plenamq
In Spiritu Sancto Consolationem.
Cum primum audivimus quod supremus olim Ecclesiæ Xti Hierarcha Pius
Papa Sextus Fama vere Immortalis e vivis decessit protinus animo re
cogitavimus vestram viribus exciis suscitare pietatem ad ejus Ani
mæ parentandum fuit enim adhuc mortalis de Nobis Nostraq de
Religione universa bene meritus. ita ut nemini prorsus valeat
adjudicari Dus. et sane vestri nullus ut Arbitramus ignorat ne
dum quæ provide jessit ad Sartas tectasq servandas in Ordi
ne disciplinam unitatem tranquilitatem quæis alias nequaquam
potuisset pro circumstantijs consuli sed insuper quam in No
strates ostendit semper tenerrimum Cordis Affectum vi cujus
Haut fuit dedignatus Ordinem Protectore destitutum in Proim
mediatam sui clientellam adsciscere tam diuq sic confovere atq
tueri donec et inter Eminentissimos Scta Romanæ Ecclesiæ Principes
fuisset adscriptus et ad Ejusdem Nostræ Seraphicæ Religionis
Tutamen adlectus Emi. De quo Continuo gloriamur Emi. Romualdus Cardi
nalis Braschius de Honestis nepos Ejus Meritissimus quod igitur
multo iam tempore conceperamus et huc usq contraximus non
levibus ducti rationibus modo complemus Nisi confoti Piisq Urbis
exemplis quæ quantum doluit dum tanti Pastoris ac Principis
fuit Coacta pati jacturam tantum Hodie Religiose Letamur
dum Sacros Ejus Cineres et dissitis Regionibus ubi Mortem oppetijt Vi
Nomine reg Pius huc redeua excepit dumq solemni nec un
quam visa funera pompa Præsuli amplissimo Optimoq Principi
in obsequendis gratiqui animi tesseram justa persolvit. In votis
itaq Nobis est quod et hac Encyclica Nostra districte Man
damus Ut singuli ex Laicis semel Recitent Centum Pater
Ave et Requiem, utq in quolibet Fratrum Nostrorum Choro Pari
terq Monialium Ordinis subjectarum Pro una Vice dicatur Officium
Defunctorum et Missa cantetur de Requiem Cum absolutione
de More in fine. Suffragandi ergo Animæ tanti Pontificis in
nos vere Beneficentissimi si nullus in Vobis non regnat Pietatis
nec non Gratitudinis sensus. Hisce Majora etiam adjecta Patres ac
Fratres In Xto dilectissimi Pp si præstiteritis uti speramus Salu
taris obedientiæ Meritum quod ex nunc impertimur Obsequimini. Va

Vestris postremo Orationib[us] Commendamus Ecclesiae universae tranquillitatem et Pacem nec non prosperum faustumq[ue] guberni[u]m Pij Papae VIImi Feliciter regnantis Itemq[ue] Vitam et Incolumitatem Eminentissimi protectoris Nostri qui Omnibus et Singulis vobis Paternam atq[ue] Seraphicam Benedictionem peramanter concedimus. Datum Romae apud Aram Celi Die 27 Februarij A. 1802. Frater Hilarius de Monte Magno Commiss. Generalis.

Promulgamus Vobis itaq[ue] Patres ac Fratres dilectissimi exaratam dispositionem Reverendissimi Commissarij Generalis et Iisdem Recommendamus Devotionib[us] Recommendatos vobis a Superiore Honorandissimo. Injungimus Autem Superiorib[us] Localib[us], ut praesentes Encyclicas Respective suis communitatib[us] interpretent, protocollis inscribant et Due Cursoriae Ordinem Remittat. Valete Patres ac Frates dilectissimi memores in suis Orationib[us] tam Animae Pij VI. Quam Viventis Pij VII. Pontificis Maximi tum Tranquillitatis Ecclesiae et Augmenti Sacrae Religionis nec non Nostri ac Benefactorum Nostrorum. Datum In Conventu Nostro Stelmensi ad Sctum Andream Apostolum D. 23 Aprilis Anno D[omi]ni 1802.

Fr. Nepomocenus Rff Miter Pr[ov]incialis.

Fr Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae S[anctissi]mae Virginis Mariae Angelorum Minister Provincialis, et in Domino Servus.

Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq[ue] Patribus ac Dilectissimis in Xsto Fratribus salutem copiosam a Domino Benedictionem.

Quo motivo, fine, qua necessitate indroducta sunt, legibus firmatae et absolvuntur annuae Congregationes. Eodem etia[m] animo, in eundemq[ue] finem, iisdem coacti Officiis ad finem praesentis anni Ministeriatus Nostri, obtenta prius licentia et facultate a R[everen]dissimo Patre Hilario de Monte Magno Commissario Generali in hac Cismontana Familia S. N. F. et habito prius de loco et tempore consensu VV. Definitorij, intendimus imminentem absolvere Congregationem quam vobis PP. ac FF. Dilectissimi intimamus. Motivu[m] institutaru[m] Congregationu[m] est amor boni Communis Provinciae et Fratru[m], qui amor declaratur ea fine praesidio Congregationib[us] celebrandis. Ut si quid vitiosi, nocivi S[an]ctae observantiae irrepserit, illico mutuo aliquoru[m] Virorum ad hoc munus designatoru[m] a Provincia Consilio et studio catirgetur eradicetur. Ut quid quid inservire potest ad tutiore[m] legu[m] tutellam ad perfectionis Vitae Spiritualis augmentu[m] providatur. Ut virtus praemietur et promoveatur, vitia quae inficiunt S[an]ctam Observantiam condigne puniantur. Ut praeficiatur unicuiq[ue] Conventui idoneus Superior, qui et exemplo et doctrina prosit commisso sibi Gregi. Ut ad Officia variorum Conventuu[m] tales destinentur, qui ea exacte et sedulo perficientes, et laudem Deo adferant et decori Provinciae et utilitate[m] Fratrib[us] nec non ipsi mereantur apud Deu[m], qui vero ea non possent sustinere, aut in iis propter alios non possint collocari, alios modos laborandi et merendi habeant. Necessitas Congregationum est, cum enim ex innata fragilitate, et suggestione hostiu[m] salutis animaru[m] pronimus ad recedendu[m] astrictiori et perfectiori modo vivendi, contingit in vita spirituali deficere, cadere in vitia, opus itaq[ue] est quaerere et perscrutari, si aliquod horu[m] maloru[m] non reperiatur et introducatur in piu[m] coetum, et tempestive ei occurratur. Nec non cum Variae occurrant circumstantiae exigentes mutationem in Conventibus Fratru[m] manentium, aliqui enim destituti viribus, non valent sustinere onera Officioru[m], alii expectant ut virtus eoru[m] promoveatur, et talentis a Deo sibi concessis possent uti et mereri. Hinc sequitur necessaria alia distributio Officioru[m] et mutatio Personaru[m]. Hoc expresso motivo fine necessitate coacti imminentem instituimus Congregationem, cujus determinamus tempus, Diem 20. Junij Anni Curren[tis] locu[m] Conventu[m] Stopnicensem. ad hanc peragendu[m] Vobiscu[m] invitamus, qui de jure invitandi sunt, in hunc finem electi, ut prosint consilio et determinationibus suis bono communi Provinciae prout electionis suae estimabiles declarant fructus, Nempe —

RP. Josephum Alcinski Custodem Provinciæ, RP. Dionysium Baczynski D.P. ac Secretarium Pciæ. RP. Sebastianum Oczynski D.P. RP. Desiderium Klein D.P. RP. Archangelum Gajewski D.P. Hos prædictos Rdos P. invitamus pro Die 16 Junij horis pomeridianis. Aliis autem interdicimus accessum ad locum Congregationis, nisi de expressa licentia a Nobis habita. Quia autem secundum verba Jacobi 1mo Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum. Injungimus Suffragia absolvenda præscripta a legibus tempestive ante celebrationem Congregationis, nec non ipso die Congregationis ut Votiva solemniter cantetur in quolibet Conventu de Spiritu S. cum ad finem Ejus Veni Cre: et præscriptis Orationibus in qua Fratres communicent, his et omnibus electionem liberam Confessarij modo jam pro Fratribus approbati cum potestate absolvendi a Reservatis pro hac vice concedimus. Patres etiam in Missis privatis ipso die Congregationis addant collectam de Spiritu S. Ut autem intelligatur Status Conventuum, Profectus Studiorum et doctrinæ necessariæ præcipimus ut Schedæ cum responsionibus ad quæsita in illis contenta remittantur pro Die 16 Junij. Quare exacte Patres Discreti Conventuum Regestra Officinarum confrontando cum omni Suppellectili revideant in quo non impediantur a Patribus Guardianis. Patres Examinatores Resolutores Casuum testimonia de examinibus et resolutione Casuum Patres Lectores Theologiæ et Philosophiæ terminantium Studiosorum studia, Patres vero Lectores Artium et Grammaticæ de profectu respective suorum Studiosorum trasmittant testimonia, nec non horum omnium transmittantur testimonia de moribus subscripta ab iis quibus competit de jure. Ut autem minor sit expensa pro Cursoribus et in loco Congregationis ne sit pluralitas eorum, Unus Conventus alteri remittat incipiendo a distantiori. Quæ præsens Nostra intimatio Congregationis Communitatibus perlegatur et explicetur, protocollis ingrossetur, et sine mora non per Postam sed per latorem studio conductum secundum ordinem Cursoriæ transmittatur Valete PP. et FF. in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in suis Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad S. Casimirum D. 21 Maji Anno Domini 1802.

Fr Nepomucenus Ref. M. Plis
mpp

Fr Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Min. S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Smæ Virginis Mariæ Angelorum Minister Provincialis et in Dno Servus.

Admodum Rndis. Rndis Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et Copiosam a Dno Benedictionem.

Nostri Officij quare et desiderij ac solitudinis fuit una cum Patribus Definitorij convenienter necessitati Provinciæ, exigentiæ Conventuum, qualitatibus, animisq Religiosorum prout commoditas circumstantiæ rerum ac temporum permisere in immediata præterita Congregatione collocare in Officiis ac Conventibus Fratres Nostros. Si aliqua in prædicta dispositione ad placitum non venerunt, ex Nobis erat impossibilitas uniuscujusq voluntati ac judicio, cum hæc sint in diversis diversa placere, egimus etiam ut Similes hominibus; certe non prævidendo futura, nec clare intuendo præsentia. Ex parte autem ægre ferentium emanatas dispositiones causa est; quia non unicuiq patet quid exigat Bonum Provinciæ ac Conventuum, quæ adfert commoditas, aut impedimenta aliquos aliter collocandi, et disponendi. Proprius etiam Amor non permittens hominibus cognoscere suas qualitates et inclinationes potest reputare pro ratione hujus molestiæ. Quantum ex nobis fuit invocato prius a Nobis ac Tota Provincia auxilio Divino, voluimus et curavimus tum justitiæ tum charitati Satisfacere. Vestra interest Patres ac Fratres Dilectissimi plene commissi voluntati Divinæ, propria destituti, Qui cæcam Deo obedientiam vovistis in exequendis vestrorum Superiorum mandatis cæcam inquam non respiciendo ad causas motiva factarum de vobis dispositionem non attendendo quid potius placeat, quid jucundius aut facilius suscipere ac explere benigno promptoq animo quæ de vobis nunc Divina voluntas ordinavit. Ita autem faciendo, et puritati Conscientiarum Vestrarum providebitis et certam Spem Divinæ gratiæ ac Cælestis Beatitudinis quam Deus promisit et reddit, pro virtute Obedientiæ acquiretis. Jam itaq Patres ac Fratres Dilectissimi Subjecti Divinæ ordinationi ad hæc mentem et Studia vertite ut succedenti tempore quædam Professionis Religiosæ perfectius ac diligentius adimpleatis. quæ omissa recompensetis quædam transgressa restauretis et indies proficiatis. Attendatis ad abusus quorum quidam jam introducti a depravatis, quidam introducuntur et facile permittuntur.

Non vilipendantur quæ vobis minoris momenti videntur, aut majori commoditati Vestræ vel plausu Secularium serviunt, contraria tamen Legibus et nociva Sanctæ observantiæ ut vobis hac in parte succurramus prout ex Conscientia tenemur quæ prava in Visitationibus nostris ac Syndicationibus invenimus in his, qui indigetis /non enim omnes indigent sequenti præmonitione/ Vos præmonemus alia vero ad observandum singulis proponimus.

1mo Superiores Locales Ceteriq non vilipendant ordinationes et injuncta in Visitationibus. Tenentur enim obedire et non secundum suum plausum vel ambitionem sese gerere. Non obediendo scandalisant alios. 2do Iidem attendant ut serventur Leges Ordinationes, pro quarum violatione moneant, puniant. uti ut Chorum frequentent Meditationibus adsint, qui et quando obligentur. Item ne Subditi communiter tempus in conversationibus præsertim tempore Silentij consumant. 3tio Cogant tam Studiosos ut per seipsos non per Secularem Puerum absolvat Officia sua in Ecclesia Sacristia quam Fratres Laicos ut per semetipsos Ambitus inferiores et Refectorium purgent. Calefaciant fornacem Refectorij, Infirmis inserviant, Radant, coquinariam artem exerceant, quam ad præsens et ipsi nolunt exercere et Superiores quidam illos non applicant Culinæ, etiamsi habent Fratrem idoneum aut volentem addiscere artem coquinariam. Malunt Secularem Cocum quia illum et verbis imperiosissimis increpare et suam paritatem celare possunt coram Religiosis. Deviant quidem Fratres coquinarij in aliquibus. Sed nonne deviant et Seculares.? Nonne deviabant antea etiam Fratres applicati Culinæ attamen correcti et puniti conservabantur in Culina. Si nescieverit aliquis exacte parare, addiscat a Seculari Coco. Similiter et Superiores et Patres aliqui radi nolunt a Fratre Sartore etiamsi sit aptus ad radendum nisi a Seculari Chirurgo. Quo, si opus fuerit uti, non in Refectorio sed in alio loco radat. 4to Quia obsequia Conventus quæ pertinent ad Fratres, Seculares absolvunt, idcirco iidem audacter et communiter ad Cellas Superiorum, Religiosorum, ad Refectorium, Infirmariam veniunt. Similiter stipites et alii Seculares; quem abusum tollant Superiores, cujus causa sunt plus affectando Famulos Conventus usq confidendo quam Religiosis. 5to Caveatur nimia aviditas abundantioris eleemosynæ, quæ tum ex avaritia pullulat, tum ut ex abundantiori eleemosyna laus acquiratur coram Fratribus et Definitorio. Quod magis attendit Spiritualia et Sanctam paupertatem. Ex hac aviditate oritur, omissio Spiritualium, non exacta absolutio Recollectionis Octiduanæ, tempore cujus Superiores expediunt omnia negotia, tam in Culina quam in foro, hæc enim pro tunc committi debent Patribus Vicariis. Ex hac inquam oritur quod Religiosi et Superiores continuo vagentur equitent unumquemq intendant visitare ubi non adsit necessitas, Eleemosyna pecuniaria non expendatur pro necessitatibus. Hospitalitas non servatur, et misericordia pauperibus subtrahitur. 6to Recommendatur diligentior lectio Theologiæ moralis, quia quidam ex Patribus Confessariis tam in examine quam in resolutione Casuum minus sufficienter et adequate respondebant. 7mo In quibus Conventibus pauca Anno elapso comparata sunt ad Sartoriam necessaria ex Carbaso, ex principio hujus incepti Anni comparentur. 8vo In Testimonium de Celebratione Missarum adnotetur expresse Commemoratio OO Fidelium Defunctorum et quod præfata die celebratæ Missæ. 9no Prohibet Venerabile Definitorium Ne Patres et Fratres ex prandio reservent sibi in scyphis Cerevisiam, sed in collectione de Mensa effundatur in Congiam, scyphiq occludantur. Si quis autem indigerit Cerevisia post Vesperas propinet illi Frater Cenaparius. 10mo Patribus Vicariis commemoratur obligatio instruendi Clericos et Laicos in Ceremoniis et assistendi laboritiis. 11mo Patribus Lectoribus similiter commemoratur eorum esse muneris ne Studiosi horis ad legendum designatis alio occupentur, quare dictis horis Cellas suorum Studiosorum visitent. pariter post Matutinum assistant eorum lectioni. 12mo Fratres Cenaparij non nulli diebus Dominicis festivis, assignant Secularibus Famulis Conventus talia ad agendum opera quæ revera laboriosa sunt in hoc serio admonentur et injungitur ipsis attendentia ut præfati Seculares Missam et verbum Dei audiant,

diebus dictis Viam Crucis obeant. 13tio Sero praecipitur tum Superioribus tum Ceteris
sub poenis arbitrariis gravissimis ne audeant alicui Saeculari vel Spirituali extra No-
strum Institutum et Provinciam distribuere ponticum quod Gratia Augustissimi Impera-
toris vilissimo pretio scilicet assibus polonicis 24. datur nobis. Alias enim ista
Gratia concessa nostrae Provinciae adimeretur Quare propter unius delictum omnes
Conventus notabile detrimentum eleemosynae paterentur. Nec non injungitur
ut in omnibus sint fideles Majestati. Ultimo quae in Congregatione in unbedspate pre-
terita decisa sunt Communicamus notitiae Vestrae Patres et Fratres Dilectissi-
mi; Nempe: Agnoscendo Venerabile Definitorium merita M.V.P. Josephori Miku-
linski aliquot Annos Lectoris Philosophiae Theologiae Speculativae et Moralis Sacro-
rum Canonum Item aliquot Annorum Praedicatoris quae laudabiliter cuncta Officia
Adimplevit. Pariter agnoscendo insignes labores M.V.P. Martini Stefani et M.V.P.
Franci Schultz quos Subierunt in Officio Praedicatoris praesertim in publicissi-
mo loco Calvariae per multos Annos. His tribus Patribus Emeritaram adjudi-
cavit et concessit. Suscipite Patres et Fratres Amantissimi et executioni man-
date haec praescripta Convenientia Vocationi ac Professioni Religiosae Vestrae, nam
transgressis eorum justam meretur poenam Deus autem Suppeditet Vobis necessa-
rias gratias ad illa exequenda. Praesentes Pastorales Literae legantur et ex-
plicentur Communitatibus. Protocollis ingrossentur et remittantur secundum
ordinem Cursoriae Valete Patres ac Fratres Amantissimi Memores Nostri et
Benefactorum Nostrorum in suis Orationibus Datum in Conventu Nostro
Stopnicensi ad S. Mariam Magdalenam Die 16. Augusti Anno Dni 1802.

Fr Nepomucenus Rep.Mnr
Prov.is
m.p.

Fr Nepomucenus Wilowieyski Ordinis Min. S.P.N. Francisci
Reformatorum Provinciae S.mae Virginis Mariae Angelorum
Minister Provincialis et in Dno Servus

Admodum Rndis, Rendis Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissi-
mis in Christo Fratribus Salutem copiosam a Dno.

Sanctum et Salutare opus perficit, indeq colligitur magni apud Deum meriti qui De-
functorum Animabus succurrit ut a poenis Purgatorij liberentur Teste S.
Scriptura 2 Machab. 12. Sancta et Salubris est cogitatio pro Defunctis exorare
ut a poenis solvantur. Insignioris Charitatis et Misericordiae indicium est
Non intuendo oculis Animarum Cruciatus, Nec auditu percipiendo preces Earum
de Subveniendo Eis, fide solum cognoscendo Earum indigentiam ferre Illis
auxilium. Hanc Charitatem et Misericordiam majorem esse affirmant
Hugo Cardinalis Super Ruth Caput 3tiu in princi: fol 212. Major est Miseri-
cordia quae fuit cum mortuis quam quae fuit cum vivis. Quia Vivi aliquando possunt
se juvare, Mortui non possunt. Joannes Gerson Prosec: Nos debemus libenter
pro Omnibus Fidelibus Defunctis orare, quia hoc opus Summae Charitatis est et
Misericordiae. Perficit istud Opus et Salutare plurimiq meriti apud Deum. De-
clarat Suam singularem charitatem et Misericordiam Rndus Dnus Jacobus To-
karski, Praebendarius ad Ecclesiam in Szczucin dum a Nostris Conventibus
exposcit et curat fieri Suffragia duorum dierum scilicet Quilibet Sacerdos
celebret duas Missas pro Animabus in Purgatorio existentibus. Laudando hoc opus
Sanctum praedictasq Virtutes in Eo; Assignamus secundum Illius voluntatem in
Uno quoq Conventu Provinciae Nostrae Observenda Suffragia ut Quilibet Sacerdos ce-
lebret duas Missas in quibus includitur et numeretur Missa Cantata. Quilibet
frater Clericus duo Officia Defunctorum. et Quilibet Laicus duo Centum Pater Noster
et Ave Maria et totidem Requiem aeternam recitet. In Choro autem dicatur Officium
Defunctorum.

Exemplo hujus prelaudati Benefactoris succurendi Animabus Defunctorum Suc
curramus ex gratitudinis Animæ Generosi Domini Adalberti Kaliński Bene
factoris Olim Conventus Resoviensis et Amantissimi Ordinis Nostri per Suffra
gia appromissa Eidem in Congregatione Premisliensi Anno Dni 1787. a Pro
vincia Nempe: In Uno quoq Conventu præter Chełmensem /ad quem ut
pote needum junctum pro tunc Provinciæ Nostræ non extenditur Obligatio
promissa:/ Cantetur Una Missa & Officium Defunctorum in Choro recitetur.
Adjungantur etiam et Charitativa Suffragia ex prædicta gratitudinis.
Hæc nunc injuncta tam ex justitia quam ex gratitudine Suffragia Superio
res Locales recomendent Suis respective Communitatibus. Protocollis ingros
sentur et secundum Ordinem Cursoriæ remittantur. Valete Patres et
Fratres Dilectissimi Memores Nostri et Benefactorum Nostrorum in suis
Orationibus. Datum in Conventu Nostro Leopoliensi ad S. Mariam Mag
dalenam Die 10. Augusti Anno Dni 1802.

Fr Nepomucenus Ref. Mnr Pro
mpp

Fr Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Mnr S. P. N. Francisci
Reformatorum Provinciæ Sanctæ Virginis Mariæ Angelorum Minister
Provincialis et in Dno Servus.

Admodum Andis. Andis, Multum Venerandis, Venerandisq in Christo Pa
tribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem copiosam a Dno.
Quibus verbis alloquebatur Job amicos suos Variis a Deo afflictus tum Corporis in
firmitatibus, tum ipsummet Animum stringentibus miseriis quærens ab Illis
auxilium hæc verba Animæ in Purgatorio existenti et postulanti ab Amicissimis
suis Suffragium communiter in Ecclesia Christi applicantur. Miseremini mei
Miseremini mei Saltem Vos amici mei quia Manus Domini tetigit me.
Hæc verba censentur continuo sonare et audiri in Corde Magnificæ Dominæ
de Czermińskie Szczepanowska, quasi illis alloqueretur Eam pie Defun
ctus Maritus Illius scilicet Magnificus Dominus Raphael Szczepanowski
Capitaneus Skalensis, dum præter copiosa Suffragia a die Obitus in Con
ventu Nostro Cracoviensi præfati Mariti Sui procurata in liberationem Ani
mæ Ejus, non cessat iterum alia quærere et postulare a Provincia Nostra.
Descendit ad Illum per compassionem ferens in pœnis levamen Ei, Cum
quo juncta erat Corde prout docet S. Bernardus. Transeam ad Illos
per compassionem quibus juncti fuimus per humanitatem. Huic piæ
voluntati M. D. Szczepanowska eô promptiori et ferventiori Animo
tenemur obtemperare cum intelligamus non minus ad Nos Patres et
Fratres Dilectissimi directa esse a pie Defuncto M. Dno Raphaele
Szczepanowski prædicta verba Job tamquam ad Amicos Suos
Miseremini mei Meseremini mei Saltem Vos amici mei. Vere enim ex
parte Sui Nos pro Amicis Suis reputavit prosequendo Institutum nostrum
peculiari affectu et insigniora Beneficia præstando Nostris Conventibus.
Mutuo ex parte nostri erga Eum ferebamus amore Astricti propensissima
gratitudine. Quare Secundum Citatum monitum S. Bernardi. Transea
mus ad Illum per compassionem Subveniendo Orationibus Indigenti Animæ
Ejus. Itaq 1mo Secundum voluntatem prelaudatæ Magnificæ Dominæ
Szczepanowska Conjugis illius absolvantur in Unoquoq Conventu Provinciæ
Nostræ integra tamquam pro Fratre Suffragia Nostro. pro Anima pie Defun
cti Raphaelis Szczepanowski. 2do ex motivo gratitudinis et propensionis ad
dantur Charitativa. Cum quibus injunctis et recomendatis, Vobis Patres et

Fratres Dilectissimi Suffragiis. Praesentes Literae nostrae Communitatibus legantur explicentur Protocollis ingrossentur et Secundum Ordinem Cursoriae remittantur Valete Patres et Fratres Amantissimi Memores Nostri ac Benefactorum Nostrorum Suis in Orationibus. Datum in Conventu Nostro Stopnicensi ad Sanctam Mariam Magdalenam Die 19 Augusti Anno Dni 1802.

Fr. Nepomucenus Rector Mrs Prolis
mppria

Fr Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Mrm S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Sanctissimae Virginis Mariae Angelorum Minister Provincialis et in Dno Servus.

Admodum Rndis Rndis Multum Venerandis, Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem a Dno copiosam

Soli Deo placere studens non quaerens gloriam vanam et temporalem adimplens quae Christus in Evangelio suo comendavit Math. 6. dicens: Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis aput Patrem Vestrum qui in Caelis est. Cum ergo facis Eleemosynam noli tuba canere ante te. Sicut Hypocritae faciunt in Synagogis et in vicis ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente Eleemosynam nesciat Sinistra tua quid faciat dextera tua ut sit eleemosyna tua in abscondito. et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Haec ingvam exeqvens Quidam Instituti Nostri Benefactor jure merito annumerandus illis de quibus loquitur S. Gregorius Homilia 12 in Evangelia Toto desiderio ad Supernam Patriam anhelant aeterna praemia expetunt pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in Ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Noluit revelari Nomen suum sed illud Sub[t]icendo curavit a Conventibus Provinciae Nostrae absolvenda Suffragia pro Defunctis. Deus propter Quem solum bonum opus operatus est. illud suscipiat ad praemiandum aeterna mercede et amplissima Nos autem piae intentioni praelaudati Benefactoris satisfaciamus. Quare injungimus ut in Uno quoq Conventu absolvantur Suffragia integra pro Defunctis quae solent absolvi pro Defuncto Fratre Provinciae nostrae Interim pro dicto Benefactore praestanti Provinciae Nostrae gratiam ejusq precibus confidenti addantur Orationes charitativae Valete Patres et Fres Dilectissimi Praesentes Literas nostras Protocolis ingrossetis Communitatibus recomendetis et ad Conventu Secundum Ordinem Cursoriae remittatis nostri et Benefactorum nostrorum in Orationibus Suis memores estote. Datum in Conventu Nostro Stopnicensi ad S. Mariam Magdalenam die 26. Augusti Anno Dni 1802

Fr Nepomucenus Rector
Mrs Prolis
mppria

Fr. Nepomucenus Wielowieyski Ordinis Mrm S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Smae Vis Mariae Angelorum Minister Provincialis et in Dno Servus.

Admodum Rndis, Rndis, Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus. Salutem a Dno copiosam.

Felicem et Beatum illum Virum proclamandum est, nam redditur certae spei aeternam adipisci gloriam, qui non solum vitam suam instituit conformem Legi Dnae virtutes Christianas colit, Opera misericordiae non intermittit sed etiam sedulus huic attendit ut et curat mereri ut in gratia justificante terminus vitae sit illius Quid profuit Judae incipere bene, consequi gradum Apostolatus ad Latus esse Christi, quando in ultimi proditione Salvatoris

factus est inimicus Ejus a contrario Paulus cœpit ab odio et persecutione Nominis Jesu terminavit tamen vitam suam in amore Ejus. Ille meruit æternam pœnam: Hic assecutus est Beatitudinem – Quare dicit S. Bernardus in Serm. 2 in Vig. San. Petri et Pauli: Non quæruntur in Christianis initia sed finis et perseverantia. Horum in Numero Felicium et Beatorum Virorum agnoscimus Magnificum Dnū Wierzcinski qui non solum in Vita sua curavit inveniri justus in Oculis Domini ast etiam ut in hac justitia ac Charitate Divina possit ultimam claudere periodum vitæ quærit a Deo suffragiis et Orationibus per Nos absolvendis. Huic piæ ac Sanctæ intentioni satisfaciendo injungimus ut in unoquoque Conventu pro impetranda finali gratia et remissione peccatorum Eidem Singulari Benefactori Nostro Quilibet Sacerdos absolvat duas Missas in quarum Numero includitur Missa Cantata In Choro recitentur Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis de Omnibus Sanctis Quilibet Clericus bis Psalmos Pœnitentiales Quilibet Laicus duo centena Pater et Ave totidemque Gloria Patri dicat. Aliis etiam piis Orationibus recomonendamus Hunce Benefactorem nostrum et ut id quod quod quærit a Deo assequatur Præsentem nostram dispositionem Superiores Locales legant et explicet suis respective Communitatibus Quæ Protocollis ingrossetur et secundum Ordinem Cursorie remittatur ad Conventus Valete Patres ac Fratres Dilectissimi memores nostri ac Benefactorum nostrorum in suis Orationibus Datt. in Conventu nostro Solecensi ad S. Stanislaum Eppū et Martyrem d. 21. 9bris 1802

Fr. Nepomucenus. Ass. Mın. Pro.

Fr. Joseph Męcinski Ord. Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ SSmæ Vs. Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis, ac humilis in Dno. Servus.

Admodum Reverendis Reverendis, Multum Venerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem et Benedictionem Copiosam a Domino

Alma nostra Provincia Matersuo Vigilantissimo destituta Rectore, sortita est Successorem qui locum Ejus teneat atque ministerium, omnique qua par est sedulitate atque Zelo observantiæ supplere satagat. Sors hæc ex quo cecidit super me per Electionem Canonicam in Conventu nostro Stopnicensi Die 20 Mensis Aprilis Anni currentis rite celebratam, notum facere duximus Vobis in Christo JESU Dilectissimi Patres et Fratres.

Hac in parte quidquid (: abundans in suo sensu, et sæpe fallibilis:) cogitet opinio humana nostrum est prono ac demississimo cultu æternam et stabilem in factis et dispositionibus suis adorare Providentiam, et adorando cum Propheta exclamare: Deus meus es tu, in manibus Tuis sortes meæ. Sic enim (: Divino docente nos Spiritu :) instructi sumus: Sortes hominum, humano modo, mitti in sinum, sed a Dono temperari.

Sic me electum respiciatis non ut Dominatæ in vobis, sed ut ministrum (: exemplo Xti ac instituto Sæ Regulæ nostræ:) ministrum. humilem in Dnō servitu obsequiis vestris Spiritualibus destinatum. Cupimus enim (: quantum ex nobis est, Divino adiuvante nos auxilio:) partes Ministerii in mentem Sæ Obedientiæ suscepti, sic adimplere: ut non pro vestro Spirituali commodo, pro vestra exhortatione et salute efficaciter missos credo Partium nostrarum erit in Spiritu lenitatis et affectu Fraterno commonere, exhortari, et obsecrare Vos in Dnō: Ut memineritis Præpositorum vestrorum qui locuti sunt Vobis Verbum Dei, et intuentes exitum eorum, immutemini fidem sectantes Vestigia Patrum Vestrorum flagrantes Zelo Observantiæ. Sæ adimplendo ea quæ sunt vocationi ac Professioni Vestræ. Ac insuper: adjuvantes eos Orationibus vestris, qui pervigilant, rationem pro

Animabus vestris Deo reddituri. Hoc utrumq sperāmus in vobis, et praestolamur a Vobis, Verbis Aureis Divi Chrysologi alloquentes vos, rogamus. ut cum probe noveritis Nos tantum oneris pro Salute vestra non recusare, studeatis monitis nostris (: quae Divinis Praeceptis, et Sae Regulae nostrae consona sunt :) non obsistere.

Haec cum Vobis Dilectissimi Patres ac Fratres de nostra Electione Canonica nota facimus commemoramus secundo debitum justitiae piè Defuncto A. Rdo Pri. Joachimo Maylewicz Nostrae Provinciae Patri persolvendum. Hic Emeritissimus Pater primorum Patrum Religioso plenus zeli Spiritu, in Nostra hacce Provincia laboriosissime et laudabilissime Commissarij ac Visitatoris Generalis Officium gessit. Cui grata Provincia Nostra post fata Ejusdem Suffragia unius diei appromisit. Curent igitur Patres Superiores haec Suffragia pro praefato piè defuncto A. R. Pre. Joachimo Maylewicz absolvere. Hasce Literas Nostras Communitatibus suis intimare, ac intimatas et Prothocollis ingrossatas per ordinem Cursoriae ad ulteriores Conventus, sine mora transmittere.

Valete Dilectissimi in Christo A. R. R. Patres et Fratres, Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus Vestris memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Eccles. S. Casimiri Confessoris – Die 24. Aprilis Anno 1803.

Fr. Joseph Ref. Vicarius Provincialis

P. S. Quondam p. d. A. R. Patri Joachim Maylewicz pro impensis laboribus ~~tempore~~ mpp Capituli Stopnicensi praeter consueta Suffragia, ablata fuerent altera tanquam pro Fratre integra a V. Ddli Definitorio lustrando autem relicta scripta p. m. A. R. P. Nepomuceni Wilowiejski Electus A. R. P. Vicarius Provincialis reperit in Annotationibus appromissionem variis Suffragiorum, unius duntaxat Diei concessa esse Suffragia pro Anima A. R. P. Provinciae, ideo praecaveantur Superiores Locorum, ut tantum una die persolvantur Missae privatae, deiu una Cantata et officium Defunctorum in Choro recitetur.

Frater Joseph Męcinski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae SSmae Vs Mariae Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis ac Humilis in Domino Servus.

Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem.

Beneficiorum reminisci, gratitudinis rependere vicem, obligatio adeo stricta est; ut hisce neglectis offendatur Deus, injurietur Benefactor, et de reatu duritiei accusetur ingratus. Obligatio haec tam gravis momenti est; ut eam nedum fervida exhortatione commendare; sed etiam aureo Stylo in Epistola sua posteritati relicta Magnus Gentium Doctor Paulus ad Hebreos scribens, voluerit accuratissime servari: Beneficentiae et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostijs promeretur Deus Apostoli verba, exhortatoria sunt ista; sed obligatio nostra Status nostri existentiam in altissima paupertate fundatam, Divina Providentia per Munificentissimos Benefactores scitis P. P. et Fratres Dilectissimi sustineri, aequum igitur est: ut qui nobis propter Deum subministrant temporalia bona, his apud Deum impetremus et rependamus spiritualia et aeterna.

Talem vicissitudinem et vicem gratitudinis promeruit sibi a Provincia Nostra Magnificus Dominus Paulus Fabianski Conventus Nostri Sandomiriensis sedulissimus Vice Syndicus ac Munificentissimus totius nostrae Provintiae Benefactor, Jam ille, proh dolor. dies suos finivit, et viam universae carnis omnibus mortalibus communem ingressus est. sed vivit in animis nostris superstes. Summa et non modica (: tractu annorum ultra triginta prolongata in curando bono Conventus Sandomiriensis :) Solicitudo fidelissima, Larga, et munifica in tribuendis copiosissimis Eleemosynis pro necessitatibus Provinciae nostrae, manus. Cor et affectus semper patens ad nos, et erga nos, non sinunt nos memoriam tanti Benefactoris obliterare quinimo una voce movent et monent nos: Beneficentiae et communionis nolite oblivisci. Benefactori vestro justissimam pietatis et gratitudinis rependite vicem. Date Suffragia mortuo qui totus vixit vobis

vobis et propter vos. Ad portas Aeternitatis fusis ad Deum pro Anima Pauli precibus sequimini eum ut Retributor bonorum operum Deus Cujus intuitu vixit nobis, favebat nobis, serviit nobis, copiosissimam in Coelis mercedem ei elargiatur.
Hoc motivo quoniam Provincia Nostra in Capitulo Sandomiriensi Anno Domini 1792. die 22 Junii per Instrumentum in scriptis a Venerabili Definitorio datum, et Sigillo majori obsignatum se se ad absolvenda integra Suffragia praefato Magnifico Domino Paulo Fabianski post ejus mortem obstrinxit, injungimus Communitatibus Conventuum Nostrorum eadem Suffragia integra ut moris est pro quolibet Fratre Nostro defuncto quam celeriter absolvenda pro Anima pie defuncti Pauli. Debitis hinc Suffragiis addite charitativa. Hasce Literas nostras Superiores Locales curent Communitatibus respective suis intimari. Protocolis ingrossari, atque ad Conventus ulteriores via cursoria a foris notata, transmittere. Valete in Domino Patres et Fratres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum nostrorum in Orationibus vestris memores. Datum in Conventu nostro Sandomiriensi ad Aedes S. Joseph. Sponsi B.V. Mariae die 17 Maij 1793. Anno

Fr. Joseph Refor Vicarius Provincialis
mpp.

Fr. Joseph Mecinski Ordinis Minorum S. P. Nostri Francisci Reformatorum Provinciae Sanctae V. Mariae Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis ac Humilis in Dno Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem.

Quoniam partes Ministeriatus nostri hoc primum ac principale habent objectum; ut famulantibus Deo sub suavi vitae Religiosae jugo, Cultus Dei promoveatur, ipsique Divino Servitio mancipati Religiosi uberrimis Gratiae virtutis, bonorum operum ac meritorum, in dies proficiant incrementis, in Sanctitate et justitia, viam Mandatorum Dni currentes, ac ea quae suae vocationis sunt fervido perfectionis Spiritu adimplentes; Oportet Hierarchia Nostrae Religiosae Reformatae ordinem Divinae Providentiae sequi et observare.
Novimus enim Providentiam Divinam quae suaviter fortiterque disponit omnia tempora Annos menses et dies tam perfectissime ordinasse ne quid vel minimum desit, quo bonus et adaequatus Orbis universi administretur Ordo. Aequum est ergo Vobis Patres et Fratres Dilectissimi Congregationis annuae proximae imminentis tempus et locum designare, designata notificare ac ea omnia quae ad eandem ad nutum Legum nostrarum rite peragendam praescribuntur commendare.
Noveritis oportet Negotium hoc non minoris esse momenti stringunt enim nos leges Canonicae, piae ac salubres Religiosae consuetudines quas transgredi nequaquam licet. Stringunt nos emolumentum vestrum tam spirituale, quam etiam et temporale, quae servo administrare in votis nostris est. Stringit perquam optimus et summe necessarius Oeconomiae Regularis Ordo, qui tantum prodest Religiosae Hierarchiae nostrae, quantum Anima Corpori. Negotium hoc in eo situm est: ut Communitatibus de Superioribus Zelosis et exemplaribus provideatur, apti idoneique Officio applicentur, lassis et emeritis qui
es

quies concedatur, atque unicuique quod suum est /: Justitia distributiva mediante :/ jus reddat.
Huic igitur negotio tam salubri tam praestanti, tamque necessario /obtenta a Majoribus nostris facultate/ diem quartam Mensis Julij Anni Currentis assignamus, et pro loco Conventum Stopnicensem ad Edes S.ae Mariae Magdalenae Penitentis praefigimus; ad Eos, ad quos de jure pertinet. Admodum Reverendos et Reverendos Definitorij Patres, ipsius met Negotij Arbitros Consultores et Conjudices pro die prima Julii horis pomeridianis honorifice invitamus et aperto corde praestolamur. Ceteris autem non habita expressa licentia nostra ad Conventum Congregationis aditum sevre /: ut legibus cautum est :/ inhibemus.
Quia vero negotium tantum sine speciali directione Digiti Paternae Dexterae Spiritus Divinissimi explere non valemus, hinc exorate cum Patres et Fratres Dilectissimi per Suffragia consueta ferventissima emittendo suspiria. Ipsa vero die Congregationis cantetur Missa de Spiritu Sancto, Confiteantur et Communicent Fratres /: quibus liberam electionem Confessarij :/ pro Fratribus jam alias approbati :/ cum facultate absolvendi etiam a reservatis Ordinis concedimus, Patres etiam addant in Missis Collectam de Spiritu Sancto. Ut autem intelligamus statum Conventuum, Profectum Studiorum et doctrinae necessariae, praecipimus ut Schedae cum accuratis responsionibus remittantur. Patres Discreti Conventuum Registra Officinarum non frivole sed serio revideant, confrontent et adnotent, Patres Examinatores, Resolutores Casuum et Patres Lectores ubi terminantur Studia sua respective transmittant Testimonia.
Ceterum quidquid Divina Providentia /: Quae per homines et maxime Superiores seu per sua Instrumenta operatur :/ circa Vos disposuerit, contenti estote quaecunque sors ceciderit Vobis. Habetote pro certo consultius Vobis a dispositione Majorum Vestrorum pendere, quam Vestrae saepe nocivae obsecundari voluntati Nam tenemur bono communi non privato favere.
Et ne multiplicentur Literae Nostrae ad Vos P.P. et F.F. Dilectissimi his adnectimus negotium tenoris sequentis: Pie defunctus Magnificus Dominus Paulus Fabianski cujus Animae non pridem suffragia dedistis, iterato postulat a Vobis animae suae suffragari, nobis addictissimus, erga nos munificentissimus dum adhuc viveret, non desijt esse liberalis etiam mortuus ad succurrendum inopiae nostrae per Eleemosynam pro suffragiis Testamento relictam, Hinc curent Superiores Locales pro Anima Pauli et injunctis integra tanquam pro Fratre nostro Suffragia absolvi, expectantes congruam cuilibet Conventui Eleemosynam elargiendam. Hisce debitis suffragiis addite charitativa. Has vero Literas Communitatibus intimari Prothocollis ingrossari atque ad viciniores Conventus transmitti Superiores Locales faciant Valete in Domino P.P. et F.F. in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Sandomiriensi ad Edes S. Joseph Sponsi B. V. Mariae Die 18 Junij Anno 1803.

Fr. Joseph. Reform. Vicarius Provincialis mpp

Fr Josephus Micinski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae S.ae V.s Mariae Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis ac Humilis in Domino Servus
Admodum Reverendis, Reverendis Multum Venerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem et Copiosam a Domino Benedictionem

Satagentes enixe et plurimum solliciti de accurata administratione Officij nostri de quo nobis Deo et hominibus strictissima ratio reddenda manet, ut ne in minimo quidem vituperetur Ministerium nostrum, pervigili revolvimus mente Mandatum gra-

gravissimum et Comminationem horrendissimam a Deo Superioribus datam, Mandatum qui
in Persona Prophetæ commendatur Pastoribus solicitudo. Constitui te ut evellas et destruas et
disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes Jer. 1. V. 10. Comminationem, qua objurgatur et dae-
mnatur somnolentorum Rectorum circa animas suæ vigilantiæ concreditas negligentia Væ Pasto-
ribus qui pascebant semetipsos Væ Pastoribus qui qd infirmum fuit non consolidastis, et qd
ægrotum non sanastis, qd confractum non alligastis qd abjectum non reduxistis, et qd perierat
non quæsistis Ezech 34 V. 4. His obstricti et perterrefacti nil omittendum duximus, quo Nitor
et Candor S. Observantiæ Reformatæ nostræ in suo vigore interregimine servetur, et omne robur
atq remedium saluferrime adhibendum, quibus cas. quæ eundem nitorem et Candorem nostræ
Observantiæ obfuscent, Spiritum veri Religiosi debilitant, strictum modum vivendi secundum
placita et Consilia Evangelica in laxum ad normam Mundi transformare conantur. / pe-
nitus evellantur et dissipentur. Hisce gravissimis motivis ducti inito maturo Consilio cum
VV. Definitorio et rebus diligentissime trutinatis in Congregatione immediate præcedenti, ca
eorundem stabili decisione duximus in Domino quosdam notabiliores defectus in Visitatio-
nibus Canonicis repertos, defectus non leviores quidem qui fragilitati humanæ accidere so-
lent, sed eos qui ruinam nostræ Reformatæ Observantiæ minitantur corrigendos. Unde ad
mentem Decretorum Pontificiorum Legum ac Statutorum nostrorum, tam Generalium
quam Provincialium hisce Encyclicis nostris commemoramus et nota vobis facimus.
1mo Hortamur in Domino Patres Conventuum Superiores, ut fervorem Zeli pro Obser-
vantia Sancta non extinguant, sed omni qua par est sedulitate, amoris Dei et proximi mo-
tiva satagant excitare, excitatum fovere et promovere. Hinc in Divino Officio die noctuq
peragendo, non sint faciles ad dispensandum a Matutino quacunq ex causa, et præcipue quan-
do completus adest numerus ad hocce Matutinum media nocte persolvendum. Non negli-
gant Capitula Culparum instituere saltim ad minimum semel in Mense, idq inevita-
biliter præmissa præcedenti, discreta et præmediata Exhortatione Spirituali. Sic enim vo-
lunt et obligant Decreta Summorum Pontificum uti Clementis VIII et S. Concilij Tridenti
de Reformatione Regularium. Ut in quolibet Conventu singulis hebdomadis habeatur ser-
mo de Religiosa disciplina, Regularíq Observantia, Iidem PP. Superiores non sinant se regi
alieno privato spiritu /: hoc enim perturbationem et læsionem Charitatis Fraternæ sæpenume-
ro in Communitatibus parit :/ sed vitando Susurratores et Adulatores, satagant se prudentia
et Legibus moderari. Unde in negotijs gravioris momenti, ac in puniendis majoribus defe-
ctibus, nil agant perperam sine Consilio et assensu Patrum Discretorum, imo nec sine
decisione VV. Definitorij, ubi talis casus emerserit. Neq itidem præfati Superiores nimia
sollicitudine circa temporalia occupentur, novasq et insolitas plane in Nostra Reformata
Provincia Oeconomicas ducant, sed toti Divinæ Providentiæ confisi quærant præprimis Re-
gnum Dei et Justitiam ejus. Neq etiam motivo expediendorum negotiorum Conventus
conquirendæ Eleemosynæ ac servitij Spiritualis Benefactoribus nostris præstandi patiantur
diutius in Forensia Patres et Fratres commorari, totumq in eadem mensem impendi
cum pernicioso detrimento vitæ Spiritualis et dissipatione Spiritus Religiosi, sed omnino
curent post unam hebdomadam vel intra mensem eos ad Conventum regredi, vel alios
si necessitas prudenter deliberata exigat :/ loco eorum substitui. Sic enim Legibus nostris
Congr. Rom 1625 Anno in nostris Statutis Provincialibus Nro 21 § 7mo fol 117 cautum
In eadem quæstuatione Eleemosynæ non procurent currus atq vecturas, ordinariæ et continuo pe-
tulas ijdem currisandi et frumenti colligendi. Quod si aliter fieri non possit in aliquibus
Conventibus, nobiscum conferant Superiores Locales necesse, Quod pariter facient agitur
de diuturniore mora aliquorum Religiosorum in Forensia, propter grave negotium Conventus
2do Providendo profectui spirituali Juvenum Tyronum Religiosorum pernecessarium
censemus et commendamus ut nunquam sine instructione spirituali et vigilanti oculo ab ijs
quorum curæ Officio Conscientiæ et Directioni concrediti sunt :/ relinquantur, Alias tales
Directores Juvenum Religiosorum Tyronum negligentes in Lectionibus cum illis absolven-
dis, in Instructionibus Spiritualibus et Moralibus tradendis; in passionibus eorum per
consuetas et proportionatas mortificationes edomandis, sciant se procerto magnum Re-
ligioni et Provinciæ nostræ damnum inferre, atq injuste Beneficio Officij, sine accurata ad-
impletione illius uti et Privilegio ejus gaudere —
3tio Ut dissociatio temeraria et murmuratio contra saluberrimum et laudabilissimum
in Provincia nostra adhuc inviolate servatum Associationis morem in aliquibus pravam
libertatem quærentibus penitus coerceatur, volumus tales se frivole dissociantes monitos
esse in Apostasiæ reatum gravem vel levem pœnas /: judicio Superiorum :/ incidere juxta

[…]loquentiam Legum in Statutis nostris Provincialibus Folio 36 N^ro^ 5.
4to Et quia nobis altissimæ Paupertatis Professoribus sine proprio nullum dominium neq; in particula-
ri, neq; in communi competit, sed solum Jus Poli avibus commune relictum est, pro viribus conamur aver-
tere omne etiam minimum, qd eandem S. Paupertatem lædat. Hinc acceptio Bancocellorum, procura-
tio Stipendiorum pro Missis Dispositio Elemosynæ, secundum suum privatum Beneplacitum, serio
inhibetur. Qod si tales temerarij S. Paupertatis violatores inveniantur sciant se culpam incurisse.
5to Ne Devotio in Sacris Indulgentijs Ordini Nostro concessa minuatur, piissimumq; S. Viæ Crucis exer-
citium negligatur, Primum Curent Superiores Locales per solitas SS^mi^ Sacramenti in Festivitatibus
Ordinis Nostri Expositiones promovere. Alterum Cum Populo Christiano Patres Prædicatores /: aut
alij Ipsis impeditis :/ Sacerdotes :/ obire datur prius Spirituali Exhortatione Populo Christiano in-
ductione, atq; præstito illi efficaciori /: eandem Viam Crucis obeundi :/ Personali exemplo. Hinc ut
facilius et efficacius eadem Viæ Crucis Devotio promoveatur Sª F. Canaparij cum attendentia Pa-
tris Vicarij curent Sæculares a servitijs Conventus Diebus Dominicis et Festibus ad eandem
obeundam Viam Crucis expedire –
6to Et postremo sicut ex motivo Charitatis et Justitiæ erga Fratres Laicos Senioulos elabora-
tos et emeritos tenemur respectum Paternum habere, sic et in otiosos, vagos, contumaces
erga Regale Sacerdotium irreverentes per opportuna remedia serio animadvertere. Unde si ejus-
modi Fratres contumaces, otiosi, cum superioribus et Vicarijs contendentes culpam fateri
negligentes, Correctiones et pœnas subire timere detractantes reperiantur, tales post trinã
monitionem et correctionem a Superiore /: cum Testimonio Discretorum in scriptis notato et
sigillo Conventus communito :/ pro quarta vice ad primam mortificationem destinentur, in
qua mortificatione tanquam Novitij amoto potu calidiori per unum Mensem detineantur
donec correctionis suæ documenta præstent. – Hæc sunt q^æ^ ex decisione V. Definitorij
notabiliora S. Reformatæ nostræ Observantiæ ruinam minitantia :/ abolenda et commendanda
vobis duximus. Satagite itaq; ut sine Offendiculo vel etiam minima transgressione, ea quæ
Professionis vestræ sunt sedulo adimpleatis. Ad hæc stringit nos Professio nostra in qua spopon-
dimus Regulam et Statum libenter electum toto tempore vitæ nostræ servare, stringunt nos
Leges Cæsareæ contra corruptelam Status Religiosi noviter emanatæ, quæ expresse et omni-
no intendunt – Ut hodie Clerus Regularis per exactam Statutorum Ordinis Observantiã
resuscitatam, ea Vulnera, quæ Ecclesiæ Dei per irreligiosam quorundam Religiosorum vi-
tam inflicta fuere, ex integro sarentur. Stringit nos bona omnis Populi de nobis præcon-
cepta, ut eam intaminata vivendi ratione, domi, forisq; non deviam a Vocatione nostra testemur
Fidit Deus ut idem nobiscum sentiatis – Rogetis Deum ut per merita Seraphici Patriarchæ
Nostri Francisci, Pusillum Gregem nostrum in famulatu suo ac in Observantia Regulæ San-
ctæ Nostræ conservare dignetur – Hinc solitæ Litaniæ recitari Feria Secunda post Gratias
de S. P. N. Francisco nunquam omittantur, et si eas aliquando omitti contigerit alio die supple-
antur – Hasce Literas nostras mentibus imprimi Prothocollo ingrossari, in publica men-
sa Communitati perlegi, et explicari faciant PP. Superiores Locales, et per ordinem Curso-
rie a foris assignatæ ad Conventus respectivos transmittant. Valete in Domino Nostri ac
Benefactorum nostrorum memores – Datt in Conventu nostro Cracoviensi ad S. Casimi-
rum Confessorem d. 16ta Augusti 1803. Anno –

Fr Joseph Roso Vicar Provin. mpp

Fr Joseph Mecinski Ordinis Minorum S. P. N.
Francisci Reformatorum Provinciæ SS^mæ^ Ji
MARIÆ Angelorum in Gallicia Occidentali Vica-
rius Provincialis et Humilis in Domino Servus

Admodum Reverendis, Reverendis Multum Venerandis, Venerandisque
Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem a
Domino & Benedictionem

Nos mortales temporalem incolatum adhuc ducentes, et vitam venturi Sæculi expectan-
tes, adeo Vivis et mortuis debitores obstricti sumus, ut de utrisq; Pietatis studio benemereri
teneamur. De Vivis quidem, qui una Nobiscum sunt in terra advenæ et peregrini ut eos /: per
Charitatis Christianæ vinculum :/ ad finem profectum obtinendum, et Vitam æternam possi-
dendam Orationibus Nostris adjuvemus. De Mortuis autem qui jam in Christo dormierunt
ut Eis Locum refrigerij, quietis, pacis, ac lucis æternæ Beatitudinem in regione vivorum
impetremus. Tales Vobis Dilectissimi Patres et Fratres a nobis recommendandi veniunt
ex Viventibus Magnifici Valentinus et Thecla de Tomaszewskie Charzewscij

ea Mortuis pie defunctus Casimirus Karski. Primi erga nos Benefactores munifice Provincia
stræ specialissimi addicti, de Orationibus nostris confisi, peroptant sibi Gratiam Finalem a Deo
felicissime impertiri. Alter vero per Suffragia pro Defunctis solita Animæ suæ Requiem æter-
nam comparari. Hinc satagite tam piæ voluntati Utriusq satisfacere ad intentum Patres Su-
periores Locales intiment Communitatibus Suis integra Suffragia pro Gratia Finali Valen-
tino et Theclæ impetranda (ut moris est:) absolvi. Insuper pro Iisdem in quolibet Con-
ventu Missas privatas 10 addant. Pro anima vero Casimiri devotionem Funebralem
cum Missis privatis et una Cantata ac Officio Defunctorum in Choro semel, per duos dies
ri, Fratres Clerici Psalmos Pœnitentiales ter, Officium Defunctorum bina vice privatim
recitent. Fratres Laici trecentas Preces cum Gloria Patri, et ducentas cum Requiem æter-
ne dicere (pro utrisq:) non omittant. Insuper binas Sacras Communiones per Patres Vi-
nos in Tabula Conventus adnotatas, pro iisdem offerant. Et ne Vos occupemus oblongio-
bus Literis Nostris, Suffragia integra pro Defuncta Illustri Magnifica Christina
Lefowska Succameraria Cracoviensi Singularissima Benefactrice nostra absol-
venda commendamus. Pro his autem Suffragiis omnibus unicuiq Conventui congrua
Eleemosyna elargienda manet. Valete in Domino Nostri ac Benefactorum Nostrorum me-
mores in Orationibus Vestris. Hæ autem Literæ Nostræ Procollis vigrossatæ ad Con-
ventus viciniores per Viam Cursoriæ transmittantur. Datum in Conventu Nostro
Cracoviensi ad Sanctum Casimirum Die 10va Augusti 1803 Anno

Fr Joseph Ajcinski Ordinis Fr Joseph Refor Vicarius Provincialis Minorum S.P.N.mpp
Francisci Reformatorum Provinciæ SSæ Vis Mariæ
Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius
Provincialis ac Humilis in Domino Servus

Admodum Reverendis Reverendis, Multum Venerandis, Venerandis
Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem
et Copiosam a Domino Benedictionem.

Christi Fidelium ac præcipue Benefactorum nostrorum Orationibus
nostris se commendantium salubribus votis obsequi, præstantissimum est
Christianæ pietatis objectum, atq strictissimum debitæ gratitudinis pensum.
Primum commendavit nobis Sanctus Apostolus Christi Jacobus; de altero mo-
nuit nos Magnus ille Doctor Gentium Paulus, Orate pro invicem ut salvemini
hoc Jacobus in sua Catholica Epistola notavit (a) Jacobi 5. v 16 Beneficentiæ
nolite oblivisci: hoc Paulus in suis literis ad Hæbreos reliquit (b) Hebr 13 v 16.
Fideles Jesu Christi una nobiscum (: Communionem Sanctorum nedum illorum qui
jam in Patria regnant, sed etiam eorum qui hic adhuc in Via degunt:) profitentur
atq unum in Christo Jesu nobiscum Mysticum Corpus constituunt, aequum igitur
est:) ad obtinendam Gratiam perseverantiæ finalis in bono, ac ad consequendam vi-
tam æternam una nobiscum:) piis orationibus nostris ut illis suffragemur, demusq
eis saluberrimum Societatis Christianæ adjumentum, pari quodam spirituali propor-
tionato modo, quo membra in Corpore humano adinvicem sunt sollicita: unum alte-
rum nutrit et fovet Apostolo teste (c) 1 Cor 12 v 25. En primum Christianæ pietatis ob-
jectum! Benefactores nostri munificentissimi per continua sua Beneficia, per tene-
rum erga nos affectum, per largas Eleemosynas succurrunt inopiæ nostræ, Lex igi-
tur justissima stringit nos, ut eis spiritualia bona (fusis ad Deum pro illorum in-
columitate et salute precibus nostris:) rependamus qui nobis temporalia subsidia
subministrant. Ecce alterum debitæ gratitudinis pensum. Tales Vobis Patres
et Fratres Dilectissimi a Nobis orationibus vestris commendandi veniunt (: tacitis
eorum nominibus:) Benefactores Munificentissimi. Unus Dignissimus cujusdam
Religionis Prælatus. Altera Illustrissima Benefactrix. Qui nedum contenti Conventi-
bus singulariter præstare sua beneficia, sed insuper toti Provinciæ nostræ (: pro ingruentibus
necessitatibus:) Eleemosynam elargiri dignantur. Hinc dignum et justum est hoc
Christianæ pietatis et debitæ gratitudinis illis rependere pensum, prout illi summopere
affectant a nobis sibi pro obtinenda Gratia Finali suffragari—

Hoc motivo Patres Conventuum Superiores curabunt pro Illustrma Benefactrice Ludovica duorum dierum, pro Dignissimo Prelato Alexandro unius diei suffragia pro impetranda ijsdem Gratia finali :/: ut moris cum Psalmis Pænitentialibus. ac Missis Cantatis :/ absolvi, adjunctis Fratrum Clericorum et Laicorum consuetis debitis suffragiis, Insuper Patres Vicarij Conventuum adnotabunt in Tabula a Fratribus Clericis et Laicis quaternas Sacras Communiones pro ijsdem Benefactoribus offerri. Has autem Literas nostras Communitati perlectas et promulgatas faciant Protocollis inscribi et ad Conventus viciniores, via Cursoriæ afforis signata remitti. Valete in Domino Patres, et Fratres Dilectissimi, nostri ac Benefactorum nostrorum in Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad S. Casimirum Confessorē Die 14 Januarij Anno Domini 1804. Fr Joseph Refor Vicar Provin mpp

Fr Joseph Mecinski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ SSmæ Virginis Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis et Humilis in Domino Servus

Admodum Reverendis, Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus

Salutem a Domino

Lugubrem Nuntium, quem de Morte Magnificæ de Jaworscijs Mariannæ Dembinska ante duos Annos :/ in Literis Prædecessoris Nostri ad Vos directis :/ legistis et audistis commemorare. Suffragia quæ jam pro Anima pie defunctæ persolvistis, iterato a Vobis persolvenda commendare. Hæc sunt quæ Vobis Dilectissimi Patres ac Fratres præsenti Encyclica intimantur. Non est reversio finis Nostri, quoniam consignata est et nemo revertitur Sap 2. v 5 sic blaterarunt olim impij excæcati a malitia, nescientes Sacramenta Dei, nec judicantes honorem Animarum Sanctarum, ibidem v 12 et sequen Sic cogitant perversi et liberi hodierni Spiritus, qui amiserunt spem de illis, qui dormierunt in Christo, et ideo Suffragia mortuis :/: pie et catholice de hac vita decedentibus :/ persolvenda impugnant. Hodie est homo, et cras abest, et cum ab oculis disparuerit mortuus disparet simul ex mente. Ingemuit aliquando Thomas a Kempis Lib de Imit Xti C 23 Sic se habent erga suos mortuos Politici interessati et amici ficti, in quorum Cordibus prius moritur Amicus Pater aut Frater, Sponsa vel Maritus, antequam moriantur suis in lectis. Qui cum viderint separationem Animæ a Corpore in moribundis, jam omnia strictissima societatis humanitatis amoris et amicitiæ vincula rumpunt. Hirundinibus similes, quæ in domibus nostris nidificant, amœno Vere volitant, sed dura hyeme instante disparent, nec se amplius præbent observandas. Sed longe hæc absunt a pijs et sanis mentibus Eorum, qui Spiritu Fidei moderantur, creduntq indubitato Oraculis Divinis. Sanctam et salubrem esse Orationem pro Defunctis ut a peccatis solvantur 2. Machb 12 v 46 Qui amorem /. erga suos Mortuos ipsa morte fortiorem /. in cordibus retinent sciunt opitulari animabus Mortuorum, et nequaquam sinunt Mortuos, oblivioni tradi, quin affectum suum, quem præstiterant Vivis etiam Defunctis contestentur. En viva Imago! firmissimæ Fidei et amoris inextincti, nec Morte cessati in Eo qui curat enixissime Suffragia a Nobis dari Charissimæ Suæ Consorti lectissimus Maritus Vincentius Mariannæ Fecit quod olim præstiterat addictissimus Vir Jacob suæ dilectissimæ sponsæ Racheli Vincentius Mariannæ nam mortuam honorifice sepeliri curavit. Nec cessavit hic Ejus amor, fecit amplius, quia non jam super tumulum ejus erexit titulum Genes 35 v 20 Titulum non ex lateribus, aut lapidibus quadris corruptibilibus, sed in Corde Stabilissimi Amoris plens, posuit monumentum, ut Pietas, Amor affectus, erga dilectissimam Suam Consortem nunquam aboleatur. Hæc cum rara sint Maritalis affectus erga dilectissimā documenta, dignū est ut ad ædificationem hujus corrupti sæculi, stylo ferreo, et ad seræ, Posteritatis exemplum aureis characteribus exarentur. Quantum ad Nos stringimur Utrumq Orationibus simultaneè complecti quos Socialis affectus adeo constrinxit, ut ne quidem morte dissolvatur. Hinc Suffragia quæ in Ecclesia Christi pro Vivis et Mortuis offeruntur / conemur applicare Utriq. Videlicet pro Anima p. D. Mariannæ integra Suffragia :/: ut moris est :/ absolvantur. Insuper a Fratribus Clericis et Laicis [illegible] Viæ Crucis offerantur. Jam vero pro Superstite Vincentio :/ ad impetrandam Gratiam Finalem :/ tribus diebus, quibus scribetur Intentio Missæ pro Dfta Marianna :/ Memento adnotetur, Fratresq Clerici et Laici ternas Sacras Communiones intentioni prælaudati Vincentij Benefactoris Nostri Singularissimi applicare curent. Hæc exequenda et intimanda suis respectivè Communitatibus Patres Conventuum Superiores faciant Eleemosynam pro hisce Suffragiis clarendam expectantes. Præsentes vero Literas Nostras Protocollis distincte inscriptas ad Conventus viciniores per Ordinem Cursoriæ indilate remittant. Valete Patres et Fratres in Xto Dilectissimi! Nostri ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus Vestris memores Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Sm Casimirum Confē die 20 Februarij A. D. 1804.

Fr Joseph. Refor Vicar Prov mpp

Fr Josephus Mecinski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Ssæ V. Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis ac Humilis Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, ac Venerandis Patribus et Fratribus salutem a Domino.

Fideles defuncti statuto mortis inevitabili parentes, viam universæ Carnis et portas æternitatis ingressi, non sic ab oculis viventium disparent, quin penitus a vivis /: necessitudine quadam sibi devinctis /: sine pia memoria, et salubri suffragio deserantur, alioqui, jure conqueri possent cum Propheta. Oblivioni datus sum tanquam mortuus a Corde Ps. 136 v 13 Putant jam actum esse de me ideoq. obliviscuntur mei. Non sic mortuos suos dabant oblivioni veteres quis /: ut scribit Tertulius de funeribus /: cordis figuram sepulchris defunctorum suorum sculpebant indicantes se memoriam eorum in corde suo habere. Non sic Sancta Mater Nostra Ecclesia facit, quæ in singulis Missis Christi Ministris memoriam fidelium Defunctorum suorum recitandam præcipit et expresse ad Thronum Misericordiæ Domini mittendam jubet. Memento etiam Domine famulorum famularumq. tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Non sic fecerant homines Justi, spe futuræ immortalitatis et resurrectionis imbuti, qui suffragando mortuis, panem et vinum ponebant super tumulos eorum ut Tobias Cp 4 v 18 Eleemosynam largissimam pro Defunctis /: ut a peccatis solvantur /: offerebant Ecclesiæ, uti Judas Machabæus 2. Mach 12. Hunc Ecclesiæ Christi spiritum ut sequamur, hæc exempla Justorum ut imitemur necesse in suffragando mortuis, iis præsertim quibus debitores facti sumus, et qui se Orationibus Nostris /: post sua fata /: dum adhuc viverent commendaverunt. Hoc fecit futurorum præscius de salute animæ suæ sollicitus Prænobilis Dominus Joannes Ablowski qui in suffragium animæ suæ præstandum Eleemosynam pro Conventibus Provinciæ Nostræ reliquit. Hinc parendo piæ voluntati Defuncti injungimus in singulis Conventibus Provinciæ Nostræ pro anima Defuncti Joannis suffragia dierum duorum absolvenda ut moris est, Fratres Clerici et Laici binas sacras Communiones in suffragium animæ præfati Defuncti superaddant offerendas. Has vero literas Nostras Communitatibus intimatas, Protocollis directe inscriptas, Patres Conventuum Superiores /: Via Cursoria a foris signata /: ad Conventus viciniores transtmittant. Valete Patres et Fratres in Christo Jesu Dilectissimi Nostri ac Nostrorum Vestris in Orationibus memores. Dabam in Conventu Nostro Stopnicensi ad Sa̶t̶a̶t̶t̶a̶m̶ Mariam Magdalenam Pœnitentem d. 10 Aprilis 1804 Anno

Fr. Joseph Refor Vicarius Provincialis

Fr Joseph Mecinski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Ssmæ V. Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali Vicarius Provincialis et Humilis in Dno Servus

Admodum Rndis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq. Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus salutem a Domino.

Magnorum virorum præclara merita habent hoc: ut Eorum gloriosa pro Patria certamina dicta factaq. pro honore Gentis posita, sera charaq. Prosperitas exornare titulis, Fastisq. immortalitatis inscribere conetur. Et hoc Civilis Politica suadet. Sed sanctius et æquius Religio Pietas Christiana decernit, nunquam debere oblivioni tradi et sine laudibus relinqui post fata suos Religiosos, qui nequaquam sibi ipsis vivere, sed vitam labores, merita talenta /: ampliandæ divinæ gloriæ, decori Ecclesiæ promovendæ stabilimento Populi sui /: consecrare semper habuerunt in votis et comprobarunt effectu. Tales Vobis Dilectissimi in Xto PP. et FF. duos prædictos, olim Emeritissimos in Nostra Reformatione Patres. Unum in Custodia Roxolana Antonium Hutter d 17 7bris Anni elapsi Ex Definitorem Provinciæ in Conventu Cremenecensi mortuum, Alterum in Provincia Marianno Prussica ARP. Ludovicum Polinski Primum Provinciæ Patrem d 15 Febru anni currentis vita functum. Uterq. hi præclare et laudabiliter in Provincia Nostra Commissariatum Generalem administravit. Utriq. gratissima Provincia integra Suffragia /: prout pro nostratibus Defunctis absolvi moris est /: Instrumentis Officiose datis, post sera eorundem fata appromisit et spopondit. Et quidem ARP Ludovico Polinski in Capitulo Resoviensi Anno 1777, jam vero ARP. Antonio Hutter in Capitulo Stopnicensi Anno 1786 Satagite Dilectissimi PP. et FF. hoc debitum justitiæ exsolvere Defunctis, addentes insuper Suffragium Charitatis. Hæc autem Suffragia integra

solvenda pro præfatis A. R. Dis Patribus Ex Commissarijs Generalibus in Provincia nostra. Patres
Conventuum Superiores Communitatibus intiment, et hasce literas nostras distinctim Protocollis
ingrossatas, ad Conventus vicinioires via Cursoria a foris notatam transmittant. Valete Patres
et Fratres Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Vestris Orationibus memores. Datum
in Conventu Nostro Cracoviensi ad S. Casimirum Confessorem Die 1ma Martij Anno 1804.

Fr Joseph Refer Vicar Provin

Fr Joseph Mecinski Ord. Minorum S. P. N. F. Reformatorum
Provinciæ SS. V. Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali
Vicarius Provincialis et Humilis in Domino Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque
Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu a Domino Benedictionem

Legis Divinæ quam in schola Jesu Christi edocti, Mortuis in Domino suffragari, nedum
Christianæ Charitatis vinculo, sed et Justitiæ jure stringimur. Charitatis vinculo erga Eos, qui
unitate Fidei nobiscum unum Mysticum Christi Jesu componebant Corpus. Jam autem
jure Justitiæ erga illos, qui futurorum bene conscij; Spe beatæ immortalitatis nutriti, ad
æterna anhelantes /: dum adhuc viverent :/ curaverunt sollicite provideri Sibi de Amicis qui-
bus in æterna tabernacula reciperentur cum jam defecerit vita eorum Lucæ 16 v. 9. Hanc
prudentiam Christianam edocta Mulier Genere Nobilissima, Virtute et pijs operibus
præstantissima, dierum atque ac meritorum plena, ætate provecta, Illustrissima Ma-
gnifica Domina Anna de Pisarscijs Zelinska Capitanea
... ostiensis, tempestive Salutis suæ negotio consulere statuit et efficaciter providit. Religio-
ni Nostræ addictissima, indigentijs Nostris /: per crebra beneficia sua :/ succurrere solebat,
Neque voluit suæ erga nos Munificentiæ finem dare, sed stante sua vita, Eleemosynam pro
omnibus Conventibus Provinciæ Nostræ reliquit, ut post sua fata Animæ suæ Suffra-
gia orationibus Nostris nanciscatur. Nolite itaque Patres et Fratres Dilectissimi! Be-
neficentiæ Hujus singularissimæ Nostræ Benefactricis oblivisci. Satagite debitum Justi-
tiæ reddere. Animæque Ipsius /: Beatorum Cætibus, quam citissime aggregandæ :/ devotissi-
me suffragari :/ In quem finem Patribus Conventuum Superioribus injungimus, ut suis
Communitatibus pro Anima piæ defunctæ Annæ suffragia integra, tanquam pro No-
stratibus Fratribus absolvenda intiment, et intimata absolvi faciant Eleemosynam pro
ijsdem Suffragijs certo elargiendam operaturi; Insuper Fratres Clerici et Laici bina vi-
ce Viam Crucis obire, et Sacras Communiones offere curabunt. Has Literas Nostras
Communitatibus intimatas, et Protocollis distincte ingrossatas ad Conventus viciniores, Pa-
tres Superiores Conventuum remittant. Valete Patres et Fratres Familiæ Superstiti Illu-
strissimæ piæ Defunctæ, ac Nostri in Orationibus vestris memores Datum Cracoviæ
ad S. Casimirum Die 21 Martij 1804 Anno -

Fr Joseph Refer Vicar Provin

Fr Joseph Mecinski Ord. Minorum S. P. N. F. Reformatorum
Provinciæ SS. V. Mariæ Angelorum in Gallicia
Occidentali Vicarius Provincialis et Humilis Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Vene-
randisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu
a Domino Benedictionem -

Latet ulterius dies, ut observentur omnes dies, et ideo nulli operibus Dominus donum
perseverantiæ promisit, ne quis in tuto se positum existimet, et inde in salutis negotio
torpescat. Quod vobis dico omnibus dico vigilate (a:) sic Divinissimus Salvator voluit, esse
monitos discipulos suos. Quantis namque Sermonibus et parabolis /: indefessa vigilantiæ ne-
cessitatem et curam :/ nobis non inculcavit? Nonne ostendit modo servum incautum, cui Do-
minus supervenit inexpectatus (b:) et portionem ejus ponit, cum hypocritis, ubi erit fletus et
stridor dentium? nonne ea oleum, et somnolentas excitatas, improviso, media nocte, quibus
clausa janua Cæli (c:) nonne suum adventum comparat furi, cujus horam /: si Pater
familias præsciret /: vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam (d:) Hæc sunt
æternæ Veritatis Oracula, et Salvatoris nostri Jesu Christi monita: ut discamus,
cum metu et tremore Salutem nostram operari (e:) Et sic satagentes: ut per bona

Opera certam nostram vocationem et electionem faciamus (f.) efficiamurq similes hominibus expectantibus Dominum suum, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiamus ei, sicq: faciet Deus refectus in nobis. Beati Servi illi, quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes, vigilantia namq perseverantia virtutem, et mercedem operatur. Hæc sena mente cogitantes, piæ devotæ animæ de salute sua plurimum sollicitæ, nihil prætermittere efficaciter statuere, ut hanc gratiam finalem: per juge (a.) Marc 13 v 37. (b.) Math 24 v 48 (c.) Ibidem 25 v 1 (d.) 12 v 39. (e.) ad Phi 2 v 12 (f.) 2 Pet 1 v 10. Operum bonorum exercitium perq crebra vitæ æternæ suspiria: sibi comparare a Deo mereantur. Et quia viribus proprijs non fidentes denis operibus suis non præsumentes infirmitatis suæ conscii noverunt ex doctrina Christi: Spiritum quidem promptum carnem vero infirmam (g.) hinc) in hocce salutis negotio efficatius peragendo: quæsierunt sibi de adjutoribus providere, ut sic oratiònibus confusisq ad Deum precibus dormitionem in Domino securam, finemq perfectum quam felicissime consequantur. Talia Suffragia motivo impetrandæ sibi a Domino gratiæ finalis a nobis exoptat. Magnificus Dominus Joseph Wiercinski Benefactor hic pijssimus nedum erga Conventum Sandomiriensem, ast etiam erga Provinciam nostram munificus, juste meretur, ut eum in Orationibus nostris memorem habeamus. Et eo justius, cum in hunc finem impetrandæ sibi gratiæ finalis, Eleemosynam pro Provincia nostra impendat. Favete votis ejus PP. et FF. Dilectissimi, extollite manus vestras in Sancta, ut hunc Benefactorem Singularissimum Largitor omnium Bonorum Deus superstitem, quam diutissime conservet, Ejusq affectum in nos et beneficia hic in terris, et post sera fata in Cælis remunerare dignetur. Hinc Suffragia integra pro gratia finali in Omnibus Provinciæ nostræ Conventibus Patres Superiores intimari et absolvi (ut moris est) curabunt ad intentum prælati Magnifici Benefactoris. Fratres Clerici et Laici ternas Sacras Communiones offerre insuper debebunt. Hasce literas nostras Protocollis distincte ingrossatas juxta ordinem Cursoriæ ajoris signatæ, ad Conventus viciniores remittant. Valete Patres et Fratres Dilectissimi nostri Benefactorum nostrorum in Orationibus vestris memores. Datum in Conventu nostro Sandomiriensi ad S. Joseph. D 4 Maji

Fr Joseph Refor Vica

Fr. Petrus Alcantara Wierzbicki Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum S. T. Lector Emeritus Provinciæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Angelorum in Gallicia Occidentali Ex Minister. Nunc autem in eadem Provincia Commissarius Visitator Generalis, et humilis in Domino Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem et copiosam Benedictionem a Domino.

Supremus omnium rerum Moderator Deus, sicut cuncta sua ineffabili Potentia condidit, Bonitate conservat, ac Prudentia, per opportuna media, ad salutiferos fines dirigit, ita specialius provida discretione invigilat illorum statui conservando, quos sibi in famulos arctiori nexu adscitos, præ cæteris sua Benignitate seligere dignatus est, consecratosq esse voluit. Haud siquidem latere quemquam potest, quanto Spiritus fervore Deus ipse primævos Regularium Ordinum Fundatores inflammaverit, quam Sanctissimas eisdem in Evangelicis Consilijs fundatas Regulas inspiraverit, quanta morum Sanctitate, imo et miraculorum gloria, illos, qui Divino Spiritu ducti, misso mundi vanitatibus irrevocabili nuntio, arctum imitationis Christi iter sunt amplexati, Universo orbi commendatos effecerit? ut cæteris prætermissis veritas ista in nostro Minoritico Ordine comprobata existat, demonstretq, Deum nihil fere intentatum reliquisse, quin pauperrimi Patris dives paupertate soboles, ille inquam pusillus Seraphici Francisci grex, Divinis sub auspicijs excrescens, salutaribus indies proficiat incrementis. Inter cætera vero adminicula, quæ plurimum ad stabiliendam

conservandamq pristinam in Nostro Ordine strictiorem observantiam conducunt, illud non minimi
aestimari debent, quod certe Divino dictante Spiritu salubriter institutum est, quatenus illi, qui
suis respective præsunt Familijs, tum optimis exhortationibus, tum non intermissis Visitatio-
nibus, Fratres suæ curæ subjectos, in Sancta Vocatione rerum caducarum contemptu, Regula-
ris disciplinæ zelo commoneant, atq ad sectanda Christi Jesu vestigia, exempli Seraphici
Patris Nostri S. Francisci innovata, et in Regulæ compendiosa descriptione exarata, efficaci-
ter alliciant. Quemadmodum etenim Deus de Optimo suæ Ecclesiæ statu providendo, po-
suit in ea suos Vicarios Rectores Episcopos ad regendam /ut inquit Sacer Textus Act 20/
Ecclesiam quam acquisivit Sanguine suo, ita etiam in nostro Seraphico Ordine per
Sanctum Fundatorem disposuit, ut Ministri tum Generales, tum Provinciales, ad-
instar Vigilantium Pastorum, cæterorum Fratrum curam gererent, officiose illos
visitando, zelose admonendo, ac etiam si opus fuerit, charitative quidem, sed tamen
efficaciter corrigendo, ut suæ Vocationis memores, per arma justitiæ a dextris et a si-
nistris, animæ hostibus, amictam Civitatem Cælestem Jerusalem ingredi merean-
tur, ubi est omnium supremæ Beatitudinis, ultimatus finis. Et sane, si quid est
decoris? si quid boni Ordinis? si quid pietatis, ac erga strictiorem observantiam
zeli, et amoris? si quid adhuc manutenentiæ in Reformatis Provincijs relucet?
illud merito Benedictioni Divinæ, quæ bonorum Superiorum vigilantem curam
solicitudinem, et vel maxime accuratas eorum visitationes et admonitiones, conco-
mitatur, adscribendum esse existimamus. Prout egregie Benedictus 14 in su-
is Pastoralibus literis ad Episcopos per Ditionem Ecclesiasticam datis Romæ
die 19 Februarij 1749 Anno inquit. Contingit, quod usu venire comperens in Sacris
Pastoralibus Visitationibus, ut quæ prava sunt corrigantur, quæ infirma curentur
quæ mala amoveantur adeo, ut earum fructus non solo Visitationis tempore
sed longe post perseveret." Hinc est quod quod Rndssimus Pater Hilarius
de Monte Magno Commissarius Generalis Ordinis S.P.N.F. pro sua Pastorali
vigilantia, conformiter ad saluberrimas Ordinis Constitutiones, Nos in suum Com-
missarium Generalem ac Visitatorem hujus Almæ Provinciæ SSæ V. Mariæ
Angelorum designaverit, suasq nobis vices in pertractando tam sublimi negotio com-
miserit, ut visitando videamus, videndo mature discernamus, quæ bona sint firmiter
stabilienda? ne forte aliquando ruat, quæ nociva extirpanda et si minima? ne for-
te in magnos postquam excreverint excessus Sanctæ Religioni dedecus, Fratrumq
saluti incurabile tandem adferant periculum. Ideirco quam primum nostri Commis-
sariatus, ad visitandam hanc Almam Provinciam accepimus Credentiales literas
quas penes fundatam Officij nostri Jurisdictionem in Conventu Solecensi publica-
vimus: illico nostros in id convertimus cogitatus, quatenus pro bono Provinciæ, ac
singulorum Fratrum emolumento, Muneris nostri partes ex integro conscieremus.
Et licet minime erubescimus, imo summopere gratulamur, Nos una vobiscum,
tanquam millenis titulis unum ex Vobis, unius Matris Provinciæ Filium, ta-
men portantes gravissimum Officij nostri onus, eo accuratiori studio intendimus
Visitationis Generalis adimplere munus, quo magis stringit Nos, et tremor reddendæ
rationis coram supremo Judice Deo, qui animas vestras PP. et FF. Dilectissimi
de manu nostra sit exquisiturus, et amor intimæ Fraternitatis urgens Nos,
ut quo arctiori una Vobiscum sumus concatenati nexu, eo fervidiori conatu Ve-
stro communi bono, ac præprimis vestræ salutis allaboremus, opportuna suppedi-
tando media, nociva penitus tollendo pericula. Quid nobis in tractu futuræ
Visitationis contingat? Deus ipse noverit. Num antiquos Patrum cum moder-
nis comparando mores, præ dulcedine animi exultanti animo exclamere. Hi sunt
qui in generationibus suæ Gentis gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur
in laudibus Hæreditas Sancta. Eccl 44 Num econtra/ quod Deus avertat/ tristi inge-
miscere corde cum Propheta Quomodo obscuratum est aurum /. ignita erga Deum cha-
ritatis:/ mutatus est color optimus./ sanctæ conversationis et exemplaris vitæ/. Filij Sion
inclyti/ sua vocatione et amicti auro primo, /. sanctissimæ institutionis/. quomodo/. per suæ
instabilitatem mentis/. reputati sunt in vasa testea? opus manuum figuli! Tren. c4. Ha-
bemus quidem fiduciam in Domino, quod consolabimur in Vobis PP. et FF. Dilectissimi! vi-
dentes inter Vos Sanctæ Regulæ observantiam Pietatis studium, atq prisca Patrum conserva-
ta exemplaritatis documenta, haud tamen prætermittemus inquirere veritatem. Ut vel
gaudium nostrum sit plenum, de vestra bona conversatione, vel abunde lætemur.

si benedicente Deo efficerimus prava in directa, et aspera in Vias planas, devios scilicet
quos invenerimus, in rectum salutis tramitem Paterna reducendo solicitudine. Ne igitur
desideria nostra suo exoptato frustrentur effectu; exhortamur Vos in Domino PP. et FF.
Dilectissimi! ut unusquisq pro fraterna ad invicem charitate, quæ viderit Nobis sub
pus canonicæ Visitationis manifestanda, omni deposito livore ac sinistro affectu co
do corde et ore manifestet. Nosq de cui Fratris spirituali indigentia / nisi ei ali
di jam sufficienter subventum fuerit / informet, prout nostræ Reformationis præs
bunt leges, atq Visitationis Generalis bene obeundum fuerit / informet exquirit O
Nec deerimus uniuscujusq vestrum audiendis imo et acceptandis desiderijs, quibu
quantum poterimus juxta prudentiæ dictamina, Legum obloquentiam, Chari
tisq officia / succurrere conabimur. Omnibus etenim vobis omnia fieri sincero
exoptamus. Hac de causa volumus vos omnes PP. et FF. Dilectissimi visitan
personaliter videre, atq os ad os familiariter alloqui. Idcirco serio præcipimus
mandamus, ne quisquam sub tempus nostræ Canonicæ Visitationis, quovis præ
xtu præsumat sive extra consuetos limites Provinciæ, aut Conventuum, sive ab ip
suæ Collocationis Conventu sese alienare, quia Nos ab hinc cassamus, et annullamus
omnes licentias et obedientales literas, quavis inferiori Authoritate nobis inscijs im
petratas et concessas. Ad hæc Omnibus respective Honorandis Patribus Conven
tuum Superioribus injungimus, ut cuncta quæ tempore Visitationis nobis viden
ac perlustranda exhiberi debent, tempestive parata præ manibus habeant. Nob
suo tempore accurate exhibeant. Ac præprimis hasce nostras Pastorales literas
postquam receperint, suis respective Communitatibus districte perlectas pro
mulgent, et Protocollis ingrossatas, ad viciniorem Conventum juxta Ordinem
Cursoriæ a foris notatum indilate transmitti faciant. Valete PP. et FF. Dile
ctissimi! et antequam vos personaliter visitabimus, prævenimus, vos hisce no
literis, atq Paterno, simul et Fraterno amplectamur corde, obsecrando, ut nostri
memoriam in pijs Orationibus vestris faciatis, nec non pro felici statu S. Romon
Ecclesiæ ejusq visibili capite Pio 7 P. M. pro concordia Principum, et pro nostris
Benefactoribus Divinam exoretis clementiam. Datum in Conventu nostro Sa
necensi ad Ædes S. Stanislai E. et M. die 29 Aprilis 1804 Anno.

Fr Petrus Alc. Refor. Commissarius
Visitator Generalis
mpp

Fr. Petrus Alcantara Wierzbicki Ordinis
Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum
S. T. Lector Emeritus, Provinciæ Sanctissimæ
Virginis Mariæ Angelorum in Gallicia
Occidentali Ex Minister. Nunc autem in eadem
Provincia Commissarius Visitator Generalis
et Humilis in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Veneran
dis, Venerandisq Patribus, ac Dilectissimis in Christo
Jesu Fratribus Salutem et Copiosam Benedictionem
a Domino.

Duo sunt, quæ Officium nostrum specialius concernunt, Patres et Fratres Dile
ctissimi! alterum scilicet, singulos Conventus hujus almæ Provinciæ, cum singulis
ejus Individuis visitare, alterum vero de futuro ejusdem Provinciæ Pastore, cæte
risq Superioribus ac Officialibus, mediante canonica electione providere. (Prim

adjuvante Deo jam ex parte complevimus, et ex parte mox Divinis sub auspiciis, comple-
turos nos speramus, secundum vero praesentibus literis nostris officiose intimamus. Et
quidem quod attinet Visitationem nostram, confidenter alloquimur vos PP. et FF. Di-
lectissimi! verbis Apostoli 1. Thess. 2. „Ipsi scitis introitum nostrum ad Vos, quia non
inanis fuit. Exhortatio enim nostra non de errore, neq; de dolo, sed sicut probati sumus
a Deo, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra, nec
quaerentes ab hominibus gloriam, neq; a Vobis, neq; ab alijs, sed facti sumus parvuli in
medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. Memores enim estis /: per vos 88
transivimus :/ qualiter unumquemq; vestrum, sicut Pater filios suos, deprecantes vos
et consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in suum
Regnum et Gloriam;; — Verum nec possumus tandem exhibere temperantis laetitiae
sensum, quin exultanti animo profiteamur cum eodem Apostolo 1. Cor. 1. Gratias ago
Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Jesu, quod in omnibus
divites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni scientia, sicut testimonium Christi
confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in ulla gratia expectantibus revela-
tionem Domini nostri Jesu Christi; qui et confirmabit vos usq; in finem„ — Et sicut
quae narrent de vobis permoti sumus PP. et FF. Dilectissimi! quos jam visitavimus, quos in osculo
pacis salutavimus, cum quibus blande conversati sumus, ac de quorum integritate vitae
morum sanctitate, nec non permanentis Divinae Gratiae ubertate, convicti sumus, ita et
de ceteris, ad quos venire properamus, haud dissimile nobis quidquam spes indubia sug-
gerit. Quemadmodum etenim „ Desideramus aliquid impertiri vobis Gratiae Spiritualis
ad confirmandum vos, ita et spem habemus in Domino, taliter vos invenire, ut aliquem
fructum habeamus et in Vobis, sicut et in ceteris„ Rom. 1. Utinam ergo iste sit finis
nostrae Visitationis, in eoq; nostra compleantur desideria „ Ut dignetur vos vocatione
sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, ut clarificetur Nomen
Domini nostri Jesu Christi in Vobis, et Vos in Illo secundum gratiam Dei nostri
et Domini nostri Jesu Xti; 2. Thess. 1. , Quod vero attinet alteram Officiosi Commisso-
riatus nostri partem, Provisionem scilicet futuri hujus Almae Provinciae supremi Mode-
ratoris ac Rectoris, Negotium istud sane gravissimum est, a quo bonum tum Provin-
ciae, tum singulorum Fratrum prosperitas, indubitanter pendet. Ipsa etenim quotidiana
experientia manifestum adeo reddit, quod a bonorum Superiorum studiosa vigilantia
quam plurimum provenit, ut Religiosae Communitates, primaevo suae institutionis
fervore, minime extincto, Deo Praepotenti, digne et laudabiliter deserviant, Christiq; bonus
odor sint in omni loco: Intra claustrum quidem, per Regularis disciplinae observantiam,
Extra claustrum insuper per exemplaris vitae optima documenta, hinc siquidem Re-
ligiosae Personae, sese Deo ex integro mancipantes, in tempore et aeternitate felices atq;
beatae fiunt. Quapropter hocce pergrande negotium in futuro Provinciali Capitulo
per vota illorum, quos nostri Instituti ratio, Vocales esse decrevit, ubi executioni man-
dandum sit, exhortamur vos omnes PP. et FF. Dilectissimi! ut pro vestra erga Ordinem
quem professi estis, amore nec non, pro sancta, qua vocati estis a Deo, vocationis zelo
pias indesinenter effundatis preces, quatenus nobis, ceterisq; Honorandis Vocalibus Deus
Optimus Maximus det idem sapere et intelligere, illuminetq; vultum suum super
nos, ut luminis supremi claritate perfusi, intelligamus ab Eo, qui novit corda omnium
quem Ipse elegerit, in sui pusilli gregis Pastorem ac Rectorem: qui digne locum hu-
jus Provinciae regimen, pro sui majori Gloria, suorumq; servorum salute committi vo-
luerit. — Nos itaq; pro complendo Commissoriatus nostri officio, authoritate No-
bis, a Reverendissimo totius Ordinis Superiore communicata, muniti, Capitulum
Provinciale in hac Alma Sanctissimae Virginis Mariae Angelorum Provincia
celebrandum indicimus, pro illiusq; canonica celebratione diem 2. Mensis Julij A.C.
Conventum vero Stopnicensem destinamus, Nec non tum pro Canonica electione
eligendorum, tum pro alijs capitularibus negotijs rite pertractandis, tenore praesentis
invitamus omnes, quos invitandos nostrarum Constitutionum leges decernunt.
Et quidem AdmRdum Vicarium Provincialem, R.P. Custodem ac Secretarium Provinciae
Rndos quoq; Patres Definitores Provinciae pro die 28 Junij ad Vesperam, Ceteros autem
Vocales AARRdos Multum Venerandos Patres Guardianos pro die 30 Junij mane cum
Missis humanissime expectamus, admonendo singulos, ut in itinere Religiosae mode-
stiae sint memores pedestres /: nisi aliud infirmitas, aut quaevis justa ratio suaserit :/ ju-
xta praescriptum Regulae pergant, ac bini associati perveniant. Ceteris vero, quibus nec ju-
ra, nec nostrae speciales licentiae suffragantur, accessum ad praefatum Capitularem Conven-
tum sub poenis Apostasiae omnino interdicimus. — Et ut Consilia nostra sint Sancta

Dei placita, bonoq Provinciæ accomodata, præcipimus ut conformiter ad Statuta tum Ordinum Provinciæ, duabus Hebdomadis, ante diem Capituli faciant consueta suffragia, vero Capitulari die, in unoquoq Conventu Missa Votiva de Spiritu Sancto solemniter decantetur post Primam in Choro in qua Fratres Clerici et Laici devote communicabunt. Sacerdotes vero in Missis privatis Collectam de Spiritu Sancto addant, ut unanimi Voto, Gratiam Divinissimi Spiritus exorantes, juvamen ejus præsto nobis esse glorimur. Eadem quoq capitulari die, singulis Patribus et Fratribus libera Confessarii electio, virtute Statutorum indulgetur. Post recessum Patrum Guardianorum de suis respective Conventibus, eorundemq Conventuum Præsides, et actuales Superiores MMRR Vicarios) nisi aliter a Nobis in aliquo Conventu dispositum fuerit.) instituimus, atq constitutos declaramus, quibus sic institutis omnes Patres et Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ obedire teneantur, atq debitam reverentiam exhibeant. Ipsi vero Præsides ... se gerant prudenter, charitative, modeste, ut in nullo vituperetur ministerium ipsorum. Cætera tandem, quæ concernunt Syndicationem Missarum et Eleemosynæ Descriptionem accuratam Schedarum, Conscientiosa judicia ac testimonia, de capacitate et moribus Studiosorum, de Examine Casuumq resolutione PP. Confessariorum. Hæc omnia fideliter descripta, a Patribus Discretis post maturam discussionem subscripta, et authenticata habeantur, et a Patribus Guardianis in Capitulo præsentanda afferantur. Valete Patres et Fratres Dilectissimi! Commendo vos Gratiæ Dei, commendo me piis orationibus vestris. Orate Deum pro necessitatibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Religionis, Regni Provinciæ, ac pro Benefactoribus nostris — Has vero literas nostras, Patres locorum Superiores postquam receperint, suis Communitatibus promulgent, atq Protocollis copiatim ingrossatas, ad Viciniorem Conventum, juxta descriptum Ordinem Cursoriæ indilate transmittant. Datum in Conventu nostro Stopnicensi ad Ædes Sanctæ Mariæ Magdalenæ Pænitentis Die 30 Maji Anno 1804

Fr Petrus Als Ref[mo] Commissarius
Visitator Generalis mpp

Fr Joseph Drochojowski Ord[is] Minorum S. P. Francisci Reformatorum, Pv[ic] SS[mæ] V. MARIÆ Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, MVenerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus Salutem et copiosam a Domino Benedictionem.

Etsi perbelle noverim hanc vocem de Cœlo fluxisse, qua placuit Altissimo humeris nostris minus robustis imponere onus ministerij laborantes pro vestra Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi pace, tranquilitate ac utilitate, recolligens tamen muneris hujus magnitudinem ex una et virium mearum congeriem portando oneri imparem, parte ex altera citra offensionem ad laborem pro Domo sua Dei vocante) cui scio humiliari et obedire) cogor exclamare illud Propheticum: Domine audivi auditum tuum et timui, consideravi opera tua et expavi. Quid enim magis pavendum? quam labor fragili; sublimitas humili ait S. Leo in anivers: suæ Assumpt: ser. 1. Quid magis timendum? quam judicium durissimum, quod his qui præsunt fiet Sap: 6. Absit tamen illud a nobis ut minus credentes imbecillitati nostræ, minus etiam in præcomisso Dei voluntate Pastorali officio credamus auxilium oportunum nobis fieri ab eo Supremo Nostrum Pastore, Qui (ut ajt supra præfatus S. Leo Ser. 2.) Etsi multis Pastoribus curam suarum ovium delegavit, Ipse tamen dilecti Gregis custodiam non dereliquit. Absit et illud: quin minori spe erigamur, eamque reponamus in validissimo ac singulari Patrocinio Reginæ Angelorum et Nostræ, SS[mæ] Dei Genitricis MARIÆ. Quæ cum sit Mater pulchræ dilectionis, et timoris et agnitionis, et sanctæ spei, terribilis ut castrorum acies ordinata contra quosve insultus etiam in hac temporum angustia, Ordines Religiosos premente sicuti adest, ita adent credo partibus nostris ac supplicationibus pro Gloria Dei ac salute Regiminis nostro creditorum certantibus. Absit demum quin tepidius affuturam nobis potentem Sancti Patriarchæ Nostri Francisci intercessionem expectemus. Qui sicuti Benedictos in æternum Filios suos, veros sui imitatores ac Sanctæ Regulæ observatores voce sua proclamavit, ita nobis in agendis pro integritate hujus copiosam impetraturus creditur Benedictionem. His præ-

dijs

dijs suffultus jam imponendum venit silentium ori, quod è prima fronte madefactis oculis aspicientem me sortem Ministerij ejulare coegit more supremi Ducis Populi Israelitici clamantis ad Deum: Cur afflixisti servum tuum — — et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me Numer. 11. Unicum porro cordi /: quo non tam præesse quam prodesse cupimus :/ hæret quod nos paratos paratosque ad levandum hoc onus præparabit; nimirum: ut Vobis Patres ac Fratres in Xsto Dilectissimi ex animo agentibus, quæcunque sancta, quæcunque justa, quæcunque bonæ famæ, in omnibus honorificetur Deus, affulgeat Regularis Disciplinæ splendor, ac ne hic auri color optimus mutetur, Fama paupercullæ Provinciæ Nostræ, quam Patrum Nostrorum Innocentia, Zelus, pietas ac mutua charitas ædificaverat, pristino restituatur candori, et quæ puritatis Regulæ, Sanctitatis Doctrinæ ac moralitatis imminuunt decorem, sancta reparentur observantia. Non ergo nova imponentes vincula cunis vestris Patres ac Fratres in Xsto Dilectissimi, Quibus non tam Potestate, quam charitate Paterna præsidere volumus, ea duntaxat una cum V.V. Definitorio vobis recommenda duximus, quæ alias per Sanctam Regulæ Professionem suam duxistis obligationem et eradicanda quæ Sanctæ vocationi contraria, mutuæ charitati opposita, ac Religiosæ perfectioni minus consona deprehensa sunt in Provincialibus sive Generalibus Visitationibus.

1mo itaque Commendatur Locorum Superioribus, ut Equitationes, sive curifationes quæ nunc communiter irrepsere, et indiscriminatim etiam a Junioribus sanis et validis practicantur, omnino impediant, nec permittant eas fieri absque justa causa, quæ an sit sufficiens dignosci debet juxta obloquentiam Statutorum Generalium et Provincialium, a Superiore Loci et discretis Conventus, et juxta antiquam dispositionem, hæc inscribi in Libro ad hoc præparato.

2do Clerici tam in Novitiatu quam in Seminarijs ob imperitiam Linguæ Latinæ utantur Mystica Polonica in absolvendis meditationibus, ut majorem profectum percipiant in Spiritu in eoque magis fundentur.

3tio Patres Lectores Grammatices sequantur omnino unam eandemque methodum in erudiendis Studentibus, ac non aliam nisi quam tradit Author Grammatices Piotrowski.

4to P.P. Lectores Rhetorices et Philosophiæ serius incumbant tradendis Lectionibus, neque serius incipiant Lectiones, neque tempestivius finiant, nisi prout omnibus Studijs præscriptum est, attendantque ut Studentes etiam privatim Latine alloquantur, et ne otio dediti eludant spem ulterioris profectus, et maxime ut cum Studio jungant Pietatem.

5to Laudabilis consvetudo lotionis scutellarum post prandium juxta præscripta Ordinarij commemoratur, ut hæc passim neglecta omnino ad praxim reducatur.

6to Conformiter ad Statuta nostra prohibetur sub gravi animadversione Dissociatio, ne sub ullo respectu etiam causa obsequij Spiritualis præstandi duabus simul Ecclesijs practicetur.

7mo Quoniam ex varijs observationibus et querelis Pœnitentium deventum est nonnullos P.P. Confessarios sedentes pro Tribunali prorsus immemores fuisse Exempli Xsti Domini Cujus pro tunc Personam gerunt, quo fit, ut aliqui immodeste se se gerant circumspicientes curiose quaquaversus tempore auditæ Confessionis, alij excipientes Confessiones extra Confessionalia, cooperientes caput pallio simul cooperiunt et pœnitentem, quod absurdum est /: et adstantibus maximum pariens scandalum, nonnulli sub vano prætextu zeli /: at imprudentis :/ sive extra, sive intra Sacramentum, super auditis in confessione, ira excandescunt, ac impatientes voce clara pœnitentes increpant, ita ut etiam ab adstantibus audiantur, quod notam fractionis sigilli promeretur, nonnulli tandem indiscriminatim cum omnibus, absque respectu etiam ad Personas debiles, diutius in Confessionali retinentes procedunt, quod summæ imprudentiæ documentum est, nulla enim necessitas hujus moræ respectu omnium et singulorum Pœnitentium esse potest, et aliqui ex causa concursus nimis festinanter absolvunt: Hinc ijsdem commendatur crebra Lectio Librorum, ex quibus discant necesse Xsti modestiam, mansvetudinem, patientiam, discretionem, prudentiam, cæterasque virtutes Officio suo competentes, ut vitentur scandalosæ querelæ, et ne hoc Sacramentum contemptui exponatur. Alias tales serio admoneantur et non emendati ad nos deferantur.

8vo Sicuti nuper ab Antecessoribus nostris prohibitus est et cassatus Tentoriorum in ornandis Altaribus pro Festivitatibus Celebrioribus, sic et nunc prohibetur et pro semper cassatur. Hæc enim plus vanitatis ex se quam pietatis præseferunt, plus causa sunt destruendis Altaribus quam decenter ornandis quod est Paupertati Nostræ contrarium. Ab hinc igitur ornentur Altaria floribus et Lumine prout fieri potest et conceditur unum par tentoriorum ad satisfactionem devotæ intentioni eorum, qui ex speziali voto erga Sanctum vel Sanctam talia offerunt ornamenta, quæ tamen consulto non procurentur.

9no Patres Locorum Superiores curabunt quam primum poterunt remittere sine mora antiquiores habitus, non tamen multum desolatos, Item tunicellas, sandalia, Chordas, ad Conventum Novitiatus. Eo fine recommendatur P.P. Guardianis, ne post mortem alicujus Patris vel Fratris distribuant suis communitatibus, Breviaria, Diurnalia, Cruces, et Coronas, sed hæc ad Nostram serventur dispositionem, vel si possibilitas aderit remittantur Cracoviam ad manus R.P. Secretarij Provinciæ. Ex hac occasione insinuatur, quod si contigerit aliquem Patrem Graviorem et Emeritum mori absente Patre actuali Superiore Loci seu Guardiano. Patres Vicarij vel pro tempore Præsidentes nullo modo sese ingerere debeant in distributionem rerum post mortem relictarum, sed hæc ~~et~~ omnia observari debent usque ad Adventum Patris Guardiani, Qui distributis rebus /: usui necessarijs :/ reliqua uti scripta, et alia gravioris momenti /: si quæ adessent :/ ad Nostram dispositionem conservabit.

1ᵗᵃᵛᵒ Ad tollendum dubium circa Conventum Helmensem exortum declaratur; quod vigo-
re unionis dicti Conventus Helmensis ad Nostram Provinciam factæ in Congressu Solecensi Aᵒ 1806
die 1. Julij individua ejusdem conventus vera sint membra Nostræ Provinciæ et Adum RRdos Patres
Constantinum Lisowski Ex-Ministrum Prlem suæ olim Provinciæ et Xaverium Germer ExCustodem Re-
giminis agnitos fuisse pro Patribus Provinciæ, ac gaudere omnibus Privilegijs Patrum Prvæ Nostræ
relate ad concordata in supra præfato Congressu facta. Neque huic obstare Conditionem; Quod sci-
cet pro alio temporum eventu et circumstantijs iste Conventus Chelmensis reuniendus foret suæ anti-
quæ Provinciæ, sive Custodiæ, pro tunc enim solum concordata Unionis sicuti et ipsa unio cessare in-
telligitur. Ab hinc igitur nemo audeat in dubium vocare: Quod individua Conventus Chelmen-
sis virtute dictæ unionis acceptentur a Provincia cum omnibus suis meritis et Prærogativis, in
sua olim Provincia vel Custodia acquisitis, uti in actu unionis præfatæ expressum est.

De Cætero æmulamini Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi meliora Charismata, si
quæ Virtus, si quæ Laus Dei et Religionis hæc agite, Dei et mutuam inter se servantes Charita-
tem, quæ est vinculum perfectionis et complementum Legis. Ut in omnibus honorificetur Deus,
et Consolatio nostra abundet in vobis. Ut autem hæc omnia exoptatum a nobis sortiantur
finem. Volumus ut præsentes Literæ Nostræ in quolibet Conventu Communitatibus promulgentur,
lingua vernacula explicentur, Protocollis ingrossentur ac juxta ordinem Cursoriæ a foris notatum
remittantur. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi, pro Sanctæ Romanæ Ecclesiâ cum
suo Capite Summo Pontifice Pio VII. pro Pace et concordia Principum Christianorum pro Or-
dinis Nostri ac Provinciæ salutari incremento, pro Benefactoribus ac etiam pro nobis Deum
orantes. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Die 8. Augusti Aᵒ 1804.

Fr. Joseph Refor. Mntr Prvis
my

Fr. Joseph Drohojowski Ords Mnorū S. P. N. Franci-
sci Reformator Provinciæ Sſæ Virginis MARIÆ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Veneran-
disq Patribus, ac Religiosis in Xto Fratribus Salutem a Dno copiosam

Cum simus Omnes homines mortales, ut ajt Propheta: Quis est homo qui vivet? et
non videbit mortem. Psal: 88. mortis memoria sæpe in animo volvenda est; Hæc enim et ho-
minem a noxijs vitijs abstrahit, et vividissima præbet incitamenta tempestivæ præparationis
ad illam. Nulla doctrina sic superatt superbiam, nec sic vincat malitiam, nec sic extinguit
libidinem, nec sic mundi calcat vanitatem sicut hominis horrendæ mortis recordatio. loquitur
S. Augus: Lib: de Speculo peccator cap. 5. Quapropter beatus, qui horam mortis suæ ob oculos
hbt, et ad moriendum quotidie se disponit, dicit S. Thom: a Kempis Lib: 1 de Imit: Xti cap: 23.
Hoc inevitabile momentum mortis præ oculis habentes Quidam Benefactores Nostri ut sibi fau-
stissimum procurent invenientq misericordiam Divinam præter sua bona opera, quæ abundanter
accumulant piè ac exemplariter vivendo, recurrunt ad Nostras preces PP. ac Fratres Dilectissimi
per Eleemosinæ elargitionem, optantes exorari sibi remissionem peccatorum ac finalem gratiam
Confidentes promissionibus favorabilibus per Tobiam exaratis: Quoniam Eleemosina a morte libe-
rat et ipsa est quæ purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam æternam Tob: cap: 9.
Ad impetrandam igit remissionem peccatorum ac Finalem gratiam Petro, et Rosaliæ Benefactoribus
Nostris, absolvenda Suffragia sequentia assignamus: videlicet: In quolibet Conventu Prvæ Nostræ Missas
20 absolvant. In Choro bina vice Psalmi Pænitentiales cum Litanijs ac Orationibus recitentur, ac
Missa una Votiva decantetur. Quilibet Fr. Clericus duabus vicibus Psalmos Pænitentiales cum Litanijs
Orationibusque recitet. Fratres bis centum Pater noster et Ave MARIA cum Gloria Patri orabunt.
Insuper trina vice Communio ad Intentionem Præfator Benefactor applicet. Præsentes Litteræ
Nostræ Communitatibus promulgatæ, Protocollis ingrossatæ ad viciniorem Conventum, juxta
Ordinem Cursoriæ foris adnotatum per fidelem Nuntium transmittantur. — Valete Patres
ac Fratres Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum in Orationibus suis semper memores.
Datum Helmæ in Conventu Nostro ad S. Andream Apostolum die 29 August: Anno
1804.

Fr: Joseph Refor: Mnr Prvis my

Fr. Joseph Drohojowski Ords Minor S. P. N. Francisci Reformatorum Prvæ B.ᵉ V.ⁱ MARIÆ Angelorum Minister Provincialis et in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq PPbus ac Dilectissimis in Xsto Fratribus Salutem et copiosã a Dño Benedic

Non tantum ratio Pietatis, verum etiam Ordo strictæ justitiæ stringit, ut etsi quovis tempore, Proximis ac Benefactoribus Nostris teneamur per Nostras Orationes et pia ad Deum suspiria succurrere, maxime tamen in illis circumstantijs in quibus nostro spirituali suffragio indigent. Si enim Jidem Proximi ac Benefactores Nostri pro sua erga nos benevolentia viventes ingenitam Paupertati Nostræ minoriticæ egestatem pro posse suis Beneficijs sublevabant, quid ni et pietas ipsa et justitiæ Ordo id a nobis non requirat, ut nos quoque grati ac memores Beneficiorum Ipsorũ Nostris Orationibus opem apud Deum Ipsis non feramus. Et quid est quod nos magis ad hoc Ipsis persolvendum debitum urget, hoc est: Quod Jidem Benefactores Nostri, nostris Orationibus confidendo ad nos recurrant, tum semetipsos commendando, tum Orationes nostras stipendio de labore manuum suarum regratificando. De hoc numero Benefactorum Nostrorum est Quidam Benefactor Martinus Nomine, Qui dum adhuc viveret, optavit sibi ut demortuus quam citissime Divinam Misericordiam consequeretur de obtinenda æterna Beatitudine, hunce recursum suum ad nos fecit ut per Nostras Orationes ad exoptatissimam sibi felicitatem æternam perveniret, certumque de labore manuum suarum reliquit Stipendium. Qua propter Muneris Nostri ratio postulat, quatenus pro anima Ejusdem piè Defuncti Martini certa per Conventus nostros absolvenda Suffragia designemus. Obligamus itaque omnes Locorum Superiores, ut pro eodem piè Defuncto Martino duorum dierum Suffragia absolvi curent: videlicet: in Choro Defunctorum, missa cantata, et Missæ duor dierum lectæ absolvantur. Tandem FF. Clerici bis Officium Defunctor; Fratres vero Laici bis Centum Pater et Ave MARIA recitent. Insuper Jidem Fratres Clerici et Laici quinque Sacras Communiones offerant. Has Literas Communitatibus lectas Protocollis ingrossatas, ad Conventus viciniores juxta Ordinem adnotatum Superiores Locales transmittant. Valete in Domino PP. ac FF. in Xsto Dilectissimi, Nostri ac Benefactor nostrorum in Orationibus memores

Datũ d. 20 Ubris A. D. 1804. in Conventu Nostro Stopnicensi ad Ædes S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis

Fr. Joseph Refor: Mnr Prvlis mp

Fr. Joseph Drohojowski Ords Mnoř S. P. N. Francisci Reformator Prvæ B.ᵉ V.ⁱ MARIÆ Angelor Mnĩter Prlis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribq, a Dilectissimis in Xsto Fratribq Salutem et copiosã a Dño Benedictionem

Conscientiæ timoratæ de salute animæ suæ plurimũ solicita, ultimã, spiritũ prævidentes negotium ita operari satagunt: ut brevi hoc temporis incolatu in terris vitam æternam (: per pia mentaj sibi comparare valeant in Cœlis. Salubrem hancce et efficacem cogitaonem Annorum æternorum excitat in ipsis Fidei fervor, Spei stimulus, ac Divini amoris ardor. Fidei fervor quia norant se esse mortales non hic manentem habentes Civitatem, sed aliam in Cœlis non manu factam debere inquirere Hæbr: 13 v 14. In qua credunt se videre bona Domini scilicet in Terra viventium dictante Propheta Psal. 26. v 13. Stimulus Spei quia indubitatam et stabilem retinent futuræ Resurrectionis Fidem, visionemque Dei. Quod Justus Job spem repositam in sinu suo appellabat. Job 19. v 27. Divini amoris ardor: quia terrena et æterna serio præmeditantes meliorem eligunt portionem sæpe sæpius ore et corde repetentes illud pijssimum Prophetæ David Desiderium: Quid mihi est in Cœlo: et a Te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea Deus in æternum. Psal. 72 v 25. Hisce gradibus Fidei, Spei et Amoris Divini, ascensiones (ad vitam æternam promerendam, præviamque Gratiam finalem obtinendam:) in corde suo tempestive ac saluberrime disponere statuit Illustrissima Dña Catharina de Boniecki Kwasniowska olim Fortalitij Zamosciensis Generalissa. Mulier hæc timens Deum quamquam ea omnia quæ Xtianæ pietatis sunt sedulo adimplere conatur ad salutem animæ sibi comparandam; quia tamen de suis pijs operibus non præsumit. Religioni Nostræ addictissima per suffragia nostra ad nos recurrit animæ suæ a Deo Gratiam finalem a Deo expostulari. Hancce in finem Eleemosinam pro Conventibus Provinciæ nostræ est elargita. Unde gratitudinis et justitiæ debito satisfacientes tam pijssimo præfatæ Illustrissimæ Catharinæ Benefactricis desiderium effectuandum statuimus de suffragia pro impetranda Gratia finali absolvenda (in hunc modum:) assignamus. Imo In quolibet Conventu Provinciæ Nostræ Missæ trium dierum absolvantur, in Choro tribus vicibus Psalmi Pœnitentiales cum Litanijs ac Orationibus recitentur. Quilibet Frater Clericus tribus vicibus Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis orationibusque recitet. Fratres vero Laici Tercentum Pater noster et Ave MARIA cum Gloria Patri devote orabunt. Tandem septies Communio ad Intentionem præfatæ Benefactricis

Benefactricis applicetur, ac demum Disciplina per Psalm: Miserere mei Deus pariter septies Deo offerantur. Praesentes Litterae Nostrae Communitatibus promulgatae Protocollis ingrossatae ad viciniorem conventum juxta Ordinem Cursoriae foris adnotatum per fidelem nuntium transmittantur. Valete P.P. ac Fratres Dilectissimi Nostri, ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus semper memores. Datum in Conventu Nostro Stopnicensi ad Aedes S. Mariae Magdalenae Poenitentis Die 25 7bris 1804 Anno.

Fr. Joseph Ref. Mnr Prlis

Fr. Joseph Drochojowski Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformatorum Prvae SS.ae V. MARIAE Angelorum Minister Provincialis et in Dno Servus. Adm. Rndis, Rndis, M.V.V. Prog. Venerandisq. ac Dilectissimis in Xsto F.F.bq. salutem et Copiosam a Dno Benedictionem.

Provincia Nostra semper habet in votis et effectu viros optime meritos honore prosequi dum vivunt, et animabus eor. suffragari quando /: ut homines :/ debitum mortalitti impleant viam aeternitatis ingressi. Et haec sunt quae praestari tenemur p. d. A.R.P. Ignatio Warszawski, Reformatae Roxolanae Custodiae Ex-Custodi. Patrem hunc Ementissimum honore et reverentia prosecuti sumus dum in Prva Nostra Commissarij Generalis vivus laudatissime gessit. Restat alterum: animae ejus suffragari, cum jam mortalitti debitum solvit post infirmitatem Annis duobus protractam et patientissime toleratam omnibus moribundorum Sacramentis munitus die 10. Septembris Anni currentis vitâ decessit. Huic Ementissimo Patri appromissa duodum dierum Suffragia /: quoniam unius dici suo R.A.P. Secretario Nazario Zebkowski sponte cessit :/ in Capitulo Sandominiensi 1792 Anno Die vero 27. Mensis Junij. Huic itaquam Ementissimo Patri appromissa Suffragia executioni date P.P. ac F.F. in Xsto Dilectissimi, scilicet unusquisque Presbyter duas Missas pro anima Ignatij absolvat F.F. Clerici duabus vicibus Officium Defunctor. recitent F.F. Laici 200 preces cum totidem Requiem orent. Insuper in quolibet Conventu Officium Defunctor. in Choro dicatur, et in crastinum Missa decantetur. Valete in Domino P.P. ac F.F. in Xsto Dilectissimi Nostri ac Benefactor. in Orationibus memores. Datum in Conventu Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Confessoris Die 15 8bris 1804 Anno

(L. S.) Fr. Joseph Ref. Mnstr Prvis mpp

Fr. Joseph Drohojowski Ord. Mnrm S. P. Francisci Reformatorum Provinciae SS.ae V. MARIAE Angelorum Minister Prlis et Servus

Admodum Rndis, Rndis, M. Venerandis, Venerandis, ac Dilectissimis in Xsto Fratribus Salutem a Domino.

Annos aeternitatis pia mente recogitantes, id primum maximeque necessarium sua incumbere curae noverunt, ut de comparatis justo labore temporalibq. bonis, sibique larga Divinae Providentiae manu ad rectum et salutarem usum concessis faciant in Coelis amicos, quibus in Beneficia visione congaudere satagunt. Hac via Justorum per vitae suae cursum incedens, Vir plenus bonis operibus et misericordiae erga vivos ac Defunctos M.D. Josephus Wierzinski Benefactor noster singularissimus, habens prae oculis illud Xti Dni effatum: Estote misericordes quia et Pater vester Celestis misericors est Lucae 6. Exposuit nobis pientissimum desiderium suum, quâ ambabus Fidelium Defunctorum vult succurrere per Suffragia a nobis persolvenda, adeo fine Convenientem reposuit Eleemosynam. Huic ergo saluberrimo intento dicti Benefactoris Nostri singularissimi satisfacientes. Injungimus omnibus Locorum Superioribus ut absque mora plena et integra suffragia pro Defunctis juxta Intentionē Dantis a suis Communitatibus absolvi faciant. videlicet: Quilibet Sacerdos tres Missas absolvat, quilibet Clericus tria Officia Defunctor. et quilibet Fr. Laicus ter centum Pater et Ave ac totidem Requiem aeternam recitet, insuper in unoquoque Conventu Officiū Defunctor. et Missa cantata absolvat. Penes haec commendamus Vestris pijs Suspirijs P.P. ac F.F. Dilectissimi Praefatum Benefactorem nostrum supervenientem quidem at ob periculum infirmitatis insanabilis extremisantem, ut anhelans ad Patriam ac per pia opera Misericordiae iter suum ad aeterna secula perficiens, Gratia miserentis Dei consoletur ac in Bono consolidetur. Praesentes vero Litterae Communitatibus promulgatae, Protocollis ingrossatae ad viciniorem Conventum juxta Ordinem a foris adnotatum p. fidelem Latorem transmittantur. Valete P.P. ac F.F. Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datt: Cracoviae ad Aedes S. Casimiri Die 21 Januarij Anno 1805.

Fr. Joseph Refor. Mnr Prlis mpp

Fr. Joseph Drohojowski Ord. Min. S. P. Francisci Reformatorum Provinciæ SSæ B. MARIÆ Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Copiosam a Deo Benedictionem.

Etsi inevitabile mortis Decretum semel pro hominibus statutum maestem communiter ingerit nobis cogitationem, profundius tamen sors hæc funesta pervadit animos si deploranda venit super mortuos, Quos; ut pote Deo per bona opera, hominibus per Exempla, nobis vero per Beneficia præstita meritos, votis nostris diutius nobiscum victuros desideravimus. Hujusmodi Virum nunquam satis deplorandum, Quem nuper ut extremisantem, Vestris Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi commendavimus Orationibus nunc post completa pietatis opera, post relicta vitæ Christianæ Exempla, post præstita nobis ac designata post mortem sui Beneficia, demum post corporis languores æquo animo toleratos vivis sublatum denuntiamus videlicet Mag. Dnum Josephum Wierzinski Benefactorem nostrum Praestantissimum, cujus jactura eo magis dolenda quo magis Religioni ac Provinciæ nostræ addictum veroque amore nobiscum junctum satis superque experti sumus. Absit tamen id a nobis PP. ac Fratres in Xto Dilectissimi ut funera hæc solis gemitibus celebremus; digna equidem suis præmijs et post funera virtus, quæ non solum debitæ gratitudinis, sed et Charitatis reciprocæ morte etiam interruptæ minime sunt documento, monente nos suis verbis Sancto Honorio serm: 50. Quali vinculo anima corpori jungitur, tali dilectione justum est ut proximis conjungamur, quos licet mors a nobis separavit, Charitatis tamen vinculum tali fœdere in vita strinxit, ut nos non ficta diligerent Charitate. His motivis excitati properemus necesse ad suffragandum animæ Josephi Benefactoris nostri singularissimi, in quem finem assignamus plena et integra in quolibet Conventu absolvenda Suffragia pro anima Ejusdem, videlicet: Quilibet Sacerdos tres Missas absolvet, quilibet Clericus tria Officia Defunctorum et quilibet Frater Laicus tercentum Pater noster et Ave ac totidem Requiem æternam recitabit, Præterea Officium Defunctorum in Choro et Missa cantata persolvatur. Præsentes vero Litteræ Communitatibus intimatæ, Protocollis ingrossatæ ad viciniorem Conventum sine mora per fidelem latorem transmittantur. Valete PP. ac FF. Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri die 25. Januarij Anno 1805.

Fr. Joseph Ref. Min. Provincialis m.p.

Fr. Joseph Drohojowski Ord. Min. S. P. N. F. Reformator. Provinciæ SSæ V. Mariæ Angelorum Minister Provlis et Servus.

Admodum Rndis Reverendis, Multumque Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis Fratribus Salutem et Copiosa a Deo Benedictione.

Hæc est deploranda humanæ mortalitatis conditio: quod omnes post decursum hujus vitæ brevioris aut longioris spatium, ad extremum vitæ nostræ mortalis terminum Divino Æternoque properamus Statuto, Sacro attestante Eloquio: Quis est homo, qui vivet et non videbit mortem. In hoc tamen tam lugubri Statu Deus T. O. M. prout vitæ et mortis nostræ Author et Dnus hoc nobis providit lenimentum: quod animabus demortuorum si sint adhuc ligatæ legibus Divinæ Justitiæ hunc salutiferum relinquit modum; ut per pias preces ac Orationes viventium, ab iisdem Legibus Divinæ Justitiæ solvi possint, attestante Divino Eloquio: Sancta et salubris est cogitatio orare pro Defunctis, ut a peccatis solvant. Cum ergo hoc tam salubre remedium expectet a Nobis anima p. d. Adm. Rndissimi Pris Alexandri Kupkiewicz Sacri Ord. Cisterciensis Monasterii Wąchocensis Prioris Nostri, Nostrorumque Conventuum Benefactoris, Qui suis gratiis Nostris Conventibus præstitis promeruit a Nobis pia Suffragia; Ideoque vi gratitudinis tanto Benefactori Nostro, injungimus, ut in singulis Conventibus, pro Anima p. d. Alexandri sequentia absolvant Suffragia; videlicet: In unoquoque Conventu Officium Defunctorum in Choro recitet. Fratres Clerici et Laici ter Sacram Communionem offerant, et omnes Sacerdotes per Septimanam Illius Animam in memento Defunctorum habeant. Præsentes autem Litteræ Communitatibus promulgatæ Protocollis ingrossatæ ad viciniorem Conventum, juxta Ordinem Cursoriæ a Seris notatum remittant. Valete PP. ac FF. Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum memores. Datum in Conventu Nostro Solecensi ad Ædes S. Stanislai Epi. et M. die 8. 7bris 1805.

Fr. Joseph Ref. Min. Prlis

Fr: Joseph Drohojowski Ord. Min̄m S. P. Fsci Reforma-
torum SSæ V. MARIÆ Angelorum Minister Prov̄lis et Servus

Admodum Rndis, Rndis, Multum venerandis, Venerandisque Patribus
ac Dilectissimis in Xsto Fratribus Salutem et copiosam a Dn̄o Benedictionem.

Pastoralis solicitudinis etringit nos ratio ut omnibus et singulis nostræ curæ commissis Fratri-
bus invigilemus, ac pro bono singulorum totis viribus allaboremus. Novimus etenim quod bonus Pastor
/cujus Nos vestigia sequenda semper in votis habemus/ debet J. Joannis 10. Oves suas cognoscere, ac co-
gnoscendo, ovium necessitatibus providere ne omissa diligenti hujus muneris executione cogatur cum sua
verecundia audire illam per os Prophetæ datam a Deo Pastoribus comminationem Ezech: 13. Ego /inquit Deus:/ super Pastorem requiram gregem meum de manu eorum Quare cupientes ex animo cum Apost.
1. Cor. 9. Omnia omnibus fieri; In bina Ministeriatus nostri anni primi visitatione Vestri PP. ac FF.
in Xsto Dilectissimi profunde consideravimus, non ea tantum quæ gesta sunt, sed quæ gerenda ac providen-
da de Vestra pace, salute et tranquilitate restant, ut in omnibus optime provisi Deo serviatis in sancti-
tate et justitia coram ipso ambulantes omnibus diebus vitæ vestræ. Quæ ut securius eveniant, sequimur
pia cum veneratione illud Spiritus Divinissimi monitum Eccli 32. Omnia cum consilio fac et illud alterum
Tob: 4. Consilium semper a Sapiente require ac eo fine Congregationem primam annuam /: præ-
habita expressa Licencia Reverendissimi Patris Hilarij de monte magno Commissarij Generalis Su-
perioris Honorandissimi:/ instituendam declaramus, ut cum Jis, quibus de jure consulere ac una nobi-
cum decidere circa Bonum Provinciæ, ac singulorum, Pastoralli nostræ Solicitudini Commissorum in-
cumbit, ea quæ meliora seligamus, ac pro augenda Dei Ter-Optimi, Maximi Gloria; Vestroque PP.
ac FF. Dilectissimi profectu et incremento disponamus. Huic proinde Congregationi celebrandæ Con-
ventum Stopnicensem, diem vero 23. Junij anni currentis assignamus, ad quam humanissime invi-
tamus Optimi Consilij Arbitros videlicet: R.P. Felicem Janowski Custodem vocalem ac Secreta-
rium Provinciæ. A.R.P. Joseph Mecinski. R.P. Ladislaum Dzierzanowski. R.P. Lucianum No-
wosielecki. R.P. Narcissum Wielkodworski. Definitores actuales Provinciæ, quorum præsentiam
pro die 20. Ejusdem mensis de mane avidissime expectamus, cæteris quibuscunque citra speci-
alem Nostram licenciam, accessu ad Locum Congregationis sub pœna Apostasiæ inhibito. Quia
tandem omne datum optimum, et omne Donum perfectum de sursum est, descendens a Patre Lu-
minum injungimus Patribus Localibus Superioribus ut per omnes Conventus duabus ante Con-
gregationem Septimanis invocetur Septiformis munere Spiritus Divinissimus, per solita et præ-
scripta Suffragia statutis temporibus devotissime persolvenda. Ipso vero die Congregationis Nostræ
in unoquoque Conventu decantetur Missa Votiva de Spiritu S. in qua omnes Clerici et Laici devote
communicabunt, Sacramque Communionem offerent pro felici successu Actuum Congregationis
Nostræ, quibus et cæteris omnibus liberam electionem Confessarij /: modo jam alias pro Fratribus
approbati:/ cum potestate absolvendi a Casibus reservatis pro hac vice concedimus. Præterea
Omnes Presbyteri in Missis privatis ipso die Congregationis addant Collectam de Spiritu Sancto.
Hæc sunt quæ concernunt Opem de Super invocandam, Alia vero quæ ad ordinate peragenda ne-
cessaria sunt sequentibus exprimuntur mandatis: Imo Ut Superiores Locales ad Contenta Sche-
dæ cuilibet Conventui per nos distributæ respondeant, quod ut exactius eveniat Discreti Conventuum
primo Regestra Officinarum revideant et confrontent Omnes Officinas /: prout vi Officij sui obligantur/
revideant quidve accesserit vel decesserit fideliter notent, Schedas vero subscriptas per fidelem
latorem ad Conventum Stopnicensem tempestive transmittant. Ne autem multiplicentur Cursores
demandamus: Ut PP. Guardiani remotiores a Conventu Stopnicensi propinquioribus Guardianis
expeditionem necessariam remittant. Recordentur etiam Locales Superiores quod illis injungitur
ut a Dominis Substitutis Regestra perceptæ et expensæ recipiant, eaque obsigillata ad futuram
nostram visitationem relinquant. Item PP. Guardiani cum Schedis Testimonia de celebratione
Missarum cum subscriptione omnium Sacerdotum transmittant. Tandem Testimonia Clericorum
et Laicorum de fideli Precum recitatione nos certificabunt. 2do Patribus Lectoribus in qui-
bus Conventibus terminantur Studia injungimus: ut sincerum Nobis exhibeant Testimonium
de Scientia et capacitate suorum Studentium, vel si aliqui Juvenes alijs applicandi veniant Stu-
dijs. Tum una cum Discretis Conventus de Vita et moribus eorum conscientiosum conspi-
ciant testimonium. Idem facient Patres Resolutores Casuum Conscientiæ et Examinatores
de diligenti ac exacta a PPbus Confessarijs resolutione ad Propositos Casus. 3tio Insuper præ-
cipimus PPbus Guardianis ut post subscriptas Schedas, Missas tum accessorias tum absolutas
tum quæ relinquentur cum Eleemozyna fideliter in Regestris notent de quo in futura Deo dan-
te Visitatione investigabimus. Præsentem vero Nostram futuræ Congregationis Intimationem
cum expressis in ea recommendatis ac demandatis Superiores Locales suis respective Communita-
tibus curent publicari, Protocollis ingrossari et secundum ordinem Cursoriæ ad viciniorem
Conventum sine mora transmitti. Valete PP. ac FF in Xsto Dilectissimi Nostri ac Benefa-
ctorum in Orationibus memores. Dabam Cracoviæ ad Ædes S. Casimiri Confessoris Die 20
Maji A. 1805.

Fr: Joseph Refor Mnri Pralis
m.p.

Fr. Joseph Drohojowski Ordinis Minorum S. P. F. Reformatorum Ssmæ Virginis
Mariæ Angelorum Minister Provincialis et Servus.
Admodum Rndis, Reverendis Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectis:
simis in Christo Fratribus Copiosam a Domino Benedictionem.

Inter tot pericula Mundi quibus præmitur Homo viator, difficile foret humanam conditio:
nem a crebris lapsibus liberari, nisi contra militantia intus forisq adversa, quæ vel ipsa
fragilitas proni ab Adolescentia sua ad malum hominis suggerit vel fallaciis blandiens animas
tentator quærens quem devoret substernit. Divina juvetur ope, Divinarum humanarumq
Legum dirigatur Virtute, Perfectorum excitetur exemplis, ac Eorum qui præsunt indefessa
custodiatur vigilantia. Quod si hæc per ipsam labilitatis humanæ experientiam compro:
bantur, ac per necessariam mortalibus relictam monitionem commemorantur in Epistola ad
Ephe: 5to Divi Pauli inquientis Videte Fratres quomodo caute ambuletis non quasi insi:
pientes sed ut sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt, quomodo non serio
a nobis meditanda. Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi quos è Contubernio mundi vocatos
uberioribus Deus replevit donis, præmunivit consiliis, sacravit Officiis sibique mancipa:
vit, attestante ipso Sacro Eloquio Numer: 16. Separavit vos Deus ab omni populo, et jun:
xit sibi ut serviretis Ei, nimirum ut simus populi Dei, oves et simul Custodes pascuæ ejus
custodientes nosmetipsos in sanctitate et veritate in qua vocati sumus, prout admonet
Propheta Malachiæ 2. dicens: Vos qui Spirituales estis, custodite Spiritum vestrum Spi:
ritum videlicet Vocationis vestræ, Spiritum pacis et Charitatis, Spiritum Consiliorum
Christi quibus juratam manum imposuistis, Spiritum denique Religiosarum virtutum
pietatis et ædificationis. Hæc equidem in nobis desiderantur etiam à filiis hujus Mundi
ut iis ac si totidem exemplis supra fragilitatem eleventur, vel saltim bonæ existimationi
quæ ipsa Conscientiâ Judice debetur Ordinibus Religiosis Sancta instituta observantibus
nomen subscribant. Deploranda profecto eorum sors qui semel abnegantes impietatem et
sæcularia desideria denuo cunctis placere student, et neminem ædificantes mundana quærunt
quæ calce abjecerunt, respiciunt retro postquam ad Aratrum Religiosæ culturæ manus inje:
cerunt, efficiuntque quod ii per quos condiendi sunt populi, tanquam Sal infatuatum pedi
bus conculcentur, id est vilipensioni ac contemptui exponantur. Quomodo namque ⸗ ait
Divus Ambrosius: ⸗ observari possunt à populo qui nihil habent separatum à populo nihil
dispar à multitudine. Ita sane est ut nec bonus Xti odor etiam in optimis populo sapiat,
dum istorum malorum sordibus misceri et obscurari conspicitur, ipsaque Religio in pu:
sillorum sensu vilescat, quæ Religiosorum indignitate fœdatur. Sed procul absit à Vo:
bis Patres ac Fratres in Xto dilectissimi hæc obviatio, quæ corrupti Sæculi moribus assimilia:
ta offensionis lapidem et petram scandali exigeret. ⸗ Satagite ut per bona opera per Sanctæ
Regulæ ⸗ ita ut optimam ac Patrum nostrorum exemplis elaboratam existimationem tueri
opus esset. Satagite ut per bona opera per Sanctæ Regulæ, Constitutionum Ordinationum
ac regularis disciplinæ Observantiam certam faciatis vocationem vestram, ut de bono
opere proximis præbeatis exemplum, et ut erubescant qui oderunt nos. Nostram vero quæ
tangunt curam circa vos ac Pastoralem solicitudinem ea duntaxat in præsenti mox cele
brata Congregatione ⸗ in qua statum Provinciæ una cum Venerabili Definitorio alte
perpendimus ⸗ enarrare ac executioni commendare decrevimus, quæ jam ordinata co:
mendata nondum tamen ad effectum deducta deprehendimus. Vos ergo præprimis Supe
riores Locales in adminiculum Ministeriatus nostri vocati, nolite deesse partibus nostris
sed orationibus interpellando ad Deum, bono exemplo ac exhortationibus culparum fre:
quentioribus ad quas obligant vos Statuta, et Nos præsentibus succurrite communitatibus
Vestris. attendant etiam ut omnes quotquot legitime non sunt impediti juxta obloquen:
tiam Statutorum Orationi mentali aliisque in Choro devotionibus absolvi solitis omnino
adsint, neglectis enim his plures de spiritu devotionis torpere deprehenduntur, Juniores
vero maxime in Studiis existentes in Spiritu devotionis exercendos curent, murmuratores
autem protervos rebelles ac erga Seniores irreverentes primo quidem paterne moneant de:
in incorrigibiles puniant mortificent, etiamsi opus fuerit ad rigorem Legis. Insuper recri
ationem absq legitima causa huc usque practicatam omnino impediant, demum Fratri
bus Laicis qui nondum decem annos fnieverunt in Religione non permittant quotidia
nam portionem Cremati, sed tantum sicut aliis Junioribus in Studiis existentibus, ita
et illis concedatur aliquibus temporibus sibi bene visis, qui vero procurare auderent hunc
potum et crapulæ addicti essent severissime puniantur, etiam secundum Vrabilis Defini
torii modernam decisionem Caparonis delatione. 2do. Renovatur Ordinatio jam facta

circa Missam Conventualem diebus festivis, quod haec tempore concursus populi pro Confessio-
nibus absolvendis debeat absq cantu legi, ut habeatur major commoditas ad excipiendi
dictas Confessiones. 3tio Declaratur praesentibus Patres Lectores juniorum Studiorum
|: exceptis videlicet solis Lectoribus et exLectoribus Sacrae Theolgiae :| qui non fuerint sui Offi-
cii exercitio impediti, actu non esse liberos a resolutione Casuum Conscientiae et Examine
ex Theolgia Morali, nullum enim aliud Ius aut Consvetudo ad eam libertatem Eisdem
competere potest. 4to. Patres Confessarii clara voce alloquentes suos poenitentes in
Confessionali iterato admonentur, et seriae animadversioni Superiorum Localium et
Nostrae relinquuntur. 5to. Prohibetur serio appropriatio Elemosynae datae pro obsequiis
Spiritualibus practicata ab aliquibus, et si enim licitum sit Religioso petere ut sibi à
Superiore provideatur de rebus necessariis, illicitum tamen eandem Elemosynam ac si
pro suis necessitatibus tributam clandestine apud Personam expositam reponere aut in
res non necessarias expendere. 6to Tolluntur prorsus Jejunia particularia quibus submi-
nistrandae essent seorsivae ab aliis portiones, haec enim vitae communi contraria sunt.
7mò Commemoratur Patribus Vicariis ut sedulius invigilent profectui Spirituali
Fratrum suae curae subjectorum, Circulosq post prandium fieri ab antiquo solitos non
intermittant eosq nequaquam peremptorie absolvant inquirentes de perceptis fructi-
bus ex Meditationibus ac de Actibus Virtutum exercitiis ab iis, tandem eosdem Fra-
tres in Ceremoniis Ecclesiasticis rite servandis practice instruant. Tenes haec notifica-
tur quod habito justo respectu super labores in Officio Praedicaturae consumptis M.
V. Patris Georgii Podlewski. et Regalati Novacki. Eosdem V.V. Definitorum uti
Emeritos declarat ac Praecedentia juxta Statuta Sambucana gaudere posse ac debere
definit. Haec vobis Ptres ac Ftres in Xto Dilectissimi praesentibus duximus com-
mendanda quae fideli sui executione Deo laudem proximis exemplum, Religioni ac
Provinciae nostrae optimam existimationem Nobis consolationem Vobisq compara-
bunt augebuntque meritum. Caeterum praesentes Literae nostrae Communitatibus
lectae explicatae, Protocollis ingrossatae ad viciniores Conventus juxta Ordinem Curso-
riae per fideles Latores remittantur. Valete Ptres ac Ftres dilectissimi Nostri ac
Benefactorum nostrorum in Orationibus memores. Datt. Cracoviae ad Edes S.
Casimiri Confess: Die 20. Julii Annò Dni 1805to.

Fr. Joseph Ref. Mnr Prolis mpp.

Fr. Joseph Drohoiowski Ordis Mrm S. P. Francisci
Reformatorum Provinciae Sae Vis MARIAE Angelorum
Minister Provincialis et Servus

Admodum Reverendis Rndis Multum Vndis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto Frbq copiosam à Dnò Benedictionem

Probatam Sacris Paginis, Sanctamq Consvetudinem orandi pro De-
functis ut à peccatis solvantur, non sine spirituali emolumen-
to à Nobis orthodoxè observari novimus Patres ac Ftres in Christo
Dilectissimo. Si equidem negandum non est |: ut ait S. Aug. Enchy-
ridiò Cap. 110. :| animas in pietate viventium relevari. ita absque
dubio relevatas è flammis Purgatorii per opera Pietatis et Mise-
ricordiae, nobis quoq Divinam clementiam propitiam impetraturos
cum fiducia expectamus. Sciunt enim |: ait Idem S. Doctor :| animae Pur-
gatorii nos in multis periculis versari, sicuti et Nos credimus easdem
in Purgatorio multum torqueri. Huic Devotioni insistens R.P. Na-
zarius Lephowski Custodiae Roxolanae Definitor olim piae Defun-
cti A.R. Patris Ignatii Warszawski Commissarii ac Visitatoris
Generalis in Nostra Provincia Secretarius hanc piam Suam inten-
tionem

intentionem nobis exponi fecit, petiitque, ut unam diem ex trium dierum
Suffragiis Eidem piè Defuncto Patri Ignatio à Provincia oblatis, sibi ab Eodem
dem Scitu, et Consensu Patrum Definitorum Provinciæ donatam seu cessam
animabus Suffragio carentibus applicemus, ac pro iisdem dicta Suffra-
gia offeramus, revolvens mente illud pro spirituali gaudio, quo Dux Ma-
chabæorum Cap. 12 superviviens contelabatur: Quod hi, qui cum pietate
donationem acceperdut, optimam haberent repositam gratiam, quæ suæ
quoq cedere valeat utilitati. Quare tam justo Dicti R. Patris Nazarii
Lephowski satisfacientes desiderio injungimus Præsentibus, ut in Uno
quoq Conventu pro Defunctis Suffragio carentibus absolvantur Uni-
us Diei Suffragia, videlicet. Quilibet Sacerdos Missam celebret. qui-
libet Fr Clericus officium Defunctorum, et Fratres Laici semel
centum Pater et Ave, ac totidem Requiem æternam recitent. Præ-
sentes verò Literæ Communitatibus lectæ et recommendatæ, Pro-
tocollis ingrossatæ sine mora juxta Ordinem Cursoriæ ad Viciniores
Conventus remittantur. Valete Patres ac Fres Dilectissimi Nostri
ac Benefactorum Nostrorum in Orationibus memores. Datum in Con-
ventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Conf. d. 9 Jan. A.D. 1806.

Fr. Joseph Ref. Mnr Provincialis.

Fr. Joseph Drohojowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ
SSmæ Vs Mariæ Angelorum Minister Provincialis et Servus.
Admodum Reverendis, Rndis, Mrndis, Undisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fribus
Salutem a Domino et Benedictionem.
Omnibus viventibus communis mors, sed in insignibus Personis præsertim Benefactoribus
nostris nunquam est satis deploranda, Hæc mors licet ab oculis nostris e numero viventium
sustulent piè Defunctum plurimorum Annorum Diœcesis Cracoviensis Administratorem Illu-
strissimum ac Rndssmū Dnū Joseph Olechowski Episcopum Uranopolitanū ac Suffraganeū,
non tamen recentem Personæ Ejus obliteravit vel unquam obliterabit in nobis memoriam, ac
dulcissimam ejus Gratiam Benevolentiæ ac Protectionis [?] qua erga Ordinem nostrum ferebatur
recordationem. Hic certe meritissimus in Ecclesia Christi ac in Diœcesi Cracoviensi Præsul
vere Paterno Nos fovebat Corde, ac in omniū Cordibus magnam nobis conciliabat æstimationē
imo in omni negotio Provinciæ nostræ benigne succurrebat. Dignum itaque est ut et Nos Animæ
piè Defuncti Nostri Benefactoris succurramus. Quare muneris nostri ac debitæ huic Benefactori
nostro gratitudinis ratio exigit ut hunce piè Defunctum Benefactorem Communitatibus Pro-
vinciæ Nostræ commendemus injungentes hæc sequentia suffragia: Imo In Unoquoque Con-
ventu Provinciæ Nostræ Officium Defunctorum pro Anima Joseph Episcopi in Choro recitetur.
2do In Tabula Sacristiæ Memoria Joseph Episcopi per totam Hebdomadam exponatur. 3tio
Fratres Clerici et Laici ter Sacram Communionem in ejus suffragium offerent, terque viam
Crucis obibunt. Valete P.P. ac F.F. mei Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum vivorum et mor-
tuorum memores. Datt. in Conventu Nostro Casimiriensi ad ædes Annunciatæ B.V. Mariæ
d. 4. Februarij 1806.
F. Joseph. Refor. Mnr Provlis, mpp.

Fr. Joseph Drohojowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ
SSæ Vs Mariæ Angelorum Minister Provincialis et Servus.
Admodum Reverendis, Rndis Mrndis, Undisque Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fra-
tribus Salutem a Domino et Benedictionem.
Plurimis Beneficentiæ argumentis ostensa ac impressa Cordibus Nostris Liberalitas nostrorum
Benefactorum stringit nos et obligat, ad reddendam illis gratitudinem, quam si debebamus
viventibus, multo plus illam debemus demortuis. Hic est enim debitus ipsis nostræ gratitudi-
nis scopus, ut qui recipieramus bona a viventibus, illisque rependamus demortuis, et gratissi-
grata ad Deum dirigamus Suffragia. Utique et Ille Judas Machabæus bene et Religiose de
Resurrectione mortuorum cogitans, invitavit quoque Templi Hierosolymitani Ministros ut offerent
pro Defunctis Sacrificia tribuens eisdem certum stipendium 2. Mach. 12. Imitemur et nos hoc exem-
plum ac offeramus pia ad Deum Sacrificia Orationesque nostras pro piè Defuncto Magni-
fico, Munificentissimo ac Addictissimo Benefactore nostro Casimiro Karski Perillustre
Sandomiriensi, Cujus Animæ optima Conjux Perillustris Salomea de Szczepanowskie
Karska providit in Nostra Provincia Suffragia, Congruumque Stipendium jam reposuit.
Quapropter satisfaciendo piæ ejusdem intentioni obligamus omnes Locorum Superiores ut in
unoquoque Conventu sequentia curent absolvi Suffragia, videlicet: Quilibet Sacerdos pro Anima
Casimiri unam Missam absolvat, Quilibet Clericus Officiū Defunctorum, et Quilibet Fr.
Laicus

Laicus 100 Pater et Ave totidemque Requiem aeternam recitet. Insuper in quolibet Conventu Officium Defunctorum in Choro et Missa cantata absolvatur. Ter vice Crucis Stationes, terque SS. Communiones pro Anima Casimiri offerantur. Praesentes vero Literae Communitatibus lectae et explicatae Protocollis ingrossatae, ad viciniorem Conventum juxta ordinem a tergo adnotatum per fidelem Latorem transmittantur. Valete P.P. et F.F. in Xto Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datt. in Conventu Nostro Sandomiriensi ad aedes S. Joseph Nutritij Jesu die 1. Martij 1806. Ao. Fr. Joseph Reform. Mnr Prolis mp.

Fr. Joseph Drohojowski Ord: Mnm S. P. F. Reformatorum Provinciae Ssae V. Mariae Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Vendis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus, Copiosam a Domino Benedictionem.

Eximia cura Salutis Verbis Christi Jesu Salvatoris Nostri commendata Eorum quam maxime insidet animis, qui tempestivus futura praemeditantes noverunt perbelle ex mammona iniquitatis (: prout edocuit Christus :) comparare sibi Amicos in Coelestibus Regnis, quique ignorae diei et horae qua pulsaverit Sponsus invigilantes paratos se se exhibent ut vocati ad Agni Immaculati Nuptias cum plenis oleo bonorum operum lampadibus, vestigio Virginum quinque Prudentum Premio adnumeranda venit devota vestra opinione Patres ac Fres in Christo Dilectissimi pie defuncta Magnifica Julianna Gotkowska Virgo, Quae ultimo huic fini intenta toto vitae spatio, prae omnibus ceteris illud unum maxime necessarium seligere visa est ut ad vocem Sponsi pulsantis exeat obviam ei completis christianae pietatis operibus ac persolutis pro impetranda finali gratia Orationibus quibus Nostras quoque accumulare voluit etiam post fata sua per relictam pro Suffragiis animae suae Eleemosynam. Huic igitur pio satisfacientes desiderio injungimus pro praefata defuncta Julianna Suffragia per duos dies absolvenda ab omnibus Presbyteris, Clericis, et Laicis prout moris est cum Officio Defunctorum in Choro et Missa Cantata. Insuper autem suplendo defectum Presbyterorum in quolibet Conventu celebrentur quatuor Missae lectae pro eadem defuncta Fres vero Clerici et Laici duas Sacras Communiones pro anima Ejus offerant. Praesentes tandem Literae Communitatibus intimatae Protocollis ingrossatae ad viciniorem Conventum juxta Ordinem foris adnotatum remittantur. Valete Pres ac Fres in Xto Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad aedes S. Casimiri Confessoris die 16. Martii Ano 1806. Fr Joseph Reform: Mnr Provincialis mpp.

Fr Joseph Drohojowski Ord: Minor: S. P. N. F. Reformr Provinciae SSmae V. Mariae Angelorum Minister Prolis et Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Copiosam a Dno Benedictionem.

Maestum humanae Conditionis exitum toties nostra Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi lugubri cogitatione revolvendum opinamur, quoties Viros de Majoribus natos ac singulares Provinciae nostrae Benefactores et Protectores e vivis sublatos percipimus. Una equidem aequalisque mortis sors afficit Plebem ac Orbis Principes Insigonioresve Viros, juxta illud quod Sacer Textus enarrat Et Vos sicut homines moriemini, aut cum in Proceribus Majoribusque desinit Vita plura utique decessisse conspiciuntur, quae non Funebrales solum sed Copiosiores Orphanorum Pauperumque trahunt post se lacrymas. Tales dedisse satis Judae Duci Militum Universum Israelem Liber Machabaeorum testatur. Et David Rex gemitibus suis super fatis Abner memorabile adjecit effatum inquiens: Nequaquam ut mori solent ignavi, Hic mortuus est. 2. Reg. 3. Hic pro maesti Cordis nostri sensus esto super Morte qua Mortalitatis suae exsolvit Tributum. Illustrissimus Dns Felicianus Mieraszewski Myslovienis Generalis Dux Exercitus Olim Polonici Ordinis S. Stanislai Eques. Haereditarius Comes Majoratus Myslowiensis, Conventus Nostri Cracoviensis Syndicus Apostolicus ac Protector singularissimus, Vir plenus dierum ac Meritorum, quibus debetur gloria a longa Celebranda Posteritate, utpote resplendens in Sinu Familiae Illustrissimae cum fuerit unus ex illis, de Quibus (ut ait Ecclesiastes C. 44.) qui nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Sed inspiciamus plura oportet, quod mortuus sit Ille, qui vivens dilexit nos, Et quemadmodum Munificentissimis suis Beneficiis, speciali quodam nexu vinculi nos sibi

effec:

effecit obligatos, ita pro justo pietatis et gratitudinis documento ad ferventer funden-
das in Deum preces, quibus suffragari Animæ Illius nos oportet devinxit, ut
premium accepturus Divinæ Misericordiæ Gratiâ de tenebris temporalibꝫ ad
Lumen Gloriæ evectus sit, ibidemq. Laudent Eum Opera Ejus. Eo itaq fine injun-
gimus justa pro Prælaudato defuncto Feliciano Suffragia videlicet sequentia.
In unoquoq Conventu Provinciæ nostræ Officium Defunctorum in Choro et Missa
Cantata absolvatur, Quilibet Sacerdos unam Missam lectam celebret, quilibet Fr.
Clericus semel Officium Defunctorum et quilibet Fr. Laicus semel Centum Pater
noster et Ave ac totidem Requiem æternam recitet. In Conventu verò Craco-
viensi, cujus Præfatus Illustrissimus Carolus Defunctus extiterat Apostolicus
Syndicus ac Pater Beneficentissimus præcipuusque Protector supra præfata
Suffragia triplicentur absolvanturq tanquam pro Fratre Nostro cum Missa
Cantata ex Exequiis Solemnibus ad expositam in Ecclesia Tumbam persolvendis.
Præsentes autem Literæ Communitatibus intimatæ Protocollis ingrossatæ sine
mora remittantur ad Viciniores Conventus juxta Ordinem foris adnotatum.
Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum
Nostrorum in Orationibꝫ memores. Dabam in Conventu nostro Cracoviensi
ad Ædes S. Casimiri Confessoris D. 18 Martii Aº 1806.

Fr Joseph Reform Mnr. Provlis mp

Fr. Joseph Drohojowski Ord's Min. S.P.N. Francisci Reform. Provinciæ S.
Pæ Vi Mariæ Angelorū per Galliciam Occidentalem Minister Provincialis et Servus
Admodum Rndis Rndis, Mrndis Vndisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratri-
bus copiosam a Domino Benedictionem

Et si afflictis Ordinis ac Provinciæ rebus per asperas difficultatū vias cogimur tran-
sire, illud tamen levamini nostro accedere conspicimus, quod Divina haud destituimur ope
in peragendis, sine qua frustra laborant qui ædificant, & frustra vigilant qui custodiunt ut
habet Sacer textꝫ Ps. 126. Hoc Brachio Divino super nos extento vergente ad finem Anni
alterius officio Ministeriatus Nostri, Solicitudinis nostræ circa Bonum Provinciæ ac cujus-
libet vestrū P.P. ac F.F. in Christo Dilectissimi pertractanda nobis veniunt desidera.
quæ non tam spem nostræ quietis post labores quos subivimus, quam potius vestros
juxta præscripta debitæ justitiæ adimpleant conatus animorumque expectationem, quæ
dum ab oneribus alios liberare valebunt, robustiores alios ad novas officiorum pro
exigentia temporis ac circumstantiarum suscipiendas sarcinas præparent. ac prædeter-
minent, quæ demū anxios de prædestinato certificent loco, omnesque in hac certissi-
ma relinquant consideratione, quod pro omniū allaborantes tranquillitate eas præ
manibus habitas summus regulas, quibus commune bonū privato præferendum est.
At cum hisce conatibus nostris juxta consuetum Legis Ordinem in forma secundæ an-
nuæ Congregationis peragendis ante positum sit Decretum Aulicum ab Excelso Cæs.
Regio Gubernio Leopoliensi sub die 31. Januarij Anni Currentis Nro 47.957. intimatū
Nobisque mediantibus Excellmis ac Illrmis Consistorijs Episcopalibus communicatū
quo Augustissima Majestas pro sua erga Ordines Religiosos Clementia prædisponere di-
gnata est, ut in ordine restaurandæ Regularis disciplinæ coadunatio Provinciarum
utriusque Galliciæ in unam Provinciam Methodo Capitulari, juxta cujus normam
unius Provincialis electio a Congregatis ex utraque Gallicia Patribus perfici debeat
effectuetur. Hinc eandem Supremam Suæ Majestatis Voluntatem notam quoque
vobis esse volumus Patres ac F.F. in Xto Dilectissimi, significamusque præsentibꝫ
quod omissis alijs formalitatibus Ante Capitularibus quæ urgenti hoc in Casu ob-
servari nequeunt, servatis tn alijs servandis huic Capitulo Celebrando determina-
vimus diem 20. Julii Anni currentis in Conventu Jaroslaviensi, pro hoc igitur
Capitulo invitamus omnes qui huic negotio perficiendo ad Mentem Decreti Aulici
superiꝰ citati invitandi sunt, ac quibꝫ Constitutiones Ordinis jus ad hoc tribuunt
et quidem Admdos Patres Provinciæ & Rndos Patres, Custodem Vocalem ac Definitores
Provinciæ actuales, pro die 16 ad Vesperas. Jam vero Rndos ac Mrndos Patres Guar-
dianos die 18 mane cum Missis humanissime expectamus, Cæteris vō alijs accessum
ad præfatū locū Capituli interdicimus sub pœnis in Statutis exaratis, nisi quibus specialis
nostra concedat facultas. Orate igitur P.P. ac F.F. Dilectissimi Deum T.O.M., qui futura præsens
determinare non desinit, ut nobis agentibus pro Domo sua largiatur Spiritum rectum, Orate
inquam per Suffragia a Statutis præscripta ac continuata per duas hebdomadas ad ipsam
inclusive

inclusive Capituli diem in qua Solemnis Votiva de Spiritu Sancto in uno quoque Conventu
decantabitur et in Missis privatis Collecta de eodem Spiritu S. a Presbyteris recitabitur.
In eadem quoque die conceditur libera Electio Confessarij alias approbati. Ne vero in-
terea Conventus absque Legitimis Superioribus subesse teneant. Quos institutos a Nobis
Præsidentes exhortamur ut tanquam Boni dispensatores nihil amoveant, nihil innovent
nec ullo prætextu eleemosynas dilapident rationem dispensatis Superioribus reddituri
Inhærendo autem Constitutionibus Apostolicis et Ordinis, tum laudabili Provinciæ Consuetu-
dini prædisponimus, ut ea omnia quæ concernunt Descriptionem accuratam Scheda-
rum, tum Testimonia jurata Missarum Examinis ac Resolutionis Casuu Conscientiæ
tum denique judicia de Capacitate et Moralitate Studentium præsentanda in Ca-
pitulo P.P. Guardiani secum deferant. Has porro Literas Communitatibus pro-
mulgatas ac Protocollis ingrossatas curent Patres Locorū Superiores sine mora
per conductu Latorem ad viciniores Conventus juxta Ordinem foris adnotatum re-
mittere. Valete P.P. ac F.F. in Xto Dilectissimi memores semper in Orationibus
Vestris Necessitatu S. Matris Ecclesiæ, Religionis ac Provinciæ Nostræ, tum denique
Nostri ac Benefactorū Nostrorū. Dabam in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes
S. Casimiri Confessoris die 20 Junij Aō 1806.

Fr. Joseph ~~Droho~~ Refor. Mnr Prlis

Fr Felix Janowski Ordinis Minorū S: P: N: Francisci
Reformatorū Provinciæ SSmæ: Virginis MARIÆ Ange-
lorū: per utramq; Galliciam et Lodomeriam Minister
Provincialis et Servus.

Admodū Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq;
Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem a Domino.

Jam vos Patres ac Fratres in Christo dilectissimi satis per Literas Anti-Capitula-
res edoctos fuisse arbitror, qualiter mandante Decreto Aulico per Excelsum Gu-
bernium Leopoliense mediantibus Excellentissimis ac Illustrissimis Consistorijs
Episcopalibus, Religiosis Ordinibus intimato Capitulum Provinciale cellebrandū erat fine
coadunandarum utriusq; Galliciæ Provinciarum in unam Provinciam, eligendiq;
unicum ejusdem Moderatorem seu Ministrum Provincialem; qualiter eodem Decre-
to insinuatum sit futurū ellectū Provincialem, debere omnibus sui officij partibus eo
vel maxime tendere, ut quidquid indecorum fatali humanæ conditionis labilitate
Ordini accessit rescindat, dissipata religiosor: Spirituum fragmenta colligat ac totam
religiosæ observantiæ structuram eo componat ut pristina Patrum piorū gloria
contra inglorium Orbis et Urbis de Religiosis ordinibus rumorem restituatur —
Faxit itaq; Deus T: O: M: ut qui huic tempor: ac prædordinationū humanar: sorti sibi
antequam quidquam faceret a principio, minima incognita certum decrevit exitum
Me quoq; licet exiguum tam arduis † injectum laboribus, quanti mihi nunc vestris
votis ellecto pro utraq; Gallicia Provinciali oportuni sunt adjuvet foveat protegat,
ut fiducia coadunatæ Provinciæ spesq; de illa concepta ullius expectationem
minime fallant. Cupio equidem ex animo non tam præesse quam prodesse qui nunc
videor, non mei tantum sed aliar: Conscientiar: rationibus oneratum quam primum
mihi quoq; locutum fuisse Deum percepi sicut locutus est per os prophetæ ad Prin-
cipem Gentis Jerem C. I: Ecce constitui te super Gentes et Regna ut evellas et de-
struas, et disperdas et dissipes et ædifices et plantes,, At si ipsi naturam Institutu
nostri seu Regulam quā jurejurando Domino observare promisimus non parum
a vobis meditatam huc usq; perpendibis, velim existimare vos religiosis votis obstric-
tos non perversar: Opinionum incitamentis neq; solutioris vitæ cupidine neq; rerum
æternatum oblivione a sanctis conatibus dimoveri posse, ut sic: Deponentes omne
pondus per patientiam curramus ad propositum nobis Certamen, aspicientes in
Authorem fidei: [et consilior: Evangelicor:] consumatorem Jesum qui proposito gau-
dio sustinuit Crucem confusione contempta Hebr: 12. Profecto si Ducem nihil valere
et esse sine militum virtute obedientia præsertim et fortitudine,, effatus est quidam
sapiens jam inde et si nulla externa oppressionis sive Suppressionis Causa nobis perti-
mescenda foret, internas ergo ipse vereor quibq: Spiritus Religiosus tepescit vigor
observantiæ deficit Charitas refrigescit, Obedientia libertatem quærit Paupertas divi-
tem agit Candida virtus pallet Sobrietas haustibus suffocat: mala exemplatu,,
mescunt, Sensus philautia exagitati ac decepti vix trahunt post se suave jugum
Christi quod prius ardenter amplexati sunt. Ipsi denum religiosi Viri paliato zelo
animar: imbuti e socialis vitæ contubernio ac Clausura monastica avocantur
vel sui recessus nefandi aut infirmæ et Abjectæ vocationis Culpam in innocentem
convertunt Provinciam. Sed

sed procul aberunt a liminibus religiosæ vitæ hi deplorandi eventus si: /ut fas est:/ sanctissimum Ordinis nostri Fundatorem et Patriarcham Franciscũ adesse nobis recogitemus et quæ relinquit sequenda crebra perscrutemur recollectione tunc enim in tam Sancti ac Sapientissimi Legislatoris præsentia prævaricatorem quemquã occupabit pudor et dolor violatar: Legum factiqȝ cum Deo contractus, et Spiritu Religionis adimpleri Capitulo fervidum concipiet Ardorem tum Culpas emendandi, tum sese a remorsibus conscientiæ gravioribȝ liberandi. Legamus:/ ut præmonuit Esdras:/ meditemur custodiamusqȝ Leges nostras si integri si salvi, si beati esse vellimus. His accedunt quædam prælectiones quæ per præsens Capitulũ Provinciale ac Venerabile Definitorium, disposita sunt, quæve non speciem novar: Legum sȝ antiquar: Ssæ Regulæ, Constitutionu Apicar: ac statutor: Ordinis et Provinciæ formam præseferentia, Vestræ PPres et Fratres in Xto Dilectissimi observationi per me notificanda ac recomendanda veniunt. Videlicet.

1mo Coadunationem Provinciar: utriusqȝ Galliciæ in unam Provinciam peractam esse in ea unione Charitatis, quã vincti in Domino non amplius simus hospites et advenæ sȝ Cives Sanctor: et domestici Dei superædificati super fundamentum Apostolor: et prophetar: ipso summo Angulari lapide Christo Jesu ad Ephes 2. Inde vero fluit.

2do Patres Orientalis Galliciæ considerari debere in eo respective meritoru et dignitatis gradu quem sunt adepti in sua Provincia juxta Constitutiones Ordinis et Provinciæ

3tio Omnes et singulos defectus ante hanc unionem fragilitate humanã a quibusdam commissos etiam respectũ illor: qui Clandestine ex Provincia Galliciæ Occidentalis ad Orientalem migrarunt ita obliterari ut non amplius liceat cuiquam eosdem exprobrare obicere ac per id Charitatem fraternam lædere nisi incorrigibilitatis novum emergens:/ quod Deus avertat:/ ad formandum Processum ipsis superioribus causam dederit, antiquiores etiam revocandi Culpas.

4to Omnes et singulos Patres ac Fratres Orientalis Galliciæ etiã illos qui propter apostasiam privati prius erant, gaudere suffragiis post mortem in tota Provincia exceptis tamen aliquibus ex emigratis ex Provincia Occidentali quor: vitæ Religiosæ emendandæ testimonium ad unum et alterum Annum exspectandũ decernit: ut mereantur hoc Privilegio uti

5to Clausuram Monasterior: strictissime observandam esse ita ut prætextu etiam paucitatis Individuor: manentiũ in Conventibus Galliciæ Orientalis: /quam rationem ut nullã respective ad violationem Clausuræ declaramus:/ minime liceat superioribus multomagis subditis intra mœnia Monasteryi Mulieres introducere eisqȝ ingressum permittere.

6to Usum quo ad formam et modũ vestimentorum ac omnis Supellectilis juxta altissimam Paupertatem quam Deo vovimus observandum fore ita ut ijs tantum vestimentis debeant esse Religiosi nostri Contenti quæ a Regula et Constitutionibus nostris sunt præscripta et concessa alia vero superflua curiosa pretiosa omnino tollenda.

7mo Receptionem Pecuniarum per ipsosmet religiosos sicut et earundem privatam procurationem penes se conservationem ac in particulares necessitates sine scitu et licentia superioris dispensationem alias per Regulam et Constitutiones Aplicas sub gravissimo Conscientiæ onere prohibitam nullatenus ab hinc practicandam etiam sub prætextu quod sint in assignatis seu vulgo Bancolettis qu e speciem realis pecuniæ et currentis præseferunt. Quod seria nostra animadversioni relinquitur

8vo Obligationes Chori Meditationum aliorumqȝ spiritualiũ exercitiorum etiam in Conventibus pauca Individua habentibus secundũ posibilitatem retinendas et exercendas.

9no Suspecta Consortia strictissime per Regulam prohibita vitanda quã ratione Fratres portulanas monendos esse ut neminem ex Religiosis:/exceptis Majoribus et Emeritis Patribus:/ vocent ad Portam sine Scitu et licentia Superioris localis.

10mo Parochis juxta possibilitatem inserviendum conformiter ad præscripta nostrarum Constitutionum quibus Cavetur: Ne Capellaniã sive perpetuã sive ad longius tempus accepten: Hinc qui ad Monasterium redire a Superiore invitati noluerint pro Apostatis declarandos et suffragiis consuetis post mortem privandos Venerabile Capitulum decernit.

11mo Juxta altissimum normale insequelam aulici Decreti 29: Aprilis Anno 1802 emanati per ordinationem Excelsi Gubernij sub die 31 January Anni currentis Nro 47957 mediantibus Excellentissimis ac Illustrissimis Consistoriis notificatu ac observandu:/ effectuata unione Provinciar: per demandatu Capitula:/ præsupositu solemnia Professionis vota elicienda in Anno ætatis vigesimo primo completo concedenda iis qui triennio ante hunc terminum Religionem ingressi continua suæ vocationis constantis moralitatis ac studior: progressus dederint Specimina. Reliqui tali ratione perseverantiam in vocatione non probantes ad Annũ 24 finitũ retrahendi; quem adepti si vellint ad Sacram votor: religiosor: professionem admittendi.

12mo Missa Conventualis in singulis Conventibus omnino quotidie cellebranda Diebus autem Dominicis in illis duntaxat Conventibus ubi pauci tres v.g: aut quatuor manent Sacerdotes quilibet illor: titulo Hebdomadarij sex per annum Dominicis Missam Conventualem cellebrare tenet: deinceps vero Die Dominico

Dominico Missam Conventualem cellebrans Feria 2da ad propriam Intentionem Missam absolvere permititur.

3tio Multum Venerandos Patres Ludovicum Wolinski et Petrum Alcantar. Wielkodworski pro laboribus in bonum Provinciae et Religionis positis inter Patres emeritos juxta statuta Sambucana adnumerando et pro talibus habendos Venerabile Definitorium declaravit.

Jam igitur brevi hac enaratione percepistis PP. et FF. Dilectissimi quae insunt Cordi nostro ut renovantes Fraternitatem in Sancta Jurali Status nostri observantiae fundatam sub protectione Virginis Sanctissimae Mariae Angelorum cujus Nomine seu Titulo nunc Amplicata Provincia gaudet indesinenter cantare valeamus: O quam bonum et jucundum habitare Fratres in unum. Quae ut omnibus et singulis innotescant locorum Superiores curent praesentes literas Communitatibus lectas explicatas Protocolisque ingrossatas ad viciniorem Conventum remittere per fidelem latorem sine mora juxta ordinem foris adnotatum. Valete PP. FF. in Christo Dilectissimi Divinis Benedictionibus implemini et orate pro incolumitate Sanctae Romanae Eclesiae concordia Principum Christianorum et extirpatione Haeresum pro necessitatibus Provinciae ac pro me et Benefactoribus nostris. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Confessoris d. 21 Septembris 1806 Anno

Fr. Felix Resp. Min. Prolis

Fr Felix Janowski Ord. Min. S. P. Fransci Reformatorum. Pvia[e] S.S.mae V. MARIÆ Angelor. per Utramq. Galliciam Mnstr Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq. Patribus, ac Dilectissimis in Xto Fratribus salutem a Domino.

Ea est Nobiliorum in Spiritu Animarum Mens, ut quanto plus incrementis Virtutum Christianarum sublevantur ac in Augmentum meritorum assurgunt, tanto magis per Cordis sui demissionē aliorum Orationibus juvari, Misericordiamq. Divinam pro se placari avidissime exoptant. Recollentes videlicet viva fide ac devota experientia mox solvendum Creatori mortalitatis suae tributum, didicerunt tempestius juxta Divi Pauli Doctrinam I ad Timoth: 6. Bene agere divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, commonicare, thesaurisare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. ut sic omnes ac singulariter eos sibi obligatos efficiant, quos propius Deo et Altari famulantes, continuisq. pro Benefacientibus Orationibus inhaerentes justis suis desideriis devote satisfacturos existimant. Inter hos aeterna aemulantes qui juxta Proverbior. 31. manum suam aperiunt Inopis et palmas suas extendunt ad pauperes, ut eorum juventur Suffragiis. Commendanda Vobis Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi praesentibus venit Illustrissima Domina Ludovica Morska Subcameraria Premysliensis, Quae in nobismetipsis bonorum Operum Testimonium habens, jam dudum ad Sibi gratitudinis officia persolvenda nos obligatos habet. At cum ita provecta non tam Vita praesentis aetate, quam bonis Operibus, novis nos cumulare voluit Beneficiis per novam Consignationem Elemosynae per Conventus Provinciae distribuendae, ea cum gratiosa alleviatione, ne multis Conventus graventur Missarum Oneribus, sed potius

precibus piisq. operibus ac consuetis in Provincia Nostra Spiritualibus exercitiis propitiam Eidem faciamus Divinam Miserationem, ut ea finali gaudere valeat Gratia, a qua felix de hac corruptibili carne exitus Animæ pendet. Hinc præsentibus pro impetranda finali gratia, Prælaudatæ Illustrissimæ Ludovicæ, sequentia assignamus Suffragia, juxta Intentionem Ejusdem: 1mo In unoquoque Conventu, ubi plus quam 5 Præsbyteri manent cantabuntur Sex Missæ duæ videlicet ad Bsmam V Mariam, duæ ad S. Antonium, et duæ ad S. Pacificum Ubi vero minus quam quinque Præsbyteri sunt, ibi tres tantum Missæ taliter dispositæ Cantatæ absolvantur. 2do Tribus vicibus in choro Psalmi Pœnitentiales dicentur. 3tio Fratres Clerici bis eosdem Psalmos privatim et Fres Laici bis Centum Pater et Ave ac totidem Gloria Patri recitabunt 4to tandem per mensem i Sacristia Nomen Ludovicæ pro Memento in Missis privatis habendo inseribatur, tum Sacræ Communiones a Fratribus Clericis et Laicis, et ab omnibus Disciplinæ et Alia pia opera offerantur. Curent autem Locorum Superiores præsentes nostras Literas Communitatibus commendatas, Protocollis ingrossatas ad Viciniores Conventus juxta Ordinem foris adnotatum sine ulla mora transmittere. Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores Dabam Vieliciis ad Ædes S. P. Francisci Stigmatisati. die 26. Februarij A. D. 1807.

Fr Felix Ref. Mnstr Prvlis mpp

Fr Felix Janowski Ord. Mrm S. P. N. F. Reformatorum Provinciæ S. Smæ V Mariæ Angelorum in Utraque Gallicia Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq. Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus copiosam a Domino Benedictionem.

Quantam in decessu Benefactorum Nostrorum Ordo ac Provincia Nostra patiatur jacturam, quantumve eo in puncto, iisdem de oculis manibusq. nostris morte ereptis Religiose obligamur, neminem Vestrum Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi ignorare intelligimus. Non satis profecto justo daret luctui super mortuos, nisi Sancta Fidelium illos inter et Superstites in via Communio ea Nobis subministraret remedia, quæ ad plenæ gratitudinis Officia specialius exhibenda omnibus bona Nobis facientibus pertinere conspiciuntur, quæque Nobis pro tempore super recessu Eorum mæstitia præventis in Eorundem æviternam cedant consolationem, ut quo magis in eo statu fruendi lumine gloriæ flagrant desiderio, eo ardentius Divinam Miserationem placatam Illis Nostris Orationibus faciamus. Ad hæc pie exequenda officia nos excitat pie defunctus Reverendus Dominus Jacobus Tokarski Ecclesiæ Rzeszoviensis Præbendarius, Qui sua erga Religionem Nostram et Provinciam propensione non impar Illis, qui nos suis cumulant Beneficiis, relicta etiam speciali et convenienti pro Conventibus Provinciæ Nostræ Eleemosina, eam, quæ ad Aras celebrari solet pro Defunctis memoriam fundarat, quam Animæ suæ parentaturam credebat, ut sic in pio Suffragiorum desiderio, ubi dies suos abbreviatos viderat, et solum sibi superesse Sepulchrum quærens in Justo Job Cap: 17 inquiente. Ubi est ergo nunc præstolatio mea eam in Sacrificiis Oblationibus ac precibus Nostris securè adinveniat. Quare præsentibus injungimus ut in unoquoque Conventu Provinciæ Nostræ plena tanquam pro Fratre Nostro absolvantur Suffragia, pro Eodem pie Defuncto Jacobo Præsbytero, accumulando iisdem alia quoque quæ Charitas, gratitudo debita, ac opportunitas Cuilibet subministrabit. Ne autem debitum hoc retardetur Suffra-

gium prefatæ Animæ Jacobi, curabunt Loci Superiores hasce Literas Nostras post earundem publicationem ac ingrossationem sine mora ad Viciniorem remittere Conventum, juxta Ordinem fertis adnotatum. Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Dabam Cracoviæ ad Ædes S. Casimiri Confessi: Die 12 Julij A. 1807.

Fr Felix Ref: Mnstr Prolis mpp

Fr. Felix Janowski Ord: Minrm S. P. F.i Reformatorum Provinciæ SS.mæ V. Mariæ Angelorum per Utramque Galliciam Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Copiosam a Domino Benedictionem.

Tantis Officii Nostri laboribus, tantæ in regendis suæ Curæ commissis vigilantiæ tanteque circa Eorum bonum privatum communemve Solicitudini per ipsam Sanctissimi Patriarchæ Nostri Francisci Regulam, indicate incumbere Nobis cognoscimus ut nisi Divina assistente gratia, ac Peritissimorum in superandis arduis difficultatibus Virorum, meritorumque optime Consilio onera hæc juventur sub iisdem nos ruere ac succumbere oporteret: Profecto Divino favente Numine intuemur, quod iisdem Currarum Pastoralium partibus, singulare providerit levamen, ubi; ne Unum solum omne tollerate Onus oporteat, inire Consilium, ac eo fine Consultores convocare Sacrarum Paginarum Literis persvadet, ut sic allevietur labor, actula Sanctæ Observantiæ persistat salus. Non enim alia reor ratione Divinus Vates Zachar: 3. intuetur lapidem septem oculos habentem, qui quasi perrenes agebant excubias nisi ut integrum servent et salvum ab omni scissura, Nec in Cassum sum Mirabilis ille Divinæ gloriæ Currus à Multiculis circumgirabatur Cherubinis, nisi; ne à recto tramite deviaret. Eo igitur motivo, plurium explorare Consilia et collata cum pluribus peritis manu ea tractare, quæ in termino annuæ Capitularis Congregationis pro Bono Communi Provinciæ ac Utilitate gerenda veniunt, idem est ac de plena gloriari Consolatione ac fiducia dum sic Congregatis in Nomine Domini. Divini Pneumatis certa promititur assistentia per os Zachariæ Prophetæ Cap: 10. Sibillabo eis et congregrabo eos. Ob hoc equidem Sibillo (: inquit S. Leo Papa :) Aguntur Congregationes Justorum ab hoc adunantur et perficiuntur. Hæc porro Sibillatio (: ajit S: Aug: :) Omnia movet, omnia dirigit, omnia perficit. Hac spe freti, Nos hac Divinissimi Spiritus assistentia minime destitutas iri cogitamus in Congregatione annua imminente die 16. Mensis Augusti anni currentis celebranda in Conventu Stopnicensi quam vobis Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi præsentibus intimamus adjuti videlicet Vestris precibus quas persolvendas in forma consveta et a Statutis præscripta per continuas duas Hebdomadas antecedenter injungimus cum Votiva Solemni de Spiritu S. ipsa Congregationis die et collectis de Eodem Spiritu S. in Missis privatis, ut autem omnes uti possint consveto privilegio Electionis liberæ Confessarij eadem die, omnibus (: alias ad exipiendas

Confessiones approbatis:/ Patribus Facultatem absolvendi a reservatis concedimus. Nomini vero licebit avedere ad locum Congregationi destinatum preter Illos, Qui de jure vocandi sunt, et quos ut poto Rerum Agendarum Optimos Consiliarios ad Eundem Conventum Stopnicensem pro die 13 Mensis Augusti humanissime invitamus videlicet ARP. Petrum Alcant: Wierzbicki Patrem et Definitorem Provinciæ subrogatum R.P. Lucianum Nowosielecki Custodem vocalem. Rddos. Pres Georgium Podlewski, Alexium Zytynski, Crescentianum Kasprzycki Definitores Provinciæ nec non M.V. Prem Stephanum Demedem Secretarium Prviæ Porro ut perfecte dignoscatur Status Conventuum curabunt Locorum Superiores, Casum Resolutorem, ac Lectores Quilibet respective quod sui officii est, tempestive transmittere Schedas a RRbq Discretorii subscriptas testimonia consveta et alia ordine cursoriæ idque per conductum latorem, quilibet ad viciniorem Conventum et ultimo vicinior vicinior ad locum Congregationis. Quia vero dies Congregationis protrahitur ultra diem 20 July in quo Electio Superiorum Localium terminatur, hinc perfatos Locorum Superiores suorum respective Conventuum pro Prædentibus instituimus ad tempus Novarum Electionum, Quibus ut Legitimis Superioribus omnes et singuli de sua Communitate, non solum propter Reverentiam sed et propter conscientiam obidere debebunt. Quæ præsens nostra intimatio Communitatibus perlegatur, Protocollis ingrossetur, et ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ foris notatum per latorem Studio conductum remittatur. Valete Patres ac Fres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Dabam in Conventu Nostro Helmensi die 6 Juny 1807. ac

Fr. Felix Ress. Mnstr. Prolis mpp

Fr. Felix Janowski Ordis Mnrm S. P. N. Reformatorum Provinciæ Ssmæ MARIÆ Angelorum in Utraq Gallicia Minister Pvlis et in Domino Servus. Adm. Rndis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Copiosam à Domino Benedictionem.

Etsi Divina opitulante Gratia ad illum nos pervenisse scopum intelligimus, qui a nobis intentus in Superne Congregationis Annuæ Bce dispositionibus, Divinæ Voluntati, Bono Provinciæ ac Conventuum nec non Salutari Singulorum merito ac profectui conveniens credebatur spectatis tamen tum labili humanarum Cogitationum ac desideriorum conditione quæ per sæpe suo studet amori, tum fraudulenta circumcursantis animæ hostis deceptione, quæ pro more suo suggerit ne cognoscantur quæ ad pacem sunt neminem non esse arbitramur, qui cum suo desiderato nequivit gaudere voto, non contristaretur. Sed abeunt hæc a Vobis Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, ne forte /: ait Apostolus:/ abundantiori tristitia absorbeatur qui ejusmodi est. 2. ad Corinth: 2 Consolemini potius dulci Vocationis Vestræ recordatione. Filiali Dei amore et timore prævenientis enim non occurrent mala sed in tentatione Deus illum conservabit et liberabit à malis inquit Spiritus Divinissimus Eccl. 32 Consolemini sancta Regulæ ac Legum Divinarum humanarumq observatione. Homo enim

equidem sensatus credit Legi Dei, et Lex illi fidelis Eccl. 33. hæc enim sunt
quæ (ut loco citato aperitur) exaltant animam, et illuminant oculos, dant
sanitatem et vitam et benedictionem. Inde certè proveniet, ut reperiatur ul-
lus qui abjecto proprij sensus incitamento, ad ea non adjiciat vires, ad quæ
Divina Auxilia, pietatis exercitia Religiosi Spiritus exempla, Sacra-
mentorum frequentia, Superiorum monita nos provocant, atque exci-
tant. Quique aut non repleatur gaudio intuens Religiosarum Vir-
tutum pulchritudinem, quibus honorificare Matrem suam Provin-
ciam intendit. Sicut enim qui invenit thesaurum, sic qui honorificat
Matrem suam Eccl 3. aut non lugeat super prostitutum vel
prostituendum Ejusdem Matris honorem per filios laxioris vitæ cupi-
dine illectos, qui pro more Mundanæ Sapientiæ Quidquid (ait Sanctus
Gregorius Lib. Moralium Cap. 10.) explere per malitiam non valent
hoc in pacifica bonitate simulant. Agite igitur et diligenti pensa-
te animo, non quæ sana sunt, sed quæ retinendæ in suo vigore Sanctæ
Regulari observantiæ obesse enarrabimus, ut celerius vera adhibeantur
medicamina, quæ Communi Lege Constitutionum Nostrarum probata
nunc per Nos Patresque Definitorij commendanda veniunt, ut ad praxim
omnino reducantur. Obest enim 1mo. Proterva aliquorum erga Superiores
suos irreverentia, quæ ut in sua radice evellatur commemoratur
Locorum Superioribus stricta obligatio, ut ejusmodi irreverentes, pro-
tervos et inobedientes ad saniorem reducant sensum, non per verba
exagerantia aut exacerbantia, sed primo per paternam præmoni-
tionem, ac pœnas medicinales, dein per rigorosam punitionem
juxta obloquentiam Statutorum, ita ut in extirpando hoc vitio pes-
simo appareat et Zelus cum prudentia, et Justitia cum æquitate.
Obest 2do indevotus animus, qui vocationis ardorem refrigerat
ac torpori spirituali viam sternit, quo circa commendatur tum Lo-
corum Superioribus, tum aliis omnibus diligens choro, aliisque
spiritualibus Exercitiis in Communi absolvi solitis assistentia, tum
seria Juniorum in Spiritu exercitatio ad effectum deducenda
specialiter ab iis: Quorum curæ Juventus Religiosa commissa est, qui
præter alia ad id attendere debent, ut, sicut in Noviciatibus, ita quoque et in
Seminarijs quotidie Via crucis a Fratribus Clericis obeunda non omittatur
Obest 3tio. Otium sentina omnium vitiorum, ad quod vitandum reassumen-
dæ sunt et ad praxim deducendæ iam alias toties factæ Ordinationes de
assidua Moralium Librorum et Asceticorum lectione, de non omittendis
manualibus laboribus, in omnibus studiis tempore consueto exercendis de
iisdem assignandis a Patribus Vicarijs Fratribus Laicis nullo officio im-
peditis. Obest 4to. Divagatio Religiosorum importuna plerumque sub variis
prætextibus a Superioribus extorta, tum extra terminos sui Conventus
excursiones, tum denique diuturnæ extra claustrum commorationes, quæ
ut impediantur noverint Superiores Locales se difficiles esse debere
in danda facultate Religiosis præcipue Junioribus ad visitandas Se-
cularium domos absque legitima et a se probata ratione et se reos esse
transgressionis notoriæ, si vel Ipsi soli, vel de illorum Communitate
alii

alii excursiones extra territorium sui Conventus sine expressa licentia nostra sub quocunq praetextu practicabunt. Obest 5to. Scandalosa immoralitas ex qua provenient mores ad Libellam modestiae ac humilitatis Religiosae non compositi ac inde Sermones inconditi, Conceptus lascivi, familiaritates damnosae, quae omnia, ne reperiantur, oportuna Superiorum Localium in his circumspectio, et justa de talibus gestis ad Nos delatio, necessario praecipitur. Obest 6to. Abusus Eleemosynae pecuniariae, quae omissis veris necessitatibus Fratrum quo ad Victum et Vestitum, ac ad necessarias reparationes pertinentibus, expenditur notabiliter pro Commoditatibus quarum pretium praecipue his criticis temporibus Paupertati nostrae contrarium evidenter apparet, hinc circa Consolationes, seu portiones Vini aut Mulsi dari solitas renovatur Ordinatio Anno 1799 facta in Scripto folio Superioribus Loci a Nobis communicanda, quae etiam Ordinatio non obligabit omnino sed pro posse Superiores Locales licet obligabit ne plus expendant. Obest 7mo. Indiscriminata Candidatorum ad Religionem Susceptio, quae ne practicetur observanda sunt serio Statuta Ordinis de receptione Novitiorum, ne recipiantur, nisi cum legitimis Testimoniis, de Scientia et Moralitate, nullo modo vero ii, qui non calent linguam latinam (: nisi pro laicis velint ingredi :) Nec illi qui sunt extra Regnani et carent Passualibus Supremi Regiminis Civilis, demum: nec illi suscipi possunt, quorum Parentes manent in indigentia. Obest 8vo. Abusus panni deteriorati ex Habitibus, ex quibus saepius conficiuntur Vestimenta Saecularibus, qui a servitiis sunt Saecularibus Conventuum, Quare ammemorantur Superioribus Locorum Statuta tum Generalia, tum Provincialia abusum talem prohibentia, et solum ex tunicellis Antiquioribus conficere Vestimenta famulis Conventualibus permittentia. Penes haec commendatur Locorum Superioribus ut deteriores Habitus, ita tamen ut usui pro hyeme sint convenientes, curent remittere ad Conventus Novitiatum eo modo: Ex Conventu Chetmensi Lublinensi, Casimiriensi ad Novitiatum Solecensem. Ex Conventu Sandomiriensi, Pinczoviensi et Cracoviensi ad Noviciatum Stopnicensem. Ex Conventibus vero Galliciae Orientalis, ad Novitiatum Vieliensem. Haec sunt Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi quibus rite perpensis Vestris Omnibus Conatibus eradicanda alia, et alia observanda proponuntur, ut et sibi vivere per Legum Observantiam et aliis proficere per exempla valeatis. Audite igitur Vocem Patris Vestri Seraphici Patriarchae Francisci: Magna promisimus, majora promissa sunt nobis, Servemus haec, suspiremus ad illa quorum fiducia erecti Divinarum Benedictionum pinguedine repleamini. Haec sunt quae a Nobis desiderantur Praesentibus Literis, quae Vobis promulgari, explicari, Protocollis ingrosari, ac demum

justa

justa Ordinem foris adnotatum remitti debent. Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi. Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Conf. Die 29 9bris Anno Dni et 1807.

Fr Felix Reform. Minstr Prolis.

Fr Felix Janowski Ordns Mnrm S. P. F. Reformat. Provinc SSæ Vis. Mæ Angelorum in Utraq Gallicia Minister Provincialis et in Domino Servus.

Admodum Rndis Rndis Multum Vndis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Xto Frbq Divinam gratiam affectat.

Inter tot adversas depravati sæculi opiniones quibus temporalia æternis torpor salutaribus curis ac demum avaritia Religiosa bonorum divitiarumq administrationi præferuntur habet Sanctissima Religio fideles bonorum Operum Sectatores, qui, si affluunt divitiæ ad eas cor minime apponunt, si mammonam iniquitatis possident, ex illis comparare sibi amicos in Cælis minime negligunt, si clamorem pauperum audiunt Christum ad se clamasse credunt Math 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Si denique humanam labilitatem deviam in multis considerunt eleemosynis peccata redimere satagunt. Porrò quid quid Christianæ virtutis est omni palpant conatu, ut placita fiat Deo anima eorum. Eximium ejusmodi interalia exemplum post sua fata reliquit nobis Patres ac Fres in Xto Dilectissimi Quidam Presbyter Nomine Ignatius qui post sua fata animum non abjit neq speravit in thesauris sed detractis etiam a vitæ commoditatibus necessariis non temporali sed æternæ suæ felicitati allaborare visus est, quando quidem collecto peculio succurrere indigentiæ pauperum eorumq orationibus juvari pleno animo desideraverat, ut per opera misericordiæ ab Ipso Christo Dno commendata Lucæ 6. Estote misericordes sicut et Pater Vester misericors est. Divinam mereatur consequi clementiam Quia verò hujus dividendæ subventionis per consignatam pro-

pro Conventibus Provinciæ Nostræ Eleemosynam eorum quam nos quoque participes effecti sumus, superest, ut non ea tantum quæ Christianæ Charitatis, sed quæ debita justitiæ sunt fideli persolvamus officio. Quare in hunc finem præsentibus injungimus ut in unoquoque Conventu plena tanquam pro Fratre Nostro persolvantur Suffragia pro Eodem Defuncto Ignatio Sacerdote. Quem interior charitativis commendamus Suffragiis. Præsentes Literæ Communitatibus intimatæ Protocollis ingrossatæ remittantur sine mora ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ foris adnotatum. Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi nostri ac Benefactorum in Orationibus Memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Confessoris Die 20 Februarij Anno Domini 1800.

Fr. Felix Ref. Mnr Provincialis

Fr Felix Janowski Ordinis Mnrum S. P. N. Reformatorum Provinciæ Sæ Vis Mæ Angelorum in Utraque Gallicia Minister Provincialis et in Domino Servus.

Admodum Rndis Rndis Multum Vndis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Frbus Salutem à Domino.

In tanta brevis vitæ humanæ arduitate in qua hominum spes fallitur evanescunt desideria, et rebus secundis minimè arridente fortuna oculi planctis madent, illud doloris additamentum Nobis Patres ac Fres in Xto Dilectissimi accedere conspicimus, quo certiores reddimur de Præcipuorum, ac Singularissimorum Ordinis ac Provinciæ Nostræ Reformatæ Protectorum, et Benefactorum funeribus. Certe dolendæ huic jacturæ minus alleviare videtur ipsa Veritatis Exedra, ex qua Universalis prædicatur Lex de mortis necessitate, quæ ab ipso lucis exordio sequitur natos homines, quin uberiores adjiciat lacrymas super mortis casu surripiente oculis desideratum ac in sera tempora omnibus votis protrahendam eorum vitam. Qui ut ait Ecclesiastes Cap: 4. 4. Divites in Virtute pulchritudinis Studium habentes, pacificantes in Domibus — in Generationibus gentes suæ gloriam adepti sunt in diebus suis habentur in laudibus et quorum pietates non defuerunt. — Profecto si Nobis aliquid restat adhuc solatij de superstitibus Ejusmodi Viris, qui utinam diutissimâ fruantur vitæ incolumitate, delitescit nunc sub regiali umbra jacta à recentissimo funere 7. de quo præsentibus notificamus // videlicet Illustrissimorum Thomæ Sołtyk Castellani Vislicensis Aquillæ Albæ ac S. Stanislai Equites Generalis Syndici Apostolici Provinciæ Nostræ nec non Helenæ de Zielinskie Sołtykowa Dignissimæ Ejusdem Consortis. Quorum æmula

virtus

virtus sicut ad exemplum Maritale per Annos quadraginta octo conservebat vinculum, ita Eorumdem morbus omnem Medicorum fallens industriam, ac intra duos dies ultimos Aprilis temporalem limitans vitam amborum simul mortales jussit ad sepulturā cineres, et sepelivit in pace, relinquens Nomen Eorum vivens in generationem et generationem. Sed quantum hic fatalis mortis casus duplici hoc esse in superstite Illustrissima Prosapia duplicavit gemitus, tantum afficit Provinciā Nostram hac ipsa funebrali sorte in qua amisimus Insignes Ordinis et Provinciæ Protectores, ac Specialissimos Conventus præcipuè Stopnicensis Benefactores. Porro: nolumus Nos in præsenti lacrymosa denuntiatione longam conficere narrationem Encomiorum quibus Senatoria pie Defunctorum splendebat Dignitas, nec valemus satis propriis delibare labijs omnia virtutum genera quibus pollebant. Nam qui de illis nati sunt relinquerunt Nomen narrandi laudes Eorum. At meminisse sufficit Eorumdem pie Defunctorum Illustrissimorum Thomæ et Helenæ, tum Sanctæ Christianæ observantiæ et pietatis, cui non parcendo Venerandæ Senectuti ad exemplum studuerunt, tum singularis erga Statum Spiritualem reverentiæ, quam intaminatē conservabant, tum denique insignis amoris et Beneficentiæ quibus indigentiis ac Paupertati Nostræ copiosissimè subveniebant hæc sunt defactò quæ insepultam Prælaudatorum pie Defunct. memoriam conservare, hæc quæ ad debita gratitudinis officia excitare, hæc, quæ ad persolvenda Suffragia pro Animabus Thomæ et Helenæ movere valent et debent. Quare injungimus omnibus Locorū Superioribus ut receptis hisce literis Nostris sine mora absolvi faciant quisque in Suo respective Conventu pro Ābus supra præfatis sequentia: 1mo In quolibet Conventu pulsent Campanæ per continuos dies tres. 2do Celebrent Exequiæ Solemnes cum Missa Cantata Una pro dictis pie Defunctis Thoma et Helena, excepto Conventu Stopnicensi cujus Syndicatum Apostolicum in ante per multos Annos prædicti Illustrissimi Defuncti gesserunt, ac copiosissimis eundem Conventum cumularunt Beneficiis ac Favoribus, et in quo ideo plena tanquam pro Frē absolvi pro iisdem debent Suffragia, tam a Presbyteris quām a Fribus Clericis, ac Laicis. 3tio Quilibet Clericus Unum Officium Defunctorū recitabit, et quilibet Fr Laicus Unū Centum Pater Noster et Ave Maria ac totidem Requiem ætnā recitabit. 4to Per mensem exponetur in Sacristia Memento in qualibet Missa habendo pro iisdem defunctis, et a Fribus Clericis et Laicis offeratur Sanctissima Communio. Cæteraque peragant quæ cuilibet Christiana Charitas et debita Benefactoribus

Benefactoribus defunctis gratitudo inspirabit. Interim praesentes Literae Communitati intimatae ac Protocollis ingrossatae sine mora per certum Latorem juxta Ordinem foris adnotatum ad Viciniorem Conventum remittantur. Valete Patres ac Fres in Xto Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datum in Conventu Sandomiriensi ad Aedes Sancti Josephi Sponsi B.V.Mae Die 3. Maj A° Dni 1800.

Fr Felix Ref. Mur Ptlis mppria.

Fr. Felix Sanowski Ord. Minorum S. P. N. F. Reformatorum Provinciae Sae Virginis MARIAE Angelorum in Utraq Gallicia Mr Ptlis et Servus.

Adm Rndis Rndis Multum Vndis Vnrandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Divinarum Gratiarum Abundantiam.

Imminentes Secundae Congregationis Actus in Conventu Nostro Stopnicensi Die 17. Mensis July Anno currenti praesentibus intimantes profitemur quidem nos ex Animo velle et multo Studio incedere vestigiis justis Antecessorum Nostrorum, qui in ejusmodi officiis ac negotiis versati Deum Ipsum et Bonum Comune Religionis, Provinciae et Fratrum Sibi Regimini Concreditorum prae oculis habentes, ea solum in Annuis Praedispositionibus intendere conabantur, quae Laudi Divinae promovendae Regularis disciplinae confovendae ac Uniuscujusq Saluti, et paci internae procurandae apprime convenientia credebantur. Verum cum id ex parte una in omnibus conatibus nostris aspicimus, et coram Vobis Patres ac Fres in Christo Dilectissimi candido pectore profitemur, parte ex altera distrahit mentem nostram illa fragilitatis humanae sibi libera expectatio, quae nonunquam et bene vocatos ad Suae voluntatis abnegationem ita afficit, ut eamdem ad Suae Sensualitatis beneplacitum, et Sui privati Spiritus pretensionem, quam in nihilo laedi patiuntur detrahere audiantur, omnes videlicet Superiorum Praeordinationes quasi in Speculo adulterato quod inversas verum species exhibet sinistre interpretantes. Infelices defacto propterea nos clamaret ipse vulgus, si videret Nos ideo mox accessuros ad illos novissimos dies in quibus fait Divus Paulus ad Tim 2. / Erunt homines /. et in Religionibus Religiosi. / se ipsos amantes, cupidi, elati, Parentibus non obedientes, immites sine benignitate, nimirum: qui quaerunt quae sua sunt, non quae Jesu Christi, qui cupiunt praeesse non prodesse. Sed nonne talia a Veris Imitatoribus Christi et Professionibus S. Regulae Seraphicae longe abesse debent? qui non amplius secundum desideria cordis sui ambulare amant, nec ambitionis idolo sacrificare nec violenta sui affectione abripi, at sicut paupertatem divitiis, ita humilitatem honoribus, asperitatem commoditatibus privatis, laborem quieti, pacem internam vanis elusionibus proprij sensus praeferre, Suo vero ac Religiose honori ducunt. Profecto si id verget animus noster ut in cujuscunq privatae ac propriae voluntatis favorem futuris Nostrae Congregationis actibus tendere debuissemus, nonne recederemus procul, a Comunis Boni cultura et

nonne la

nonne laxarentur Regiminis frena? et enervarentur leges et vera justitia, nonne veræ abnegationis nostræ meritum ac Ipsi Superiores Ordinum in Opprobrium devenirent ac in Fabulam? ita sanè, hæc vobis PP. ac FF. in Xto Dilectissimi enarravimus ad præparandum animũ bonæ Vestræ voluntatis, et præpediendum proprij amoris prædominium, quod avocare sæpe intendit à necessaria Subjectione Divinæ Voluntati, cujus interpres optimus Superiorum Voluntas. Hæc et nos urgent, et præmeditatos futuros Officij Nostri et Congregationis Actus ad quos perficiendos rite Eos, quos Jura indicant humanissimè invitamus et Quos Die 14. Julij horis Matutinis in Eodem supra præfato Congregationis Conventu avidissime expectamus. videlicet: A. R. Prem Petrum Alcantaram Wierzbicki et Definitorẽ Prẽ A. R. Lucianum Nowosielecki Custodem Vocalem. R. P. Georgium Podlewski. RP. Alexium Tytynski. RP. Crescentium Kasprzycki Definitores Provinciæ. Necnon MV. Patrẽ Stephanum Demedem Secretarium Provæ. Orate igit. Fratres precibus à Lege præscriptis per duas integras septimanas præcedentes continuatis, quas ipsa Congregationis dies liberat. Confessarij electione alias approbati privilegiati cũ Votiva dominî de Spiritu S. et Collectis de Eodem in Missis privatis limitabit ut cum Interpretem Ipsius Divinæ Voluntatis in futuris Electionibus et prædispositionibus nostris intendimus agere. Ipse Spiritus Divinissimus a Quo bona cuncta procedunt actiones Nostras ad Laudem Dei Ter Optimi Mi. Bonum Provinciæ ac emolumentum omnibus Nostræ curæ commissis salubre directas aspirando præveniat et adjuvando prosequatur. Penes hæc meminerint Superiores Locorum ut Schedas suas post accuratam à Patribus Discretis Revisionem eorũ, quæ in iis Notata sunt rite conscriptas, et Subscriptas. Item Testimonia Missarum absolutarum, et alia a Patribus Resolutoribus Casuum et Lectoribus dari solita tempestive quilibet ad viciniorem Conventum transmittere n̄ intermittant. Interim Valete PP. ac FFres in Xto Dilectissimi nostri ac Benefactorũ Nostrorũ in Orationibus memores. Dabam in Conventu Nostro Hetmanensi ad Ædes S. Andreæ Apostoli Die 20. Maji 1000. Anno. Fr. Felix

Ref. Mnr Prõlis [illegible]

Frater Felix Janowski Ordinis Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Reformatorum Provĩæ Sᵐᵃ Vᵢˢ MARIÆ Angelorum in utraq. Gallicia mnr Prõlis ac in Dño Servus Admdm Rndis Rndis MVndis Vndisq. Pribus ac Dilectissimis in Chro Fribꝫ copiosã a Dño Bndictionem Commendata nobis P.P. ac Fres Dilectissimi sacris paginis continua oratio, ac sollicita vigilantia Dni qua Dominus venturus est, Nosque a laboribus, ærumnis ac miseriis, vitæ præsentis liberaturus, seu potius justa opera judicaturus, omnium mortalium cogitatus ac desideria, præoccupare deberet, eo vel maxime, ne fur ille animarum hostis, ut ait S. Hilarius: ad detrahenda ex nobis spolia pervigil

corporumque

corporumque nostrorum domibus insidians, ea incuriosis Nobis et somno deditis, consiliorum morum
atque illecebrarum jaculis perfodiat. Deploranda equidem sors illorum, qui ut ait Ecclesiastes Cap: 6. Cunctis di:
ebus vitæ suæ existunt in curis multis, nihil videlicet recogitantes, quo æternæ vitæ bravium feliciter at:
tingere queant, quærunt nimirum inter spinas vanitatum sudato capite coronam, inter laboriosa otia
merem inter vana desideria pacem, inter periculosa animæ somnia, æternam requiem. Non ea profecto vigi:
antium ad Januas æternitatis cura est ac sollicitudo, impendunt enim labores manuum suarum ut hisce e:
mant agrum illum, in quo absconditur thesaurus, cui assimilatum est in Evangelio Regnum Cælorum Math: 13.
quem agrum venditis omnibus comparat, ut ait S. Gregorius, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua
sideria per disciplinæ cælestis custodiam calcat, ut spretis hujus sæculi vanitatibus ac divitiis studium
solicitudinis habentes, qualibet die ac hora divites appareant, coram venturo Judice abundantes in ope:
ibus bonis. Ita vigilem Negotiatorem se exhibuit quidam Presbyter Nobis addictissimus, qui nomen su:
um ideo forte abscondere voluit, ne maligni Spiritus qui iter nostrum præsentis vitæ tanquam latrunculi
obsident sumant prædam de thesauro cælestis desiderii, quem in agro suæ voluntatis bonæ, celare desi:
deraverat. Talem equidem curam suæ salutis egit piè defunctus, qualiter agendum justa doctrinâ Xti Dni ab
omnibus Pastorali suæ sollicitudini commissis docuit verbis, confirmavitque exemplis. Taliter vigilem ad
ventum Sponsi animæ suæ pulsantis egit, ut fallaci vitæ ad provectiorem et decrepitam ætatem nondum
protractæ minimè credens, tempestivo labore comparata ac relicta pro Conventibus Provinciæ Nostræ
sufficienti Eleemosyna, Sacrificiis ac Orationibus nostris juvari animam suam, mox sperans æternita:
tem bonam aditurum optavit. Huic porro piæ voluntati satisfacientes injungimus plena Suffragia
in quolibet Conventu absolvenda, pro præfato defuncto Sacerdote, quemadmodum pro Fratre Nostro absol:
vi solent. Et præterea in quolibet Conventu quarta die tot Missæ lectæ absolvantur, quot sunt Presbyte:
ri, excepta Missa Conventuali. Fratres vero Clerici et Laici insuper pro eodem piè defuncto quatuor sa:
cras Communiones offerrant. Præsentes autem Literæ lectæ, Communitatibus commendatæ ac Pro:
tocollis ingrossatæ sine mora ad viciniorem Conventum tuti remittantur justa ordinem foris ad:
notatum. Valete Pres ac Fres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in orationibus me:
mores. Dabam in Conventu Nostro Pinczoviensi ad Ædes Bmæ Vg. Mariæ visitantis Die 12. 8bris
Anno Domini 1808 Fr Felix Reformatorum Mnr Provincialis

Fr Felix Janowski Ordis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Bmæ Virginis
Mariæ Angelorum Minister Provincialis et in Dno Servus
Admodum Rndis Rndis Mndis Vrndisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fribus salutem a Dno
Si diligenti perpendimus cogitatione labilem præsentis sæculi figuram, quæ deplorandam mortalibus
rerum omnium exhibet faciem, ipsamque omnium vitam brevi durantem tempore [: prout recitat sa:
cer teatus Job 14.] repletam multis miseriis contritam et fugientem velut umbra ac nunquam in eo:
dem statu permanentem continua exprimit praxi, jam nihil dubitandum restabit quin ipsa quo:
que desideria nostra quibus longos ætatis numeramus annos in votis propter Eximios Religio:
nis ac Provinciæ Nostræ Benefactores evanescere debeant ac optato defraudari effectu. Id porro con:
tigit Nobis experiri Patres ac Fres Dilectissimi in præsenti ex hac vita decessu Illustrissimæ Catha:
rinæ Wietlinska Succamerariæ addictissimæ Religioni Nostræ Benefactricis, Quæ hisce de fal:
lacia mundi ac brevi vitæ humanæ curriculo vanitatibus optimè instructa diuturniorem suam
infirmitatem non aliter aspiciens quam consuetum iter ad mortem aperuit manum suam inopi
et palmam suam extendit ad pauperem ut non tam plorandum ab aliis sui obitum quam felicem
de corpore suo mortali animæ suæ exitum præparare ac simul per orationes suæ suique jam
ab aliquot Annis defuncti Mariti Joannis Nepomuceni suffragari animæ possit. Devoto igitur hu:
ic desiderio piæ defunctæ satisfacientes injungimus consueta trium dierum Suffragia in unoquoque
Conventu justa morem a Patribus, Clericis et Fribus Laicis persolvenda, pro defctis supra præfatis Joanne Ne:
pomuceno et Catharina ad quæ obligavit nos piè defuncta per sufficientem Eleemosynam repositam apud
Dnum Syndicum Cracoviæ in omnes Conventus distribuendam. Insuper exponatur in Sacristia memento
per mensem et tres Communiones a Fribus Clericis et Laicis offerrantur pro iisdem Dfnctis Bnfctoribus.
His Literis enarrantibus debita piæ in Orationibus memoriæ officia pro demortuis Bnfctribus accedit iterum lu:
ctuosus nuntius, qui minus parit dolori sed eadem adauget gratitudinis debita, piè defuncto Illustrissimo
Dno Francisco de Wielopolskie Myszkowski Marchioni Pinczoviensi Conventus Pinczoviensis Syndico Apostolico,
Qui stante vita morem gerens Patrum suorum Nos sua fovebat protectione, excipiebat Benevolentia, cumulabat Be:
neficiis. Date igitur opem huic dfcto Bnfctri ac Protectori Nostro Pres ac Fres in Christo Dilectissimi, quam jure grati:
tudinis a Nobis promeruit et quam sibi præstandam fidenti expectabat animo, persolventes in uno quoque Conventu
officium defunctorum cum una Missa cantata pro præfato dfcto Francisco. Fres vero Clerici et Laici curabunt semel viam
crucis absolvere et tres Sacras Communiones offerre, pro eodem defuncto. Hæc dum aliis injungimus Conventibus, Conven
tum Pinczoviensem ad integra obligamus Suffragia, qui speciali utpote sui Syndici Apostolici piè dfcti Francisci Marchio:
nis Protectione gaudebat. Ne autem hæc suffragia retardari contingat, Præsentes Literæ lectæ et suis respective Communi
tatibus intimatæ recommendatæ sine mora ad viciniorem Conventum post ingrossationem Protocollo transmittantur justa
ordinem foris adnotatum. Valete Pres ac Fres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in orationibus memores. Dabam
in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Confessoris Die 12. Martii Anno 1809
Fr Felix Reformatorum Mnr Provincialis

Fr: Felix Janowski Ord̃s Miñr S. P. N. Fci Reformatorũ Provĩæ S. S. Vis Mæ Angelorum per utramq̃ Galliciã Minister Provlis et Servus.

Adm Rndis Rndis M. Rndis Vndisq̃ Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus copiosam à Domino Benedictionem.

Nihil hoc in Statu luctuosæ peregrinationis nostræ esse potest, quod in ipsa præsentis aut mox futuræ agoniæ nostræ recordatione satis paccatos consolatosq̃ fidelium animos relinqueret, nisi Divina Sapientia ac Bonitas succurrens quærentibus salutem, Quæ juxta Sacrum Eloquium Sap. 10 Justum deduxit per vias rectas, ostendit illi Regnum Dei, honestat meritis, aut complet æviterno præmio labores illius, ea non exhiberet sua perterritis debilitate medicamina, quibus adjuti Divinis lætantur Promissionibus Spe firma eriguntur ac tempestiva Cura salutis plenum spiritualibus gaudiis præparant animum transituri de tempore ad æternitatem, de lacrymoso exilio ad æterna gaudia. His Sanctissimæ Fidei Catholicæ veritatibus imbuta Christianarum virtutum exemplis ac misericordiæ operibus præfulgens Illustrissima Domina Ludovica Morska Subcameraria Premisliensis Benefactrix Nostra Singularissima, fecit exponi nobis Salubre Suum desiderium consignando sufficientem Eleemosynam, quo pio desiderio vult Incruentis Missæ Sacrificiis, et Orationibus nostris juvari, in Sibi impetranda peccatorum remissione, ac finali in bonis operibus perseverantia, à qua futuram feliciter consequendam salutis suæ sortem ut fas est dependere firmiter credit. Pro impetranda igit finali grã Huic Prælaudatæ Illustrissimæ Ludovicæ injungimus omnibus Provinciæ Communitatibus trium Dierum Suffragia prout moris est cum Votiva Cantata præter lectas Missas cum Psalmis Pœnitentialibus à Fratribus Clericis et precibus à Fratribus Laicis recitandis additis aliis orationibus ut Eamdem Bonefactricem Nostram Singularissimam ætate et infirmitate ad præsens præmente gravatam, Deus incolumem quam diutissime conservet.—

Ex hoc ipso fonte Bonitatis ac misericordiæ Divinæ scaturientes consolationes haurire conata est stante vita sua operibus bonis suæ viduitatis plena Magnifica Domina Marianna Kostecka Hæres in Janowice Quõd relicta pro Conventibus Provinciæ Eleemosyna fecit nos Sibi obligatos ad Suffragia, quibus juvari animam Suã desideravit post fata sua. His igit jam expletis ad ea persolvenda per duos dies in quolibet Conventu præsentibus obligamus, ita: ut a quolibet Sacerdote duæ legant Missæ pro præfata Marianna Defuncta. a quolibet Clerico duo officia Defunctorum et à quolibet Frẽ Laico bis centies Pater Noster: et Ave Maria ac totidem Requiem æternam recitentur, præterea in quolibet Conventu Officium Defunctorum in Choro absolvatur et Missa Cantetur. Curent autem Superiores Locorum præsentes litteras nostras Communitatibus respective suis perlectas Comendatas ac Protocollis inscriptas sine mora et tuto transmittere ad viciniorem Conventum justa Ordinem foris adnotatum. Valete in Dño Patres ac Frẽs in Xto Dilectissimi Nostri ac Benefactor nostror in orationibus memores. Dabam Cracoviæ ad Ædes S. Casimiri Confessoris Die 24. Maj. 1809. Ani.

Fr. Felix Ref. Min Provincialis

Fr Joseph Mecinski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Almæ Provinciæ Sanctæ Vg MARIÆ Angelorum Pater Emeritus, Ejusdemque Commissarius et Visitator Generalis ac in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis. Mnrndis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem a Domino.

Officium Commissarii ac Visitatoris Generalis in hac Alma Provincia voluntate Superiorum Nostrorum humeris Nostris impositum est; quod plus obedientiæ virtuti innixi quam viribus Nostris confisi libenti suscipientes animo satagimus exequi, secundum promissum Dei Prophetæ: Ponam visitationem tuam pacem et Præpositos tuos justitiam Isai: 60. v. 17.

Pacem a Deo expetimus omnes – Justitia reddit unicuique quod suum est, hoc utrumque Vobis
precari & prestare intimo cordi inest; ex quo Confratrem Vestrum, Conprofessum & Condomesticum
ingenue fatemur esse ut Nostrum & Vestrum gaudium sit plenum. Bonum Almæ Provin:
ciæ promovere ne quid ei desit, pacem tranquillitatem ejus tueri, ne quid eam turbet, pro:
los Religionis Sanctæ zelantes in via vocationis confirmare ut meritum suæ Professionis
augeant, segnes ac desides excitare ne in cœpto Divini famulatûs spiritu fervore tepescat
defectus etsi minimos qui hominibus accidere solent ne in graviores sensim errores succre:
scant paterne & moderate corrigere, hoc primum & præstantissimum cogitatûs Nostri in:
tentum & Officii objectum est. Aggressuri itaque hocce magni momenti negotium de
quo Deo & altioribus Superioribus strictissimam rationem reddituri sumus, antequam
prospere ventum fuerit Dilectissimos Patres ac Fratres in Seraphico affectu amplecti
et personaliter os ad os loqui per chartam & atramentum 3. Joan: 1. v. 13. Salutationem
propensissimam Vobis mittimus, atque Canonicam Generalem Visitationem præsentibus
intimamus. Modum qui in hocce negotio servandus est, nostis quia legistis. Et quia legistis
legibus nostris signatum idcirco quæ inibi sancita & ordinata sunt, per expressum de Com:
missariis ac Visitatoribus Generalibus Cap: 8. tempestive præparata habetote Hinc Primo
Rndi ac Mdi Pres Guardiani obligantur Patres ac Fres respective suarum Communitatum
extra Conventus commorantes indilate convocare, ut sic integras Communitates quæ se no:
bis personaliter sistere tenebuntur omnino inveniamus. Secundo Et quia non tantum
propensissimi erga Vos Fratris ast & Patris Personam gerimus; & utrumque optimo quo par
est modo conciliare cupimus: Singulos Vestrum Patres ac Fratres Dilectissimi in Domino JEsu
Christo obtestamur, ut cum plena sinceraque fiducia ac securitate Vestra Nobis desideria exponatis,
quibus quantum se Nostra extendit Authoritas, satisfacere in animo corde & conatu habemus. Si
quid vero Nobis sive tanquam Patri sive tanquam Judici deponendum censueritis deponendum quidē
omnino volumus, sed simul cautos esse monemus, ne id odio, livore, zelo, imprudenti immo:
deratis passionibus Religioso indignis ducti deponatis. Circumspecti enim volumus esse ne o:
mni Spiritui credamus, Solliciti magis condolere errantibus & instruere devios in spiritu leni:
tatis, memores infirmitatis humanæ cui & nosmetipsos obnoxios esse fatemur, Juxta saluberri
mum monitum Præpositis ab Apostolo dictum ad Hebr 5. v. 2. Hæc vero quæ sufficienter emen:
data & correcta sunt; quæ nullis certis argumentis, aut quæ nonnisi falsis & frivolis suspicatio:
nibus nitantur a Foro nostro penitus aliena esse volumus. Alias contra tales murmuratores
et susurratores, Calumniatores falsos delatores, Charitatem fraternam lædentes, pacem & tran:
quillitatem Communitatum perturbantes præter intentionem nostram condigna animadversione
coacti erimus procedere. Præterea volumus Vos Patres ac Fres Dilectissimi meminisse Vocationis
Vestræ ut negotium Vestrum faciatis abundanter magis ac magis in expectatione beatæ spei & Re:
gni gloriæ quod pusillo gregi cujus vos imaginem exprimitis repromisit Remunerator Christus.
Insuper restat unum adhuc quod exixe cum Sancto Petro Chrysologo flagitamus a Vobis, ut quia in
hisce calamitosis temporibus, tam arduum negotium pro obsequio vestro subire non recusavimus,
Vos vicissim monitis nostris in iis quæ secundum Deum & Regulam nostram Vobis proposita fue:
rint obtemperare non detrectetis, Sicque vos adventui nostro disponatis, ut et nos de Statûs Ve:
stri integritate in Domino gloriemur, & vos de nostra Visitatione consolemini. Valete in Domino
orantes ut Deus dirigat famulatum Nostrum in Gloriam sui, Nostrum meritum, ac vestrum emo:
lumentum, jungite simul memoriam optimorum Benefactorum Nostrorum. Has vero Literas
Nostras Intimatorias Sigillo Provinciæ munitas & manu nostra subscriptas, Patres Conventuum
Superiores in suis respective Conventibus Communitati promulgari & explicari Protocollis ingrossa:
ri & ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ a foris signatum per certum & fidelem
latorem transmitti curent. Datum in Conventu Nostro Stopnicensi ad Ædes Sanctæ Mariæ Ma:
gdalenæ Pœnitentis Die decima Mensis Septembris Anno Domini 1809.

Fr. Joseph Reform: Commissar: & Visitator Gnlis

Frater Joseph Meczinski Ords Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Smæ Virginis MARIÆ Ange:
lorum Pater, Emeritus, Ejusdemq Commissarius ac Visitator Generalis Capituli Præses ac in Domino Servus.
Admdm Rndis Rndis Mndis Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo JEsu Frbq salutem a Domino.
Ex duobus principalibq finibq quos Leges & Statuta nostra Commissariis & Visitatoribus Generalibus præfigunt unū
scilicet visitare Provinciam alterum celebrare Capitulum – Jam prosperante Deo attigimus primum peracta majo:
ri in parte Visitatione Conventuum Almæ Provinciæ Nostræ. Alterum restat perficiendum ea videlicet quæ Capitulum
concernunt p. omnie disponere ac disposita faustissime disponere. – Congressus Capitulares Regularium Ordinu
magni momenti negotium pro objecto habent, postulat enim perfectionis status ut si qui se famulatui Divino sole:
mniter devoverunt, per ardentissimum suæ Vocationis exercitium, solidioribus in dies proficiant incrementis. Exigit
optimæ Oeconomiæ ordo, ut ea quæ Majorum Nostrorum Institutis laudabilissimarum consvetudinum usibq sancita
servataque sunt, suo stabili & solito cursu inposterum peragantur. Hinc secuti Supremæ Gubernatricis Divinæ Pro:
videntiæ exemplum quæ omnia fortiter suaviterq disponens optimo Statui orbis certas regulas in temporibus diebq
et annis observandis adimplendas, reliquit atque præscripsit Gen: 1. v. 14. Obstricti Generalibus Ordinis Nostri Sanctionibq
ut Capitula Provincialia de triennio in triennium celebrentur. Hoc tam laudabile tamque pernecessarium negotium
aggredi statuimus Vobisque Pres ac Fres Dilectissimi notificandum duximus. – Visitando hancce Almam Provinciam
Nostram

Nostram in gaudio spiritûs oculis nostris perlustravimus et reperimus Sanctæ primævæque Observantiæ columnen tem ipso; imo vero in accurato Divinæ Gloriæ augmento, in ferventi ac indefesso Verbi Divini ministerio in perutili Divinarum ac humanarum Literarum promotione in saluberrimo animabus Sanguine Jesu Christi redemptis servitio inque stabili tam Regiminis in Superioribus quam subordinationis in subjectis harmonia magis ac magis indies promoveri agnovimus. Quid est superest ultra? nonne ut hujus Vineæ Dñi cultura ulterius propagetur, atque utilissimus laudatissimus perque necessarius in Superiorum electione, Officiorum dispositione, studiorum promotione, Familiarum collocatione ac reddenda unicuique Justitia distributiva æquitate ordo promoveatur; hoc est præstantissimum nostri cogitatus objectum et intentum. Hunc in finem obtenta licentia celebrandi Capitulum in hac Alma Provincia ac in eodem Capitulo præsidendi illud initô de jure consiliô cum Admdm Rndo Patre Ministro Provinciali ac cum admdm Rndis Rndis Nostræ Provinciæ Definitoribus Capitulum quo ad locum in Conventu Nostro Stopnicensi præfigimus, quo vero ad tempus Diem 22. Mensis Octobris assignamus. Ad hocce Capitulum ARPrem Mrrum Provincialem cum Admdis Rndis Pribus Definitorii Viris suis Titulis ornatissimis præcordialiter et officiose invitamus pro Die 18. Octobris ad Vesperas. Jam vero Rndos, Mndos Pres Guardianos quâ Vocales pro Die 20. Obris mane cum Missis prestolamur. Cæteris autem quibus Jus nullum competit sine expressa licentia a Nobis data sub Apostasiæ pænis aditum ad præfatum Conventum Capitularem omnino inhibemus.

Ast ut tanti negotii gravissimum onus una Vobiscum Dignissimi Vocales, præsignato tempore aggressuri cum illo saluberrimo intento nostro quod maxime peroptamus Almæ Provinciæ communi emolumento perficiat perfectumque laudabilem sortiatur effectum. Obtestamur Vos in Dño Viri Frês ne detis locum indignationi invidiæ neque inflatæ æmulationis aut mundani affectûs ducamini Spiritu ast Deum Sanctamque Justitiam præ oculis habentes amore Gentis Vestræ Provinciæ inflammati cogitate cogitationes pacis. Quærite ex Familia Vestra præfici Virum juxta Cor Dei plenum Spiritu Sancto, non eum qui se ipsum sed quem Deus probitas vitæ, Zelus observantiæ Regiminis experimentum commendant, Talem quærite cui tuta et intaminata conscientia Officium Pastorale possitis committere. Considerate etiam ex Vobis viros boni testimonii plenos Spiritu Sancto et sapientia quos constituamus super hoc opus Assessorii seu Definitorii qui unâ cum suo Rectore consentientes in unum omnes cogitatus et conatus suos dirigant in altissimum commodum commune non privatum Provinciæ, suæ conscientiæ muneri oneri concredito curaturi bonum. — Hæc cum scientibus Legem loquimur Volumus Vos admdm Rndi Rndi et Mndi Pres Vocales iisdem attente et diligentissime informari; quæ tum Sacri Canones Decretaque Summorum Pontificum tum Statuta Ordinis et Provinciæ de Electione Prælatorum præscribunt pænasque fulminatas contra transgressores Legum hoc in puncto præ oculis habere, ut sic Electio canonica legaliter peragatur. Quod utique Nobis de Vestra integritate, Zelo, prudentia, notitia Legum amore boni communis indubitate pollicemur. Hinc ut Deus et Pater Luminum det Nobis simul congregatis idipsum sapere, splendoreque Gratiæ suæ mentes nostras illuminet ad cognoscendum. Quem ipse elegerit unum ex pluribus accipere locum ministerii hujus Rectoralis Almæ Provinciæ Nostræ utque sortes nostræ non absimiles sint sortibus quæ in Manu Dei sunt, incumbit Vobis Pres ac Frês Dilectissimi hoc in negotio expostulare gratiam, eo ferventiori devotionis spiritu, quo ampliorem inde vestram profuturam speratis et consideratis felicitatem.

Idcirco conformiter Legibus Nostris per binas anticipative Hebdomadas in omnibus Conventibus Provinciæ Nostræ injungimus absolvenda Suffragia pro felici successu Capituli. Ipso vero Die Capitulari post Primam Officii Divini Missa Solemnis de Spiritu Sto decantetur Patres Sacerdotes in Missis privatis collectam de Spiritu Sancto addant. Frês Clerici et Laici eadem die confiteantur et communicent ad præfatam intentionem. Quibus pro hac sola vice datur facultas eligendi sibi Confessarium pro Fratribus approbatum a quo tunc tantum absolvi possunt a casibus in ordine reservatis. — Cæterum quia negotia nostra Capitularia ad præscriptum Legum nostrarum peragere accuratissime satagimus, obligamus Pres Conventuum Superiores ut non prius ex suis respective Conventibus se se ad Capitulum afferant donec cuncta prius in Capitulo demonstranda in paratis et a Patribus Discretis subscripta habuerint, ea scilicet omnia quæ ipsis injunguntur adnotanda in Scheda in Visitatione ARP. Provincialis in quolibet Conventu relicta, — Reverendi Multumque Vndi Pres Guardiani egressuri ad Capitulum Conventuum suorum Regimen Mndis Pribus Vicariis vel Præsidentibus quos ex causis bene notis specialiter instituerimus committant. Pres vero Præsidentes concreditam sibi Communitatem ita gubernent, curamque Conventûs perficiant, ut in nullo ministerium eorum vituperetur Eleemosynam pecuniariam non dilapident, nec seorsive tempore suæ Præsidentiæ eam reponi ad Massæ Conventus jungi faciant. Missas ad celebrandum relictas suo ordine in Sacristia exponi curent, nisi aliter procedendum in casu necessitatis animadverterint. Obligamus etiam omnes et singulos Patres et Fratres omnium respective Conventuum ut destinatis pro tempore Præsidentibus omnimodam exhibeant reverentiam, et obedientiam in iis quæ Sanctæ Regulæ et conscientiæ nostræ non repugnant. In reliquo Valete Patres ac Frês in Christo Jesu Dilectissimi quos omnes per osculum pacis et affectum fraternitatis cordialissime constringimus. Summi Pontificis Pii VII. Rndissimi Pris Generalis Superioris Nostri Altissimi ac Benefactorum Nostrorum ac Nostri Vestris in orationibus memores estote. Præsentes Encyclicas Nostras Pres Conventuum Superiores Communitatibus perlegi et explicari, Protocollis ingrossari et ad Conventum viciniorem per latorem fidelissimum transmitti curent. Datum in Conventu Nostro Lublinensi Die 25. mensis 7bris 1809. Anno.

Fr Joseph Reform. Commissarius ac Visitator Generalis Capituli Præses.

Fr Felix Janowski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Sмæ Virginis MARIÆ Angelorum in utraque Gallicia Minister Provincialis et in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus copiosam a Domino Benedictionem.

Inter Christianæ charitatis officia ea quoque præstantior a Sacris Paginis indicatur proximorum dilectio, quæ eorum animas carne solutas Religionis operibus ac Suffragiis, insequitur ad eam æternitatis Regionem ad quam vita temporali ac propriis, opportunisque destitutæ auxiliis ac si per vastissimas solitudines peregrinaturæ alienis quæ Sancta subministrat Religio indigent, ut ab horrore et umbra mortis liberatæ aspiciant lumen quod Beatorum Divinam miserationem in æternum cantantium exhilarat animos; Et sane cujus equidem emolumenti foret ea cordis in humana Societate propensio, quæ Christianæ Fraternitatis stabilis consolatio, quodve Religiosum amoris veri documentum amoris inquam quo connaturaliter Parentes erga Filios nepotesque, Cognati erga cognatos, amici feruntur erga amicos.

ga amicos. et si eosdem decedentes plerumque in funebrali ac masto apparatu ad sepulchrum cum
lacrymis deducunt & stupefacti super vilissimum & abjectissimum post omnes glorias Mundi cadaver.
deplorant eventum qui conceptam de iis spem temporalis futuræ sortis simul ac amorem consepelire
cum mortuis ac evanescere facit, nisi animas ex carne tanquam ex antiquo carcere egressas ad Judicis
Supremi Tribunal idem Amor altiori instructus motivo, per pietatis opera deduceret, ac indigentibus ma:
xime opera nostra subveniret, talem enim Charitatem Nobis Superstitibus commendat Divus Joannes.
Joan: 3. inquiens. Fratres non diligamus verbo neque lingua sed opere & veritate. Ejusmodi chara:
titativum amorem erga nepotes suas Victoriam & Mariannam Niemierzyrowe, Virgines in flore
juventutis fatali casu mortis sibi ereptas contestatur Illustrissimus Dominus Franciscus Rupniewski
Conventûs Nostri Stopnicensis Syndicus Apostolicus. cum animas earundem juvandas per Suffragia
apud Nos absolvi solita suæ fecit curæ ac ad ea persolvenda non solum innumeris suis Beneficiis ac erga
Religionem & Provinciam Nostram Benevolentiis sed etiam distincta & congruenti Eleemosyna pro Conventu
ius reposita nos obligavit. Huic tam pio Illustrissimi ac singularissimi Benefactoris desiderio satisfacien:
tes injungimus quatenus in uno quoque Conventu plena absolvantur Suffragia pro supra præfatis defunctis
Victoria & Marianna videlicet quilibet Sacerdos tres missas celebret, quilibet Clericus tria Officia defunctorum
& quilibet Fr Laicus ter centum Pater Noster & Ave Maria totidemque Requiem æternam recitet & præterea
Officium Defunctorum in Choro & missa cantata pro iisdem defunctis absolvatur. Valete in Domino Patres
ac Fres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum Nostrorum in orationibus memores. Dabam in Con:
ventu Nostro Stopnicensi ad Ædes S. Mariæ Magdalenæ Pænitentis Die 5. Mensis Octobris Anno 1809.
Fr Felix Reformæ Minister Provincialis mppa

Fr Lucianus Nowosielecki Ordis Minor S. P. N. Francisci Reform
Provæ Sæ Mæ Vis Angelorum Minister Pvlis ac humilis in Dño servus.
Adm Rndis. Rndis Multu Rndis Vndisq Patribus ac Dilectissimis in Xto
Jesu Fribus Salutem a Domino.
Nostis id perbelle Patres ac Fres Dilectissimi eam videlicet quemlibet
mortalium sequi debere viam, eamq vitæ quam Deus omnia in numero, pon-
dere et mensura Creans Omnipotens suis clausit Legibus seriem, et quam
nobis in hoc negotio investigare minime consentaneum esse adjudicavit Sal-
vator noster dicens: Non est Vestrum nosse tempora, vel momenta quæ Pater po-
suit in sua potestate. Act. 1mo Vigilare verò maxime jubet Idem vigilan-
tissimus Pater Matt. 15. Vigilate, quia nescitis diem neq horam. Cupiens esse
pro sese in Xto vigilavit Pie noctuq A. R. P. Petrus Alcan. Wierzbicki et ne
adversarius eum devoret non petiit in suffragiis a Provincia ipsi debitis tan-
quam Fratri, at finito laudabilissime officio Commissariatus, petiit, ut ei addat
dies unus suffragiorum ad debita, et in Capitulo Stopnicensi A. D. 1804 obti-
nuit. a Vrbili Definitorio. Quare præsentium injungimus Locorum Superioribus
ut in quolibet Conventu absolvant Suffragia Unius diei ac Missa de Requiem
celebret. Quilibet Fr Clericus recitabit semel Officium Defrum Laici verò dicent
Centum Pater et Ave, ac totidem Req: æterna addent. Valete Patres, et Fres Dile-
ctissimi Nostri ac Benefactorum Vestris in orationibus memores. Datt. in Conventu Cracov.
ad Ædes S. Casimiri Conf. Die 3. Xbris 1809. Anno. Fr. Lucianus Ref. Mr Prlis.

Fr Lucianus Nowosielecki Ords Minor S. P. N. Francisci Reformatorum
Provinciæ Sæ Vis Mæ Angelorum Mr Prlis ac humilis in Dño Servus.
Adm Rndis, Rndis M. Rndis Vndisq Patribus ac Dilectissimis in Xto
Jesu Fratribus Salutem a Domino.
Cum inscrutabilia Judicia Dei, quæ et Sortes hominum dirigunt, et infirma
Mundi ad confundenda fortia eligunt, nos licet viribus impares Ministerio, ac Re-
gimini Provinciæ per Vocalium vota destinatos esse voluerint, tanto oneri hu-
meros Nostros Subjicimus, non quasi dominandi cupiditate illecti, at ne Vo-
luntati Divinæ resistere videremur, Omnem spem in supremi Numinis auxilio
ac

ac Vestris Patres, et Fres Dilectissimi piis suffragiis collocantes. Primos quidem cogitatus convertimus ad arduum Ministeriatus Nostri officium, atq illico hacce perhorruimus! Quid enim magis timendum? quam: Judicium durissimum quod his, qui præsunt, fiet Sap: 6. Quid horribilius, quâ pascere, et in via salutis ducere Oves concreditas,? quarũ si una perierit, sanguinem ejus de manu minus vigilantis Pastoris, Judex supremus sit requisiturus Ezech. 33. Quid acrius et difficilius quam constituti Speculatorem Domûs Israel, et præsertim hisce temporibus in quibus ingemiscere cogimur cum Jeremia Treni: 4 Quomodo obscuratum est aurum nitidæ Conscientiæ, Mutatus est color optimus puræ Regularis observantiæ, dispersi sunt lapides Sanctuarij; practica scilicet neglecta exercitia virtutũ. Et tamen obtemperandum esse voci Dñi tonanti ad Illos quos Cæteris præesse voluit: Ecce constitui te Jerem: 1. ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, quæ scilicet statum perfectionis offuscant Conscientias obruunt. Et ædifices, et plantes, quæ ad Dei gloriã promovendam Subditorũ Salutem desiderant. Non desperamus tamen cum Sancto Leone Ser: 2 in Anniversario suæ assumptionis, non desperamus inquam neq deficimus, quia non de Nobis sed de Illo præsumimus qui operatur in nobis. Qui etsi multis Pastoribus curam suam Ovium delegavit, Ipse tamen dilect: gregis custodiam n̄ reliquit.

Et sic ubi spem firmam nostri roboris ad supportandũ onus assumpti Ministerij in Præpotenti Auxilio Dei ac Summi Omniũ Pastoris Christi Jesu pervigili cura (: licet immeriti :) reponimus, restat nihilominus ut Nos vobiscum et vos Nobiscum supplices dirigamus preces ad Patrem Luminum, a quo (: exhortante Jacobo in sua Canonica Cap. 1. :) Omne datum optimũ, et omne donum pfectũ descendit: ut et Nobis pro Vestra exhortatione et salute mittere dignetur Sedium suarum Assistricem Sapientiã 3. Reg: 3. quæ nobiscũ, sit nobiscum laboret, ac quæ sunt nobis facienda? inspiret atq erudiat. Et vobis pro Nostra Consolationem det Cor docile quo dili:atis justitiam Sanctam Regulæ Professæ observantiam teneatis Christi, bonus odor in omni loco efficiamini. Ut ergo hisce primo ad Vos datis literis Nostris intime contestemur, quantũ Vos omnes Patres et Fratres Dilectissimi in Domino cupimus, in omni ~~tem~~pore bono abundare ac strenuos Paternarum Traditionũ Sectatores videre. Sequimur egregia Seraphici Doctoris et Pastoris S. Bonaventuræ vestigia. Nec nova statuens, nec vincula superinducens, nec onera nova imponens, sed veritates annunciator breviter expono videns illa non reticenda,, quæ alias in Sessionibus Capitularibus pro manutentia Regularis Disciplinæ ac Sanctæ Regulæ accurata observantia Vobis Patres et Fres Dilectissimi commemoranda inculcanda atq a Vobis adimplenda accepimus.

Compertum itaq est non mediocre Regularis Disciplinæ ōni detrimentum, atq fervorem Spiritus Religiosi extingui ubi Superiores suæ Pastoralis sollicitudinis obliti, negligunt delinquentes reprehendere, paterne corrigere pro gravitate excessus punire, atq statutis temporibus prævia salutari exhortatione capitula culparum celebrare. Ubi Juniores in Schola virtutes Divinis Mysteriis haud aliquando exerceri, ac præsertim Fratres juniores Laici, qui hac de causa in non nullis Conventibus

inventi sunt minus quã par ẽ, gravi Mysterioꝝ Fidei, etiam quæ sunt de necessitate medij. Ubi Religiosi vel plurimũ otio dediti inter activam et contemplativam vitam quandã non vivi monstrosam agunt. Ubi applicati studio, nec ad sedulitatem debitam impellunt, nec adjungendũ studium cũ pietate alliciunt. Ubi deniq̃ per quandam relaxativam puræ observantiæ quondã Superioꝝ conniventia pecunia in cautè recipitur, ac difformi a nostro statu modo reposita servet. Hi ingentes defectus ex præcedentibꝫ Visitationibus adnotati; nobis incumbunt eradicandi, et in futura Deo dante Visitatione, num efficaciter sint emendati? inquirendi. Atq̃ ideo pro munere nostro præsentibus recomendare nitimur. Ctmo Honorandis Dominis Superioribus, ut memores suæ gravissimæ obligationis omnibꝫ et singulis invigilent atestanto, ne quivis defectus Statũ perfectionis deturpantes impunè grassent. Assumant Zelũ paterno mixtũ affectui, atq̃ sagaci discretione nil intentatũ relinquant, quin subditoꝝ devios domi forisq̃ deprehensos mores qua paternis admonitionibus, qua salutaribꝫ etiam pœnis emendatos efficiant. Curent ad normã statutoꝝ nosse, quomodo se Fr̃es extra Conventũ missi gesserint? Ipsi tandem bono exemplo comunitatibus præbuendo, atq̃ præmissis salutaribus exhortationibus præscripta culparum Capitula ñ prætermittendo, singulos ad viã perfectionis suæq̃ vocationis efficacem memoriam alliciant. Sibi etiã atq̃ suis pergm exactissimè invigilent circa principale votũ Paupertatis quatenus omnia et singula quæ circa receptionem, contrectationem conservationem expensamq̃ in Declarationibus Summoꝝ Pontificum ac Nostris Statutis sunt præscripta ad amussim observent, alias in transgressores statutarijs pœnis animadvertere coacti erimus. 2do. Illi, quibus Juniorum Cura atq̃ educatio est commissa, pro Dei honore suoq̃ amplissimo merito allaborent, ut ijsce Methodum vitæ spiritualis demonstrent, ideo Circulos pomeridianos ñ omittant, sicuti nec spirituales Lectiones in Conventibus Seminarioꝝ, singulariter verò revocamus in memoriam PP. Vicarijs, ut cũ Junioribus Studiosis Diebus Dominicis faciant Exercitiũ Cæremoniarũ juxta præscriptũ Ordinarij et Rubricas Missalis, ad quod vocandi sunt etiam Fr̃es Laici, ut sic et qui sacra perficiunt et qui sacris prope longiusq̃ deserviunt cuncta in confuse peragere noscant, et addiscant. Sciant etiam PP. Vicarij sibi incũbere ut Fr̃es Laici præsertim juniores et rudiores examinent de Mysterijs Fidei, Conditionibus ad sacramenta rite percipienda, cũ certũ sit, externũ habitũ Religionis ñ infundere habitum scientiæ, atq̃ ideo ignari etiã Religiosi debent erudiri, aut saltem num sint eruditi, vel num aliquando habitæ eruditionis non obliviscant? expiscari oportet ex onere conscientiæ illoꝝ, qui curã animarũ gerunt. Hinc etiam volumus juxta sæpius repetitas ordinationes, ut simile Examen fiat cũ sæcularibus qui in Nostris Conventibus deserviunt, saltem ante Confessionem et Cõmunionẽ Paschalem, qui etiã ut in principalioribus Festis confiteant, cõmunicent, Dominicis, et Festis diebus Concioni adsint. Fr̃es Canaparij invigilent sub animadversione Superioꝝ Localium. 3tio PPes Lectores Artiũ curent cũ suis studiosis post Cœnam aut Collationem correpetitiones seu Conferentias facere ex Lectione diei revocando in memoriam Regulas traditas et explicatas illas ad praxim sive Constructionis in Grammatica sive Eloquentiæ ac Ornatus in Rhetorica per exempla a Fratribus Studiosis facienda deducendo. 4to Applicati Studio sciant se esse in Conscientia obligatos, ut omnimodam diligentiam adhibeant Lectioni, ne alias vel inutile pondus Sanctæ Religioni evadant, vel ob suam inscitiam aliorum Conscientias quandoq̃ illaqueant, certe tum pro temporis

abusu

abusu, tum talentorum neglectu, tum pro spe defraudata Provinciæ, tum vel maxime pro mala suo tempore Mysteriorum Dei administratione ;/: quod opportuna negligentibus studia continuo evenit :/ strictissimam Deo rationem reddituri. Meminerint etiam admonitionis Sanctissimi Patriarchæ Nostri Francisci, ut diligentiam studij cum fervore pietatis ac cæterarum virtutum cultura sociare nitantur. Unde illos seriò exhortamur in Domino ut Officia Chori, Orationem mentalem, aliaq pietatis officia, Exercitia, non tantum minime negligant, sed et quam devotissimè adimpleant, uberes certe exinde Spirituales fructus, ac divinam Benedictionem percepturi. Qui autem fuerit in studijs negligentes ad pietatis officia ignavi ac Religiosæ Moralitatis ignari, hi omnino ad meliorem frugem tum per Patres Lectores, tum Locorum Superiores redigantur. 66. Ut omnis mali sementum, quod est otiositas a Nostris Religiosis exulet, curent singuli suis officiis accuratissimè satisfacere Patres Prædicatores, præsertim juniores curent Conciones in Authoritate sacræ Scripturæ ac SS. Patrum fundatas elaborare mundè describere atq memoriæ traditas zelosè ac devotè ad captum ædificationemq populi disserere. Subauditur enim de quibusdam quod suas Conciones peremptoriè adinstar Oratiunculæ describant, et quod pejus ex charta legere soleant, quod in Nostra Provincia cum ejus honore haud practicatum fuit et ne practicet operam dabimus, etiam privatis officij delictis in suo munere castigando. Seriò autem injungimus ne juniores officiales ad Obsequia saepe distrahant, sic enim distracti ad sua officia cum magno Provinciæ damno impares evadunt. Patres Confessarij lectioni librorum Moralium incumbant pro casuum resolutione parati assistant suaq sedulitatem in legendo bonis ac fundatis responsionibus comprobent. Patres etiam et Fratres studiosi ad mentem Statutorum solita laboritia non omittant, æstivo tempore in horto, hyemali in Refectorio sicut et ad munditiem Ecclesiæ, Chori, Sacristiæ, Altarium, juxta laudabilem Nostræ Reformationis consvetudinem attendant, negligentes ad præstandum suis officijs compellantur, præsertim verò Fratres Laici vel maxime nullis officijs occupati nunquam otiari permittantur, et omnino a Locorum Superioribus ad opera Conventus utilia applicentur et impellantur prout specialiter de illis et Regula loquitur et Statuta declarant. 67. Pro meliori Juniorum Nostrorum qua par est educatione cogit nos sollicitudo admonere Patres et Fratres in Conventibus Studiorum, Seminariorum ac Noviciatuum manentes ut se modeste, Religiosè ac exemplariter gerant Murmurationes ac familiaria cum Junioribus colloquia evitent sicut ab acerbis clamorosis verbis caveant, sintq Religioni ac Juventuti bono exemplo, et nullatenus scandalo super quod specialem vigilantiam Locorum Superioribus commendamus obligando: ut hac in parte devios seriò admoneant, et sise non emendaverint, etiam publicis pœnitentijs corripiant. Licet enim legatur oportet ut veniant scandala; Verum est illud non potest obliterari

vari: effatum Salvatoris: Vae illi per quem scandalū venit.
Et haec sunt quae vobis Patres et Frēs dilectissimi recomendanda duximus atq Praesentibus recomendavimus, ut quae mala Patrū Nostrorū Instituta irrepserant adversa, haec emendent. Et quae bona Patribus Antiquis usitata obsoluerant haec resuscitent, ut et Deus sit in omnibus, et per omnia benedictus. Et nos in Sanctitate et Justitia ambulemus coram Ipso omnibus diebus vitae nostrae. Interim in Osculo Sanctae pacis ac Fraternae charitatis Vos Patres et Frēs Dilectissimi stringimus, nosmetipsos ac Benefactores nec non necessitates Ecclesiae Patriae ac Provinciae Vestris piis orationibus recomendamus. Praesentes Litterae Nostrae singulis Comunitatibus publicentur per Locorū Superiores lingva vernacula explicent, et postqm fuerint Protocolis inprossatae ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum remittent. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Conf. die 2. 9bris A. 1809 Anno

Fr. Lucianus Rēf. Mnr Prōlis.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ordinis Mnr. S. P. Francisci Reformatorum Provinciae Sśmae Virginis MARIAE Angelorum Minister Prōlis et in Domino Servus.
Admodum Rndis Rndis Multum Vndis, Venerandisq Patribus, ac dilectissimis in Chto Fratribus copiosam a Dño Salutem et Benedictionem.
Sapientissimus omnium Salomon ut omnem humanae vitae periodum etiam ad centum Annorum Spatium ampliatam proprio depingeret penicillo, comparavit eamdem guttae marinae, et grano arenae quasi sic exigui Anni forent hominum. En quid mortalium animi cum depravatorum caterva plaudent? quid revolvent mente? quid, inquam, sunt Anni nostri? nonne granum arenarium? et guttula maris? Quid granum arenarium respectu altissimorum montium? quid guttula aquae? respectu profundissimorum marium voraginum. Sic omnes anni nostri modicissimum punctum sunt comparate ad illa aeternitatis diem. Et tamen cum hoc grano arenae, et aquae guttula sic triumphamus, quasi in aetnum victuri. O vanam Spem hominum! en grani arenae instar vita nostra existit, et quid longissimos multi pollicentur sibi in dies Annos: qui non dulces sed amari valde, non suaves sed doloribus et aerumnis pleni inveniuntur. Vere S. Aug: loquitur dicens: Recollige annos ab Adam usq ad hodiernam diem, Percurre Scripturas, heri pene Adam de Paradiso lapsus est, ubi ergo sunt praeterita tempora? Si toto illo tempore viveres; ex quo Adam de Paradiso emissus usq ad hodiernam diem certe vidisses vitam tuam non fuisse diuturnam, quae sic avolasset. En idipssum mente revolvit Perillustris Adm Rndus Dñus Cajetanus Derbedrasiewicz Canonicus Zamoscensis hanc abbreviatam vitae lineam ante oculos ponit dum autem se adhuc superstitem conspicit de aeternitate certum, de gratia vero et gloria inscium. Hinc ne Dei Strictissimum subeat judicium, suis nos praevenit beneficiis, et Congruam Eleemosynam largitus est, ut Nos eidem adhuc superstiti per crebra suspiria, et Missarum Sacrificia finalem in Gratia Divina, et bonis operibus perseverantiam impetremus. Quare injungimus Omnibus Locorum Superioribus, ut pro impetranda finali gratia Perillustri Rndo Derbedrasiewicz in uno quoque Conventu Provinciae Nostrae sequentia absolvantur suffragia; videlicet: Quilibet Sacerdos celebrabit duas Missas. Quilibet Fr. Clericus ter

ter Psalmos Poenitentiales recitabit. Quilibet Fr. Laicus ter centu Pater et Ave cum totidem Gloria Patri dicet, ac duabus vicibus Comunionem Sacrã offerent. Insuper: semel in Choro Psalmi Poenitentiales absolvantur et Cantabitur Missa Votiva pro impetranda finali gratia ejusdem Benefactoris.
His tamen praemissis auscultate iterum Patres ac Fres Dilectissimi amaram ac infelicem Sortem quam experimur in morte Illmi Dñi Adalberti Horodyński Conventus Nostri Jaroslaviensis Syndici Apostolici, necnon Fundatoris Capituli Jaroslaviensis Anno 1806. Hic Benefactor Nostrorum singularissimus explorat a Nobis juvamen Animae Suae, ut qui stante vita fuerit addictissimus Ordini Nostro, cumque multis suis donis liberaliter locupletabat etiam a Nobis recipiat Gratitudinis vices. Hic ergo si adhuc Supremae Inquisitionis teneatur vinculo, subveniamus animae ejus, et per pia placationis officia exoremus Divinam Clementiam. Idcirco: injungimus omnibus Locorum Superioribus, ut in quolibet Conventu Provinciae Nostrae Cantet Missa de Requiem absolvatur, officium Defunctorum semel in Choro. Quilibet Fr. Clericus una vice Officium Defunctorum. Quilibet Fr. Laicus Centum Pater et Ave, et totidem Requiem aeternam recitabit. Praesentes autem Nostras Litteras Superiores Locales suis Comunitatibus respective perlectas, et explicatas, Protocollo inscriptas ad viciniorem Conventum sine mora transmitti curent justa ordinem Cursoriae foris adnotatum. Valete Pres ac Fres in Xto Dilectissimi Nostri ac Benefactorũ Nostrorum in Orationibus memores. Datt. in Conventu Nostro Chelmensi ad Aedes S. Andreae Apos: Die 29. Martij Ao 1810. Fr. Lucianus Ref. Min. Proūlis.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ordĩs Minor. S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Ssae Virĩs MARIAE Angelor. Minoris Polõe Minister Provincialis ac in Domino Servus.
Adm. Rndis Rndis Multum Pndis Undique Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus copiosam a Domino Benedictionem.
Sic Divinae Providentiae pro hoc luctuoso statu mortalium attemperatae sunt Leges, ut laeta tristibus tristitia laetis succedant. Hanc contemplans vicisitudinem Regius Psaltes merito proclamavit: Ad vesperam demorabitur fletus, et ad matutinum laetitia. Quae successivum vicisitudo scilicet justa Divum Chrisostomum Homi: 8va in Matheum scribentem ad Sanctos directa sit, Communi tamen Dei ordinatione singulos tangit prout quotidiana edocemur experientia. Ex hac in parte nobis laetari necesse est quod Christiani bonae notae saepe cogitant, ac tempestive provident in hoc depravato saeculo de prosperrimo ultimo vitae suae momento, audii, Nos quoque debemus esse de obitu Singularissimorum Benefactorum nostrorum, quorum vita nobis incolumis proficua, ac jucundissima est semper, ac salus illorũ in continuis votis. Et ecce nunc hoc utrumque experimur. Primũ est quod Illustrissima Apolonia de Wilkonskie Pisarzowska Vexillifera Cracoviensis Stellatae Crucis Augustissimae Mariae Teresiae dono insignita ut se sistat laeta ac secura coram ultimo Judice, tempestive providet de Sua salute, ad quam obtinendam exoptat placatum sibi reddi Judicem per Nostra suffragia, ut possit assequi finalem gratiam. — Alterum est quo corda nostra vulneravimus dum recepimus nuntium de lugubri morte Illustrissimi Domini Ignatij Miączyński Capitanei Smidnensis ac Syndici Conventus Lublinensis, et non unius tantum Conventus Benefactoris

is Magni, ast etiam et aliorum singularissimi. A multis Annis non erat similis illi, qui in omni conservaret attentius legem altissimi, quamvis multis curis distrahebatur, ultimam tandem periodum vitæ suæ claudens, et Deum præ oculis habens, ut semper in nos pauperes largam manum suam extendit. Quare tam vi justitiæ, quàm vi gratitudinis utrisq. Personis iusta debentur suffragia consequentia. Itaq. stringimus Locorum Superiores ut pro impetranda finali gratia Illmæ Apoloniæ Pisarzowska in unoquoq. Conventu quilibet Sacerdos unam Missam absolvat. Quilibet Fr Clericus Psalmos Pœnitentiales semel recitet. Quilibet Laicus centum Pater et Ave cum totidem Gloria Patri dicet. Insuper in unoquoq. Conventu Psalmi Pœnitentiales in Choro dicentur, ac Votiva cantabitur ad intentionem præfatæ Benefactricis. Jam verò pro Defuncto Ignatio Mielczynski in omnibus Conventibus cantabitur Missa de Requiem, cū Officio in Choro. Conventus autem Lublinensis, absolvet Suffragia trium dierum tanquam pro Fratre videlicet: Quilibet Sacerdos recitabit tres Missas. Quilibet Fr Clericus ter Officium Defunctorum. Quilibet Fr Laicus ter centum Pater, et Ave cum totidem Requiem æternam dicet. Insuper cantabitur Missa de Requiem. Hæc ubivis Fres ac Patres Dilectissimi denuntiavimus, supplemus insuper quæ in Encyclicis Nostris postcapitularibus denuntianda erant ex voto V.V. Definitorij, videlicet: in Capitulo immediato sessione quæ numero 4. et 5. adjudicatam esse Emerituram MV Patri Anastasio Szpytkiewicz, et MVPi Barnabæ Szyszkowski, quos Multum Vndos Patres ut verè Emeritos in Provincia habendos præsentibus officiosè declaramus. Valete Pres ac Fres Dilectissimi, atq. Deum pro Ecclesia Ejusq. visibili Capite pro Ordine Nostro ac Provincia, nec non pro Nobis ac Benefactoribus orate. Præsentes Litteras Protocollis faciant ingrossari Locorū Superiores præmissa explicatione earum. Datum in Conventu Nostro Cracovien. ad Ædes S. Casimiri Conf. d. 30 Mar. 1810. An.

Fr Lucianus Nowosielecki Adi Mri S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Smæ Mæ Angelorum Minister Provincialis et Servus.

Fr Lucianus Refor. Mnr Provincialis mp.

Adm Rndis Rndis M Vndis Vndisq. Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus copiosam à Domino Salutem ac Benedictionem –

Obstrictum gratitudinis pensum Optimis Benefactoribus præstare vox naturæ clamat, Jus Divinum præcipit nec sine gravi facinore hæce obligatio prætermitti potest. Ubi etenim Altissimo placuit quosdam indigentijs opprimi, aut infortuniis casibus succumbere alios verò meliori sorte potiri, aut locupletionibus bonis abundare, placuit itidem Supremo Moderatori, ut ditiores sublevarent indigentias inopum, sublevati vero perennis gratitudinis erga suos Benefactores gererent Animum. Hinc certe non alio motivo, nisi Soli Deo placendi largissimo beneficij præstiti munere vere alacri et paterne compatienti corde succurrit Maximæ indigentiæ Nostri Conventus Sandomiriensis Illustris Dominus Hyacinthus Kochanski Insignis Collegiatæ Sandomiriensis Canonicus et Ejusdem Concionator Meritissimus in Trzycz Præpositus. Notis siquidem perbelle ad quam miserrimum Statum redactus est præfatus Noster Conventus Sandomiriensis ob incursiones bellicas Anno mox elapso. Noveritis itidem PP et FF Dilectissimi quanta promptitudine pro restaurando eodem Conventu copiosissimam elargitus est eleemosynā prælaudatus Illmus Canonicus Vir utiq. Religiosissimus meritis et virtutibus in Ecclesia Dei perspicuus ac nostri pauperculi Status amantissimus Fautor et Patronus, ita: ut non tantum Benefactoris sed et principalis Fundatoris Nomen et Honorem sibi promeruit. Spe indubia erigimur quod pro tanto Beneficio Deus Ter Optimus Maximus præparat prælaudato Illmo Dno. Canonico mercedem copiosā in tempore et æternitate, quemadmodum teste Divino Eloquio certificamur Prov. 19. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, At nec nos ab intimæ gratitudinis obsequio alieni esse possumus. Quinimo

quod

quod vox naturæ Jus Divinum serio nobis inculcant exhibeamus nos gratos
tanto Benefactori Nostro continuis obsecrationibus Divinam exorantes clementiam
pro longæva Ejus incolumitate prosperrimo in omnibus successu ac quod omnium
bonorum summum ac apprime necessarium pro finali gratia Ejusdem Benefa-
ctoris Nostri gratissimi. Quare præsentibus injungimus omnibus Conventuum
Superioribus ut in Unoquoq Conventu absolvantur sequentia Suffragia. Quili-
bet Sacerdos absolvet tres Missas. Quilibet Frater Clericus ter Psalmos Poeni-
tentiales recitabit cum Litanijs. Quilibet Fr. Laicus ter Centum Pater et Ave
cum totidem Gloria Patri absolvet. Insuper in Unoquoq Conventu Cantabitur
Missa Votiva pro finali gratia, ac in Choro Psalmi Poenitentiales absolventur.
Præsentes Nostras Litteras PP. Superiores Locales respective suis Communi-
tatibus recommendatas ac Protocollis ingrossatas ad viciniorem Conventum
juxta ordinem Catalogi a fonis adnotatum sine mora non per Postam
sed per fidelem latorem transmittant. Valete PP. et FFres Dilectissimi
Nostri ac Benefactorum in Orationibus memores. Datt in Conventu Nostro
Velicensi ad Ædes S. P. N. Fran: Stigmatizati Die 4. Julij 1810. Anno

Fr. Lucianus Ref. Min. Prov.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ordinis Minorum S. P. N. Fran. Reformatorum
Provinciæ Ejusdem Bmæ Virg. Mariæ Angelorum Minister Provincialis et Servus.
Admodum Rndis Rndis Multum Rndis Venerabilibus Patribus ac Dilectissimis
in Xto Fratribus Copiosam Salutem et Benedictionem.
Cum ob circumstantias temporis immediatum Capitulum tardius celebratum fuerit
Nos proinde unam duntaxat canonicam visitationem in tesseram paterni Nostri
erga vos affectus PP. et FFres Dilectissimi perficimus. Secundo autem vos
visitare præsentibus Encyclitis Statuimus, exoptando vobis a Supremo
visitatore ex alto in virga floridæ directionis prosperrimam valetudinem. Debita
equidem Ministerij Nobis imposita exigit Providentia, ut ea quæ concredita
brachijs Nostris Provinciæ decori, Solatio conveniunt ejusq interno Spirituali
conducant profectui quovis possibili modo providere Satagamus. Et licet in id-
ipsum Sedulo totam intenderimus mentis aciem lustrando circuitus non sine gravibus
incommodis :/ universa, id tamen perfectius Nos effecturos existimamus ad
combinatæ claritatis augem. Plures equidem oculi et plus et accuratius per
spicere vellent. Unde Divinus Vates Zacharias Cap. 3tio. adnotavit: Super
Unum lapidem septem oculi sunt. Ideo forsitan ad eum ab
omni deformi scissura servarent illesum. Proinde et nos tenuitatis
memores propriis Nostris minime confisi aliorum subsidia prætendimus oculorum
ut in Alma Provincia super unum lapidem pretiosum Divinissimam scilicet Angelorum
Reginam Bmam Virginem Mariam fundata si quæ viderint vetera renovent, si quæ
deformia reforment. Apprime nostro intento præludit Magnus ille Doctor Gen-
tium Paulus exhortando 1. Rom. 12. Reformamini„ Et Eph. 4. Renovamini
Spiritu. Mystica certe ac Subtilis Apostoli elocutio, dum Reformationem per
Renovationem definit atq declarat. Quid enim aliud sonat Reformatio? Spiritus! nisi
renascentis vitæ conformitas novo illi Homini Deo qui veniens in Mundum nova
præcepta dedit mundo, ut Novum hominem ad sui Ideam reformaret. Et hoc est
illud novæ Conversationis Nostræ studium, hæc est illa meliorum charismatum
æmulatio, hæc est vera in Spem vivam" regeneratio, ut Reformati in novitate
Spiritus ambulantes ad propositum vitæ bravium pervenire possimus
Hanc Sacram renovationis doctrinam tenuit tenetq Nostræ Provinciæ Refor-
matio, quæ ideo quotannis Consultationes renovat ut reformetur, reformat
ut renovetur, Vetus expurgat fermentum, ut nova conspersione potiatur.

Quapropter

Quapropter et nos tam pium optimae consvetudinis sequendo morem volendo accuratius perspicere, num? et quae sint Reformatione ac Renovatione digna, primam annuam Congregationem, habita iam desuper facultate celebrare statuimus. Illamque actu celebrandam Die 15 Augusti in Conventu Nostro Stopnicensi praesentibus intimamus. Ad quam de jure, Rndum Patrem Custodem Vocalem Provinciae RR. PP. Definitores actuales Provinciae pro die 12. mane praefati mensis invitamus, ac avidissime expectamus. Caeteris verò quibuscunque non habita nostra licentia speciali sub poena Apostaticae accessum inhibemus. Porro: ut haec renovatio cum reformatione non tantum bono communi Provinciae sed etiam cuilibet ad vota succedat Divini Spiritus Clementiam exorare necesse sit. Idcirco hunc in finem juxta tenorem Statutorum anticipative duabus ante diem Congregationis septimanis absolvant suffragia, ac ipsa Congregationis die in unoquoque Conventu Provinciae Nostrae Missa de Spiritu Sancto post primam Divini officij solemniter decantetur. Sacerdotes verò in Missis privatis Collectam de Spiritu Sancto addant. Fratres Clerici et Laici eadem die confiteantur et communicent, quibus pro hac die damus licentiam eligendi sibi Confessarium alias jam in ordine approbatum a quo possint absolvi à casibus reservatis. Patres locorum Superiores curent tempestive ad omnia quaesita in Schedis descripta et a Discretis praevia singulorum visione ac revisione subscripta nec non juratum testimonium ut moris est de celebratione Missarum ad locum Congregationis transmittere. Volumus autem ut relicta Eleemosyna in scheda specifice adnotetur, quantum scilicet relinquitur in Bancocetlis, et quantum in bona moneta. Patres etiam Lectores dabunt fidele testimonium de profectu et capacitate suorum studiosorum praesertim terminantium studia, quibus adnectent testimonium de moralitate eorundem a Discretis subscriptum. Patres verò Resolutores casuum Conscientiae et Examinatores exhibebunt testimonium, qualiter Patres Confessarij casus resolverint? Examenque absolverint?

Haec ubi spectantia renovationem per futuros actus Congregationales Vobis Patres ac Fratres Dilectissimi intimamus, cogit nos debitae gratitudinis obsequium, ut in Vestris mentibus renovemus memoriam p. d. Illmi Dni Adalberti Horodyski Conventus Nostri Jaroslaviensis Syndici Apostolici nec non Capituli Jaroslaviensis Anno 1806 Fundatoris Munificentissimi, de cujus lugubri obitu licet jam vos certos reddiderimus atque ad praestanda Animae ejus suffragia exhortari vos non intermiserimus, ubi tamen superstes ejus amantissima consors Illma Domina Barbara Horodyska novis Nos devincere satagit Beneficiis, justum est ut nova pro anima ejus Dilectissimi Mariti, ac Nostri Gratiosissimi Benefactoris persolvamus suffragia. Quare praesentibus injungimus ut in unoquoque Conventu pro anima Adalberti recitetur Officium Defunctorum in Choro ac Missa de Requiem cantetur quilibet Sacerdos unam Missam celebret. Quilibet Clericus bis officium Defunctorum quilibet Laicus 200 Pater et Ave, et totidem Requiem oret. Caeterum PP. et FF. Dilectissimi etiam privatis orationibus curate pium ferre suffragium animae praedicti Benefactoris Nostri.

Commendamus insuper pijs Orationibus ac Charitativis suffragiis animam p. d. Venerabilis Domini Lucae Kibczenski olim Conventus Nostri Zamosciensis Substituti. Quae suffragia tum discretioni Superiorum localium, tum Vestrae PP. et Fratres Dilectissimi pietati relinquimus.

Praesentes Nostras literas PP. Superiores Locales respective suis Communitatibus recomendatas ac Protocollis ingrossatas ad Viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriae a foris adnotatum sine mora non per Pocztam sed per fidelem latorem transmittant

mittant. Valete PP. et FF. Dilectissimi nostri ac Benefactorum in orationibus memores. Datt. in Conventu Nostro Vielicensi ad Aedes S. P. N. Francisci Stigmatisati Die 4. July 1810. Anno. Fr. Lucianus Ref. Mnus Provincialis.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ordis Minorum S. P. N. Fris Reformatorum Provae S. Ae MARIAE Angelorum Minister Provincialis et Servus. Adm Rndis Rndis Mndis Vndisque Patribus ac Dilectissimis in Xto Fratribus Salutem a Domino.

Sancta et Salubris cogitatio est pro Defunctis exorare, inquit Sacer Textus 2. Mach 12. Cui apprime alludit Novae Legis Conditor Christus Dnus Math. 7. Omnia quaecunque vultis ut faciant vobis homines et vos similiter facite illis;; Unde non incongrue colligitur, pro iis, qui in Domino dormitionem acceperant, piias ad Deum ferre supplicationes esse actum, tum Religionis, ut pote qui a Sancta et Salubri cogitatione dirigitur, tum bonae Spei, quatenus habet mutuae repromissionem vicissitudines, tum fraternae charitatis, in qua Sanctorum, quam in Symbolo profitemur Communio fundatur. — His motivis habens optime instructum animum Magnificus Dnus Mathias MACZEWSKI religiose cogitans de illis, qui cum pietate dormitionem acceperant, volendo cum illis Sanctae Communionis nexum in Suffragantis vinculo charitatis servare, atque sic sperans etiam Sibi optimam repositam fore gratiam apud Deum, Statuit de illa Eleemosyna, quam alias in Suffragium animae suae per Conventus Provinciae Nostrae (: post sua fata :) distribuendam reposuerat animabus Defunctorum presertim Suffragio carentibus Nostris Orationibus ac Suffragiis.

Quare nos tam pium praelaudati Benefactoris propositum ad effectum deducere volentes, injungimus Locorum Superioribus, ut postquam has praesentes literas nostras receperint, in Suis respective Conventibus juxta intentionem ejusdem praelaudati Benefactoris, sequentia faciant pro Dfis Suffragio carentibus absolvi Suffragia. videlicet: Officium Defnctorum recitetur in Choro, ac Missa de Requiem cantetur. Quilibet Sacerdos unam Missam celebret. Quilibet Clericus Duo Officia Defnctorum. Quilibet Laicus 200 Pater et Ave, ac cum totidem Requiem ae. recitet. Superest PPes ac FFres Dilectissimi, ut meliora charismata aemulemur, atque exemplo hujus Benefactoris concitati, meminerimus Voluntatis Seraphici Patris Nostri S. Francisci, Qui nos in Sua Regula Cap. 3. voluit orare pro Defunctis. Nec non crebris Orationibus habeamus etiam memoriam Magnifici Dni Benefactoris Mathiae MACZEWSKI, ut Illum Deus quam diutissime incolumem conservet, atque gratiae Suae abundantia repleat, ut et hic Secure vivat, et in futuro bravium beatitudinis perenniter capiat. Praesentes Litteras nostras Patres Locorum Superiores Suis respective Communitatibus publicatas Protocolis ingrossatas ad vicinorem Conventum juxta ordinem Carionis a fonis adnotatum remittant. Valete PP. et FFres Dilectissimi, nostri ac Benefactorum in orationibus memores. Datt. in Nostro ad S. P. N. Franciscum Stigmatizatum Conventu Vielicensi Die 7. July 1810. Fr. Lucianus Ref. Mnus Provlis.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ord. Minorum S. P. N. Fri Reformatorum Provinciæ S.mæ
V. Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et servus.

Admodum Rndis Rndis, multum Vnrndis Vnrndisque Patribus ac in Xto Dilectissimis Fratribus
salutem a Domino et copiosam Benedictionem.

Evangelica paupertas quam ad imitationem Jesu Xti omnium rerum abnegando proprietatem
sancte profitemur, quod miris Divinæ Providentiæ foveatur subsidiis continuâ erudimur experientiâ.
Illo siquidem inspirante ac moderante qui pauperum curam super se jactari voluit quique ani:
mos cordaque hominum flectere novit, nostras indigentias optimi Benefactores sublevare non gravan
tur, imo cunctis necessitatibus conditionis nostræ subvenire Religioni ac pietati indubitanter ducunt.
Proinde alii nobis ad victum amictumque ac domicilium præsentis vitæ necessaria suppeditant. alii Pro:
fessionis Nostræ tuendo puritatem Apostolicæ Sedis vices gerendo munus Apostolici Syndici libenti suscipi:
unt animo, atque intimo cordis affectu statui nostro permanenter sunt additi. Cuncti vero Supremi E:
vangelii Legislatoris nituntur apertis Matth 25. Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis mi
hi fecistis. Nostrarum igitur partium sit opportet, ut cunctos ejusmodi Benefactores addictissimos, in:
timo gratitudinis prosequamur sensu eorumque memoriam in quotidianis orationibus habeamus.
Sit vel maxime ubi ipsimet piam in nostris obsecrationibus ponendo fiduciam specialiter nostra exoptat suffragia
quorum de numero est Illmus Dnus Franciscus Rupniewski Bnfctor Noster Singularissimus qui multis
ab annis olim Conventus Sandomiriensis ac demum Stopnicensis Munus Syndici Apostolici paterno affe
ctu gessit nec non amplissima decoravit munificentiâ. Unde sat evidentibus sibi nostram Provinciam
devincit argumentis, ut jure optimo Eidem præter continuas tum Divinarum Gratiarum, tum cœlestium Be:
nedictionum tam longævæ penes prosperrimam sortem vitæ, incolumitatisque apprecationes, etiam post sera fa
ta a Nobis integra debeantur suffragia. Verum cum idem Illmus Bnfactor Noster Singularissimus Nobis
exposuit desideria ut illa quæ pro anima ejus absolvenda forent suffragia nunc cum adhuc favente
Deo superstes vivit pro impetrando sibi dono specialissimo finalis gratiæ absolverentur, Nec non ut intu:
itu Beneficiorum tum propensissimi affectus quo erga Ordinem Nostrum ferebatur ejus dilectissima pie
defuncta Consors Illma Dna Marianna de Misieszkie Rupniewska etiam pro anima ejus p. d. Marian:
næ solita in Conventibus Provinciæ Nostræ absolvantur suffragia. Hinc nos et debitæ gratitudinis volen
tes contestari argumentum et piis Illmi Bnfactoris satisfacere votis injungimus ut in singulis Con:
ventibus Provinciæ Nostræ tum pro impetranda finali gratia Illmo Francisco Rupniewski tum pro
anima p. d. Mariannæ de Misieszkie Rupniewska distinctim quilibet Sacerdos tres Missas celebret
quilibet Fr. Clericus ter Psalmos Pœnitentiales, ac respective ter Officium defunctorum recitet, qui
libet Fr. Laicus ter centum Pater et Ave ac totidem Gloria Patri ac iterum ter centum Pater et Ave
cum totidem Requiem oret. ac præterea in Choro semel Psalmi Pœnitentiales cum votiva cantata
ac semel Officium defunctorum cum Missa cantata de Requiem juxta mox specificatam Intentionem absolvan
tur.

Addeubi pietati vestræ recommendamus. PP. ac FF. Dilectissimi occurrit et aliud gratitudinis a Nobis ex:
solvendum pensum animæ p. d. Magnificæ Dnæ Priscæ de Tuszyńskie Chomentowska thesaurariæ
Szydlovien. Cujus erga Ordinem Nostrum intimam propensionem, largam beneficentiam jucunda cu
Nostratibus Conversationem hilarem in Domo sua Nostrorum receptionem, sat exprimere non possumus. Explevit illa
cursum vitæ suæ in senectute bona quia ultra nonagenaria plena bonorum operum pietatis Religionis, Studiosissi
ma, cum omnibus tum domesticis tum exteris pacem fovens, suæ Familiæ decus et ornamentum, cunctis vero ut
Christianæ moralitatis exemplar effulsit certo ut altera Judith. Erat in omnibus famosissima quoniam timebat
Dominum valde nec erat qui loqueretur de illa verbum malum Jud: C. 8. Ejus vitam meritis ac virtutibus refertam
æternitatis prospiciam, Vocanti Domino semper obviare paratam mors pia terminavit inter mortales, et ad im
mortalitatem transtulit. Siquidem illo quo illam Deus hinc migrare voluit die mane pro suo piissimo more ur
gens precesque ad Deum devotissime fundens, nullis imminentis mortis aut agoniæ præveni entibus signis, præ
ter decrepitam ætatem velut in Domino obdormiens placidissime exhalavit animam. quæ ut pie credi po:
test, carne soluta cœlos penetravit, Numinis Supremi claritatem in æternum speculatura. Hæc p. d. Magnifica
Dna Prisca Chomentowska licet studio pietatis ac Religionis qua crebris orationibus qua frequenti Sacramentorum
usu, qua excellentibus Christianarum virtutum exercitiis se se ad beatæ vitæ premium jugiter disponebat nihilo:
minus animæ suæ subsidium quo tutius ac citius exoptatæ salutis bravium attingeret, a nostris etiam oratio
nibus decernendo specialiter eo fine certam congruamque eleemosynam subsidium sibi præstandum tempestive
providit. Igitur p. d. Benefactrici Nostræ ut promptam gratitudinem contestemur injungimus ut in uno quoque Con:
ventu Provinciæ Nostræ pro anima ejus integra ut moris est pro Fre persolvantur suffragia. Præsentes Literas No
stras PP. Locorum Superiores suis respective Communitatibus promulgatas, Protocollis ingrossatas ad viciniorem Con:
ventum juxta Ordinem Cursoriæ a fronte notatum indilate remittant. Valete PP. ac Fres Dilectissimi necessitatum Stæ
Romano-Catholicæ Ecclesiæ, Ordinis, Patriæ, ac Provinciæ Nostræ nec non Nostri ac Benefactorum in vestris orationi:
bus memores. Datum in Contu Nro Pinczoviensi ad Ædes S. P. N. Francisci Stigmatizati Die 19. Septembris Anno 1810.

Fr. Lucianus Refm. Mnr Prvlis

Fr. Lucianus Nowosielecki Ord. Minorum S. P. N. Fri Reformatorum Provinciæ S.mæ Virgs MARIÆ
Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus

Admodum Rndis, Rndis, Mnrdis Vnrndisque Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem a Dno
copiosam.

Quod Pastoralis Nostræ sollicitudinis expostulabat ratio hoc Numinis Supremi faventibus auspiciis in Con:
gregatione immediata una cum Pribus Definitorii Nostri perspicere curavimus Pres et Fres Dilectissimi!
Novimus enim Muneris nostri præcipuas esse partes ut Sanctæ Observantiæ Studium in omnibus promovea:
mus, ut sedulo invigilemus ne qui abusus nitorem Professionis Nostræ deturpantes, grassari sinantur, ut sin:
gulis Conventibus tum bonos Rectores tum opportunos Officiales provideamus, ut tandem singulorum Fratrum votis
quantum in Domino æquum judicaverimus, pleno charitatis affectu deferamus. Proinde hos in fines omne consilium
opemque contulimus, ut emanatæ dispositiones quas in Congregatione peracta ordinavimus. Bono Provinciæ Regulari
Observantiæ, ac singulorum saluti prosint. Quæ autem tum accuratam officiorum executionem tum puritatem Professio
nis

nis ac morum integritatem respiciunt. in quibus nonnullos defectus perspeximus, hæc obviando majori detrimento Provinciæ recommendanda Vobis PP. ac Fres Dilectissimi ex voto Vn.lis Definitorii duximus.

1mo Fres Guardiani cum Religiosis suis subditis paterno certent affectu errantes prudenti zelo corrigant, a verbis tamen scommaticis omnino abstineant, de rebus necessariis Fribus indigentibus charitative provideant, superflua tamen eisdem procurare non permittant, et ne procurent serio invigilent, ideo nemini ex sua Communitate stipendium pro missis a Dno Substituto erogandum determinent nisi certo quidem sibi prius perspectum habeant, pro qua re petens ejusmodi eleemosynam expendere velit atque rem tunc prius comparatam alias Statui nostro non disconvenientem ubi Dominus Substitutus solverit secundum rationem expensæ eleemosynæ petentibus Missas ad celebrandum designent

2do Patres Vicarii a Choro non se absentent, cæteris que ut adsint invigilare curent, nec non quæ immediato Capitulo circa educationem et instructionem juvenum quo ad cæremonias etc: per Nostras Pastorales anno mox elapso ipsis sunt recommendata observent, de his enim in canonica visitatione inquiremus.

3tio Similiter Patribus Lectoribus Artium quo ad Lectiones et conferentias jam recommendata ad observandum commemoramus

4to. Receptio Eleemosynæ pecuniariæ etiam in Bancocettis sicut per Regulam est prohibita ita et in præsenti sub pœnis Statutariis serio prohibetur.

5to. Fratribus Sartoribus recommendatur in suis officiis et officinis diligentia, atque erga Religiosos charitas, ut ex communi vestiario necessaria indigentibus sine tergiversatione verborumque dispendio charitative tribuant ut boni dispensatores.

6to. Nulli etiam Locorum Superioribus liceat extra limites suæ Questæ excurrere aut alios Conventus adire sine expressa nostra licentia prout præscribunt Statuta.

7mo. Confessiones Sacramentales non negligantur, a Patribus et Fratribus est secundum Statuta et laudabilem Ordinis consvetudinem unusquisque bis saltem in Septimana confiteatur.

8vo Dissociationes omnibus prohibentur, lex vero de associatione Fratrum, extra Conventum mittendorum volumus ut omnino ab omnibus observetur, Quod si vera urgensque necessitas cogeret aliquem ex Fratribus omnino extra Conventum debere mitti cui ob paucitatem individuorum in aliquo Conventu socius deputari non possit, in tali casu Superior Loci cum Discretis conferat eorumque decisionem cum motivis in scripto factam conservet Nobis in canonica visitatione præsentandam.

9no. Patres et Fratres inter sæculares memores sint Religiosæ modestiæ maxime cum mulieribus per quam cautissime et honestissime conversentur, fugientes omnem speciem mali multo magis manifesta indicia pravæ propensionis aut suspecti consortii. Illi qui Religiosæ modestiæ obliti fiunt petra scandali sæcularibus timeant ne in illis verificetur quod Deus per os Prophetæ / Malach: 2/ dixit: Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos in Lege ... propter quod et ego dedi vos contemptibiles omnibus populis. Non abs re hic inserendum duximus aureum S. P. N. Francisci effatum opusc: tom: 3 collat. Commercium est inter mundum et Fres minores, debent enim ipsi mundo bonum exemplum debet eis mundus provisionem necessitatum, Quando autem ipsi retraxerint bonum exemplum fide mentita retrahet mundus manum justa censura, Quod maxime modernis temporibus exhorrescere opportet ubi Status Religiosi abominabiles fiunt sæculo. Quod si nos Mundus odisset ideo quia arcta Doctrinæ Evangelicæ sequimur vestigia oportet nos utique gaudere dum pro Nomine Jesu ejusque sanctissima Lege contumelias pati Nobis offertur occasio, Verum væ Nobis foret si justa censura Mundus nos persequitur, ideo quod nos a doctrina moribusque Priscorum Patrum devios et a S. Instituto aberrantes conspicit Ideo PP. et Fratres Dilectissimi Renovamini spiritu mentis vestræ. Digne ambulate in vocatione qua vocati estis ad Ephes: 4. Præbeamus nosmetipsos exemplum bonorum operum per accuratam Sanctæ Regulæ Observantiam ut is qui ex adverso est vereatur nihil habens malum dicere de nobis ad Tit: 2. Ideo mox præinserta observatum Vobis PP. ac Fres Dilectissimi recommendanda duximus, nam licet horum non nulla minime omnes transgressionis arguunt nonnulla modica primo intuitu videntur verum horret nos illa Seraphici Doctoris S. Bonavent: q 18. in 99. sup. Regi comminatio. Ordo qui negligit modica paulatim decidit. Porro ejusmodi deplorandæ ruinæ quam multum obnoxii fiunt illi Religiosi qui post suam laxam libertatem abeuntes cæteros quoque pravo exemplo ad malum Statui Religioso adversum protrahunt. Seraphicus S. P. N. Franciscus in sua maledictione contra prævaricatores Regulæ fulminata dedit non obscure intelligi, Caveamus ergo ab hoc maledicto, atque incremento Ordinis Sanctâ Regulæ observantiâ Divina adjutrice gratia allaborare studeamus.

Penes hæc notificamus Vobis PP. ac Fres Dilectissimi quod ob modernam iterum dismembrationem Conventuum Galliciæ Orientalis a Nostra Provincia decidit Venerabile Definitorium Nostram Provinciam non amplius teneri ad absolvenda Suffragia in Capitulo Jaroslaviensi Anno 1806. appromissa illis Patribus et Fratribus qui nunquam Nostræ Provinciæ erant nativi, nec modo in nostris Conventibus manent. Imo nec pro oriundis ex Nostra Provincia qui non obtemperando decreto unionis in eodem Capitulo lato ex Parochia ad Conventum redire noluerunt. Præsentes Literas Pres Locorum Superiores suis respective Communitatibus lectas explicatas Protocollo ingrossatas, ad viciniorem Conventum justa Ordinem Cursoriæ a foris notatum remittant. Valete Pres et Fres Dilectissimi Deum Præpotentem pro Ecclesia ejusque visibili Capite Nostro Ordine ac Provincia pro Benefactoribus ac etiam pro Nobis exorate. Datt in Conventu Nostro Vieliciensi ad Ædes S. P. N. Francisci Stigmatizati Die 22. 7bris. Anno 1810. Fr. Lucianus Reformtus Mnr Prov.lis ~~mpp~~

Frater Lucianus Nowosielecki Ordinis Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Reformatorum Provinciæ Smæ Virginis MARIÆ Angelorum in Min. Polon. Mnr Prov.lis et Servus in Dno Admodum Reverendis, Reverendis Multum Venndis, Venndisque Patribus ac Dilectissimis in Christo Fratribus Salutem a Domino et copiosam Benedictionem.

Onus et Officium Seraphicæ Religionis Superiorum præcipue Provincialium, si quis attentiori animo considerabit, judicabit eos non adeo felices esse, tantæ enim debent incumbere vigilantiæ indefessoque labori ut nisi peritissimorum juventur ope et consilio Virorum succumbere sibi non possent, Tantam enim Divinissimus Patriarcha Noster a Ministris exigit Vigilantiam tantos in regendis Fratribus.

Fratribus exigit ac requirit curas, ut pluribus in locis Regulæ obligationis hujus inculcet memoria
Inde enim est quod idem Institutor Sanctissimus jam Visitationes Fratrum ex professo injunxit Mi:
nistris, jam gravioribus animi vulneribus correctionis paternæ medicamenta jubet applicari, jam in:
firmioribus In Spiritu lenitatis compati, verbo: omnibus omnia fieri desiderat, Quod cum imbecillitatis
nostræ excedere videatur vires, Supremo disponente Numine factum est, quod iisdem curarum Pastoralium Re
ctoribus in eadem Regula singulare providerit levamen, ubi ne illos solos totius Provinciæ oporteat gerere curam
inire consilium, ast per alios quoque boni consilii Arbitros, annuale consilium persvadet, ut sic allevietur Pasto:
rum labor, et intacta Observantiæ persistat salus ad præscriptum Divini oraculi: Salus ubi multa consilia Prov: 11 Cap.
Miranda certè Sapientia cum plures oculi /: ut ajunt/ plura vident, et Divinitatis testimonio legimus: Super unum
lapidem septem oculi quasi perennes agebant excubias, non alia opinor ratione quam ut salvum ab omni
Clsura et integrum servent, sic quoque mirabilis ille Divinæ Gloriæ cursus a multo cohis circumgyrabatur, Ne ubi
ibi ne a recto tramite deviaret, ac ab omni devio custodiretur, Sanctum profecto consilium pluritum explorare
consilia, et collata cum pluribus peritis manu ea tractare quæ publici boni sunt et utilitatis. Et quidem omne bo:
num inde sperandum dum congregatis in unum Divini Pneumatis a Domino promittitur assistentia: Sibi:
labo eis et congregabo eos Zachariæ Cap: 10. Sibilatio inquit Divinus Cyrillus: Est Spiritus Sancti inspira:
tio et revelatio, illa inquam inspiratio juxta effatum Augustini, quæ omnia movet omnia dirigit, omnia
perficit. Hac ipsa sibilatione aguntur Congregationes Justorum, ab hoc sibilo ordinantur et perficiuntur
Verba sunt S. Leonis Papæ. Hoc itaque Divinissimo Sibilo inspirante confisi dum in unum congregabi=
mur, Ejusdem assistentia nos non destitutos fore speramus. Ac proinde Congregationem celebrandam in
Conventu Nostro Stopnicensi Die 29. Junii indicimus ac designamus. Ad quem de jure humanissime in:
vitamus, optimi Consilii Arbitros videlicet: A.R.P. Joseph Drohojowski Patrem ac Definitorem Provinciæ R.P.
Rochum Gralewski Custodem Vocalem. R.P. Ladislaum Dzierzanowski. R.P. Maximianum Skupniewicz
Definitores actuales, ac R.P. Stephanum de Medem Definitorem actualem ac Secretarium Provinciæ Quo:
rum præventiam pro Die 26. Junii avidissime expectamus, ceteris quibuscunque citra specialem nostram
licentiam accessu ad Locum Congregationis sub pœna Apostasiæ inhibito Quia tamen omne datum optimum
et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre Luminum. Injungimus Patribus Locorum Su:
perioribus ut per omnes Conventus duabus ante Congregationem Septimanis involetur Septiformis munere Spi:
ritus Sanctus per solita præscripta Suffragia Statutis temporibus devotissime persolvenda, Ipsa vero Die
Congregationis in uno quoque Conventu cantetur Missa Votiva de Spiritu Sancto /: et in ceteris missis a Presbyte:
ris omnibus addatur Collecta de eodem Spiritu Sancto:/ In qua missa Votiva omnes Clerici et Laici communi:
cabunt, Sacramque Communionem pro felici successu actuum Congregationis Nostræ offerent. Quibus et ceteris
omnibus liberam electionem Confessarii /: modo jam alias pro Fratribus approbati:/ cum potestate absolvendi a
casibus reservatis pro hac vice concedimus. Hæc sunt quæ concernunt opem desuper invocandam, alia verò
quæ ad ordinatè peragenda necessaria sunt sequentibus exprimuntur mandatis 1mo. Ut Superiores Locales ad con:
tenta Schedæ cuilibet Conventui per Nos distributæ respondeant, quod ut exactius eveniat Discreti Conventus
primo Regestra Officinarum revideant et confrontent, Omnes Officinas /: prout vi Officii sui obligantur revideant,
quidve acceperit vel decesserit fideliter notent, Schedas verò subscriptas per fidelem Latorem ad Conventum Stopni:
censem tempestivè transmittant. Ne autem multiplicentur Cursores demandamus ut Patres Guardiani remo:
tiores a Conventu Stopnicensi propinquioribus Guardianis expeditionem necessariam remittant. Recordentur
etiam Superiores Locales quod illis adjungitur ut a Dominis Substitutis Regestra Percepta et Expensæ
recipiant eaque obsigillata ad futuram nostram Visitationem relinquant, Item Pres Guardiani cum
Schedis Testimonia de celebratione Missarum cum subscriptione omnium Sacerdotum transmittant 2do Pa:
tribus Lectoribus in quibus Conventibus terminantur Studia injungimus ut sincerum nobis exhibeant testi:
monium de scientia et capacitate suorum Studentium, vel si aliqui juvenes aliis applicandi veniant stu:
diis una cum Discretis Conventus de vita et moribus eorum conscientiosum conficiant testimonium Idem
faciant Pres Resolutores casuum et Examinatores de diligenti et exacta a Pribus Confessariis resolutione ad
propositos casus 3tio Insuper præcipimus Pribus Guardianis ut post subscriptas Schedas Missas tam accepo:
tas quam absolutas, tum quæ relinquentur cum Eleemosyna fideliter in Regestris notent, de quo in futura Deo
dante Visitatione investigabimus. Præsentem verò Nostram futuræ Congregationis Intimationem cum expres:
sis in ea recommendatis ac demandatis Superiores Locales suis respectivè Communitatibus publicari cu:
rent, Protocollis ingrossari et secundum Ordinem Cursoriæ ad Viciniorem Conventum sine mora transmitti,
Valete Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi Nostri ac Benefactorum in orationibus memores, Datt Hetma
Die 1ma Maij. Anno Domini 1811. Fr. Lucianus Reformatus Minister Provincialis.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Reformatorum Provinciæ Bmæ
Virginis MARIÆ Angelorum Minister Provincialis et Servus.
Admodum Reverendis. Reverendis. Multum Venerandis. Venerandisque Patribus ac Dilectissimis
in Christo Fratribus salutem et Benedictionem a Domino copiosam.
Muneris nostri partes adimplendo juxta præscriptum Statutorum secundam intermediam celebravimus
Congregationem, Quæ in illa circa officiorum collationem singulorumq in determinatis Conventibus colloca:
tionem sunt decisa jam satis nota sunt Vobis Patres ac Fres Dilectissimi. Hoc unicum præprimis volu:
mus Vos sentire, sicut et nos faciendo de Vobis dispositiones sentire curavimus, ut nemo Vestrum sive ex de:
tentione in eodem Officio, Gradu, Conventu, sive ex novi officii collatione aut ad alium Conventum permuta:
tione, putet se gravatum sive injuriatum. Nihil siquidem in pertractando hujusmodi negotio præ oculis
habuimus, nisi solam justitiam, Provinciæ commune bonum ac quantum cum his combinari potuit
etiam Vestrum commodum et vel maxime coram Deo meritum. Licet ergo plurimum in Domino confidi:
mus quod idipsum sentiatis, verumtamen pro Paterna Nostra Sollicitudine non intermittimus exhorta:
ri vos PP. ac FF. Dilectissimi ut sanctæ vocationis memores tanquam Filii obedientiæ cuncta de Vobis
ordinata ac disposita amore Dei parato animo suscipiatis, ac quæ Vobis sunt injuncta adamussim
sic adimpleatis, ut exinde Summi Dei Honorem, Regularis Observantiæ vigorem, Reformatæ Nostræ Pro:
vinciæ decus promovere, ac sibi coram Deo abundantius meritum æternamque salutem promereri studeatis.
Non Vobis novas PP. ac FF. Dilectissimi indicere Leges, duximus. En Sancta Regula quam inspirante Deo Statu
Reformatum amplectando estis professi. En super eamdem Regulam Declarationes, Summorum Pontificum,
quæ genuinum ejusdem Regulæ sensum exponunt. En Statuta tum Ordinis tum Provinciæ, quæ quid quid

puram

puram integramque Observantiam manutenere, cunctasque Relaxationes procul exulare pos
abundanter prescribunt, satis Nobis sufficere debent, ac indigitandum persvadendum ac convincen
quid Vos agere oporteat ut tantæ perfectionis Professores effecti via perfectionis gradientes efficiamini
Mundi, per vitæ exemplaritatem ac tandem in Beata Æternitate Hæredes Dei Cohæredes Christi ta
quam vitæ Evangelicæ strenui sequaces Imitatores Christi ac Seraphici Patriarchæ Filii. Hunc in finem
cuncta studia ab ipso Ministeriatus nostri exordio direximus, hoc spiritu Visitationes Canonicas perfecimus
salutariaque monita dedimus, necnon quædam observanda tum immediate post Capitulum tum post primam in
termediam Congregationem prescripsimus, quorum seriem hic pro insertis habere volumus, ac Honorandos Lo
rum Superiores plurimum exhortamur ut illa relegere non graventur, ac eorum Observantiæ invigilare tanqu
boni Pastores curent, ne ve contra illa transgressiones aut illorum neglectus fiant, pro more zelo animadvertant.
Pones hæc denuntiamus Vobis PP. ac FF. Dilectissimi quod Conventus Pilicensis a primæva sua erectione a
ad Nostram Provinciam spectans ob publicè notas circumstantias a Provincia avulsus, atque cum Conv
tibus Glivicensi & S. Annæ ab Anno Domini 1805. Die 29 Julii novam Custodiam Silesiticam sub Titulo Inv
tionis S. Crucis firmavit, nunc autem statu rerum prorsus immutato ad instantiam ARP. Ildephonsi M
kuinski persistentis adhuc in actuali Officio Custodis Regiminis necnon Patrum Definitorum dictæ Cu
stodiæ facta prævie Nobiscum nostroque Venerabili Definitorio comtelligentia tandem Die 26 Junii 1811. conv
entibus ac amicabiliter consentientibus /: ex utraque parte ad quos de jure :/ præfatus Conventus Pilicensis
iterum Nostræ Provinciæ Smæ Virginis MARIÆ Angelorum ad quam originaliter pertinebat est reunitus,
Nostræque ac Successorum Nostrorum Jurisdictioni omnimode subjectus. Ad contestandum verò mutuam
fraternam Charitatem inter Nostram Provinciam & Fres ac Fres ad nunc Suppressa Custodiæ S. Crucis. Imo
acceptata sunt ex parte Provinciæ merita quæ Patres stante Dismembratione posuerunt in sua Custodia
atque juxta Statuta designatus & approbatus illis competens præcedentiæ locus ut videlicet Ex-Custodes
Regiminis gaudeant perpetuò Titulo ARPris habeantque immediatum locum post Ex-Ministros Provinciales
similiter Ex-Definitores dictæ Custodiæ retineant prosemper titulum Rndi Patris habeantque locum
immediatè post Ex-Definitores Provinciæ 2do. Appromissa est amnestia illis qui stante Dismembratio
ne apostatico modo transierunt sive ex Provincia ad Custodiam sive ex Custodia ad Provinciam, cum restitu
tione in integrum quo ad integra suffragia alias non nisi ob præfatum transitum amissa quæcunque ex
parte sive Provinciæ sive Custodiæ 3tio. Ad instantiam ARP. Custodis Regiminis Ildephonsi Mikuin
ski & RPris Definitoris Custodiæ Hilarionis Tuteyski acceptavit VV. Definitorium Provinciæ adjudicatam
per Definitorium Custodiæ emeritturam MVP. Onuphrio Bieniewski, & ad similem instantiam conceptissimi
lis emeritturæ gradum MVP. Placido Kraczkiewicz. Habens verò præ oculis VV. Definitorium labores pro bo
no Provinciæ multis annis susceptos, MVP. Victoris Charzewski & MVP. Verani Pardowski eosdem ut Emeritos
in vim gratitudinis habendos, decernit. In reliquo Paterno simul ac fraterno corde Vos amplectimur
PP. ac Fres Dilectissimi simulque Vos monitos esse volumus, ut digne ambuletis vocatione qua vo
cati estis contenentes vos in amore & timore Dei ac mutua inter vos charitate & pace. Cavetote omnem
tum quod nitorem Sæ Religionis denigrare, quodve vestras conscientias aggravare possit, Fugite non
tantum secularia desideria sed & illa quæ Vanitatem conscientiæ pariunt, atque ad transgressionem
Strictioris Observantiæ perducunt. Exposcite continuè Gratiam Dei quæ Vos in bonis operibus firmet in sus
ferenda Cruce cui per Professionem humeros submisistis, corroboret atque dignos Jesu Christi ac Seraphici
S. P. N. Francisci imitatores efficiat. Præsentes Nostras Literas Fres Locorum Superiores suis respectivè Com
munitatibus prius perlectas ac plane lingua vernacula explicatas nec non Protocolis ingrossatas ad vicini
orem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ a foris notatum remittant. Valete PP. ac Fres Dilectissimi, pro necessita
tibus S. Catholicæ Ecclesiæ, Concordia Principum, Patria, Benefactoribus ac etiam pro Nobis Divinam Cle
mentiam exorate Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Confessoris Die 21. Augusti 1811.

Fr. Lucianus Nowosielecki Ordis Minor S. P. Francisci Reform. in Minori Polonia Minister Provincialis & Servus.

Fr. Lucianus Reformæ Minister Provincialis Provinciæ Smæ Virginis MARIÆ Angelorum

Admdm Rndis Rndis MVndis Vndis Patribus ac Dilectissimis in Christo Fribus salutem & copiosam a Dno Benedictionem.

Si quando Divina Providentia suam prope miraculosam in Nos consveverat effundere largitatem, tum certè his
modernis temporibus inexhauribilem suæ Provisionis fontem, stupendo in dies solet adaperire miraculo. Etsi
ne dum inter tantas rerum temporumque angustias, ubi etiam divites seculi acriter premuntur, Nos Pauperta
tis Evangelicæ Professores sufficientia pro statu nostro experiamur subsidia, certe Ipse optimus Maximusque Deus
qui etiam volucres coeli pascit, qui aperit manum suam & implet omne animal benedictione, qui prout ipsi pla
cuerit dirigit corda hominum, Ipse inquam Omnipotens ac Misericors Deus, flectit gratiosos Benefactorum nostro
rum animos ad subveniendum nobis in cunctis etiam cum majori ex parte necessitatibus. Quod si in omnibus
mirabilem circa Nos Providentiam Dei incessanti laudum præconio extollere debemus, atque optimos Benefactores
qui Nobis pro sua erga Deum pietate erga Nostrum Ordinem Nosque ipsos pauperes Religione ac amore permoti
larga manu beneficentia conferunt, perennis gratitudinis votum pandere æquo jure simus obligati. Cum cer
tè haud ignavo silentio subticendus, aut ingrata oblivione prætermittendus imo Toti Provinciæ omnino pro
mulgandus, singulorumque votis gratissimis prosequendus venit Illustrissimus Dominus Hyacinthus Kochan
ski Insignis Collegiatæ Sandomiriensis Canonicus in Troyca Curatus Noster autem ab antiquo specialiter sed nunc
verè singularissimus ac munificentissimus Benefactor. Hic est ille qui Nostræ Reformatæ Familiæ honorem fu
endo in Insigni Collegiata Sandomiriensi Prædicationem Verbi Dei Nostratibus concreditam pluribus ab annis
esse voluit, Qui Nos Domi suæ advenas propensissimo corde, vultu hilari ac effusissima beneficentia suscipere
consvevit, qui demum hisce novissimis temporibus, post pergrandes bellicos conflictus Nostra Ecclesia ac Conven
tus Sandomiriensis devastationem tantos liberaliter obtulit sumptus, ut mox & Ecclesia pro Divino cultu accom
modè reparata sufficientique adornata decore, & ipse Conventus pro Nostri incolatu ejus munificentissima ope
optimè jam restauratus conspiciatur. Ille ergo vir magnus verusque Dei Sacerdos Zelo Divini cultus repletus
non tantum ore sed & corde ac opere potest in Domino gloriari: Dne dilexi decorem Domus tuæ & locum habita
tionis gloriæ tuæ Psal: 25. Nos vero filium nostrum & Fratrum Nostrorum amatorem ingenuè gloriari intimo
gratitudinis sensu, delectemur. Prænobile ac plenum pietate hocce Illustrissimi ac Præclarissimi Viri facinus
alias jam optimè de Ecclesia ac Religione meriti gratès fors longiori Panegyrico stylo prosequi velimus, cum
ibi humana elogia haud sibi parem virtutem inesse fateantur oportet, ubi divinitus commendata habentur præco
nia, Et certè, firmius quam marmori insculptum est Divini Spiritus oraculum quod prælaudato Illustrissimo Bene
factori Nostro, alludere omnino licet: Stabilita sunt bona illius in Dno & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sancto
rum Eccli 31. Ita sanè operaque Divini amoris & honoris motivo peraguntur, soli dein ipso Deo stabiliuntur, quo
est summæ laudis encomium aut proferendo paucorum lingua non sufficit fas est ut illud universa Ecclesia Sancto
rum enarret. Cæterum ut ut congruè deprædicando impares simus, debitæ tamen gratitudini abesse minimè possum
Imo tanto Benefactori Nostro gratos nos proposse exhibeamus, Fundamus igitur enixas preces ad Deum omnium Bono
rum largitorem ut prædilectum Nostrum Benefactorem multa sospitate incolumitate necnon amplissima omnium
bonorum

morum affluentia superabundè donatum diutissime pro nostro solamine ac Sanctæ Religionis emolumento. Et quod vel
maximum est atque intimè Cordi Ejusdem Benefactoris Nostri haret, ut in dies Divinarum gratiarum salutare augmentū
percipiat, tandem specialissimo dono finalis in gratia perseverantiæ stabilitus æternæ hæreditatis securus reddā-
tur. Precem nostrarum non incongruum, illud possumus præfigere motivum: Domine dignus est ut hoc ei præstes dili-
git enim Gentem nostram et Synagogam ipse ædificavit Nobis Luc. 7. Quapropter in testimonium propensissimæ gratitu-
dinis injungimus ut pro impetranda finali gratia Illustrissimi Hyacinthi Kochański Canonici Sandomiriensis in
unoquoque Conventu Provinciæ Nostræ absolvantur suffragia sequentia: Quilibet Sacerdos absolvet tres Missas, Quili-
bet Fr. Clericus ter Psalmos Pœnitentiales recitabit, Quilibet Fr. Laicus ter centum Pater et Ave cum totidem Glo-
ria Patri etc: Insuper semel in Choro Psalmos Pœnitentiales dicent, et decantabitur Missa Votiva pro impetranda
gratia finali eidem Benefactori. Præsentes Literas Nostras pro perenni memoria tanti Benefactoris
protocollis ingrossari, Patres Locales Superiores suis respective Communitatibus promulgari, ac recommendari
et ad viciniorem Conventum remitti curent. Valete Pres ac Fres in Christo Dilectissimi nostri ac Benefactori
in orationibus memores Datū in Conventu Nostro Chełmensi Die 25 Mensis Novembris Anno Domini 1811.

Fr. Lucianus Reformē Minister Provincialis

Fr. Archangelus Gajewski Ords Minor S. P. N. Francisci Reformatorum Ex Definitor Provinciæ
Prædicator Emeritus et per hanc Almam Provinciam Ssmæ Virginis MARIÆ Angelorum Minoris Polo-
niæ Commissarius ac Visitator Generalis et humilis in Dño Servus.

Admdm Rndis. Rndis Multum Venerandis Venerandisq Patribus, nec non omnibꝫ in Christo Jesu Dile-
ctissimis hujus Almæ Provinciæ, Fratribus Salutem et copiosam Benedictionem

Novitiatus e Probationis Schola in obsequium hujus Almæ Provinciæ in cujus membrū ipsemet gratia Dei adnumera-
tus educatus, ac hucusq in ejus gremio benignè sustentatus, et nunc ecce venio Superiorum Nostrorum munus Commis-
sarii ac Visitatoris Generalis obire jussus Patentibus consvetis munitus inter vos sisto PP. ac Fres in Christo Dilectissimi.
Quibus autem vos ex hoc puncto verbis alloquar? nisi illis quæ in Schola humili probationis didici, illa prophetica
exclamatione ad Vos utar: A, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum. Puer sum quia Scholæ infimæ Novitiatus
alumnus, Puer sum quia in his quæ meum maturum officium concernunt tenebris ignorantiæ obruor, Puer sum quia
in comparatione vestrorum meritorum longè minus emeritus respectu vestræ educationis et scientiæ longè minꝫ exact-
us, Unde approprio mihi illud de Prophetis. Rectorem me posuistis, et ego de quibus interrogatis me ignoro. Desi-
deratis a me sapidum cibum et ego cum pueris puer, lacte Novitiatus sum vix nutritus, Non est in Domo me-
a panis ingenii quo vos ad satietatem pascam. Non est potꝫ scientiæ quo vos sitientes reficiam, Non est vestimen-
tum abundantis charitatis quo nudos cooperiam, Non est mihi robur tantum, quo afflictos in defensione con-
soler, Non sunt opes quibꝫ juxta merita quemq condignè præmiem. Non est unguentum quo infirmos vulne-
ratos sanem, Unde ingemiscendum est mihi cum Sponsa Cant. 1. Posuerunt me custodem in vineis vineam me-
am non custodivi. Quia Vinea mea Provinciæ hujus Almæ in qua me desideratis Custodem necessitatibꝫ pro-
videre non vales. Unde quid Dignissimi PP. ac Fres ad desiderata vestra respondebo? Ecce unū tātū mihi superest
quod valet omnes vestros lenire dolores sanare vulnera, exsatiare egentias, præmiare merita, quod in probatio-
nis Schola aliquot per Annos didici recitare cum Divo Paulo coram Vobis hoc pensū: Non me judico scire ali-
quid inter Vos nisi Jesū Xtū et hūc crucifixum, Hæc est magni Apostoli confessio, quam ego ad mediū Vestri PP.
ac Fres Dilectissimi recito, hæc est cœlestis scientia quam ut percipiatis, summopere exopto Hæc est Doctrina
Mystica quæ valet discutere omnia dubia, emendare errores, confortare languidos, inflammare tepidos, et in
viam rectam reducere devios, Sine qua scientia quisq Religiosorum manet sine Religione, quisq frigidus cū
non habeat unde inflammetur, est incultus cum non habeat unde erudiatur, est devius cum non habeat unde
dirigatur, est nubilꝫ cum non habeat unde illuminetur, est dissolutus cum non habeat unde detineatur, Verbo: quid-
quid in Domibꝫ Religiosorum accidere potest spiritualis ignorantiæ tepiditatis instabilitatis concupiscentiæ hæc o-
mnia proveniunt ex defectu scientiæ Jesu Christi Crucifixi. Quid est enim scire Jesum Xtum Crucifixum?
Primo: est in luce ambulare ut non nos tenebræ comprehendant, quia Jesꝫ est lux quæ illuminat omnē hominē,
Scire Jesū Xtum Crucifixum, est scire ea omnia quæ concernunt Deum, et attingunt nostram salutem, quia
in ipso manet omnis thesaurꝫ sapientiæ et scientiæ Dei Scire Jesū Xtū est vias rectas veritatis et justitiæ am-
bulare quia ipse est Via veritas et Vita, Scire Jesū Xtum est non solum in illum credere sed etiam in Illo et pro-
pter Illū operari omnia, quia per ipsum efficimur in omnibus potentes, prout ait Apostolꝫ: Omnia possum in eo
qui me confortat Scire Jesū Xtū est pro illo non solū abnegare oīa sed etiā semetipsum hoc est proprium in-
genium, propriam voluntatem, proprium amorem, quia Ipse totū se pro nobis abnegavit, dulce est ergo scien-
tiam illum in hoc puncto conformari illi Scire Jesum Christum est æmulari illiꝫ virtutes in quibꝫ se Nobis
in exemplum reliquit desiderio, ut sequamur vestigia illius est amplecti Illiꝫ Crucem quia Ipse in Ara Cru-
cis oblatꝫ est pro nobis. Est fervere in Illiꝫ charitate quia Ipse dilexit Nos usque in finem, Est humiliari et oppro-
bria gaudenter ferre ad exemplum Illiꝫ, quia Ille cum sit Sanctissimꝫ Excellentissimus. prætulit cum latro-
nibus reputari, Est obedientiā in cunctis operibꝫ præstare, quia ille factꝫ est obediens usque ad mortem, Est pati-
entiam in adversis tenere quia Ille cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur,
et tanquā ovis ad occisionem ductus est, Est ad extremū non solū amicos, sed insuper inimicos ex intimo corde
amplecti et benefacere his qui nos oderunt quia Ille inimicis suis non solum omnem condonavit injuriam,
sed etiam transiturꝫ jam de mundo, exoravit in causa Illorū Patrem Cœlestem ut illis sit propitius.
Et hæc est Sapientia cœlestis quam nemo Principū hujꝫ sæculi cognovit quæ reputata est a Gentibꝫ in stultiti-
am a Gentibꝫ in scandalum, Hæc est scientia quā Salvator noster detulit in mundo, o peccato vitiis ad obtinen-
dam salutem necessariam scitu et effectu exequendam, Hanc scientiam Jesu Christi perbelle didicit D. Ber-
nardus, in cujꝫ encomiis usq ad defectionem spiritus sudavit, et tantum sibi complacuit in ea ut neq cibū sume-
re, sine hoc sale, neq quidquā legere sine suavi hac voce, neq disputare, aut conferre sine hoc solido argumēto
valuit, quia nihil scire in semetipso statuit nisi Jesum Christum et hunc Crucifixum. Hanc Divinā scientiā
conati sūt edicere et amplecti Ords nostri primitivi SS. Fres Bernardꝫ Bnuntra Capistranꝫ Simon de Lypnica et
cæteri, in cujꝫ argumentis fortes facti sunt in bello, confixere carnem, despexerūt superbiam mundi, profligaverūt
insidias tartari lucrati sunt innumeras animas cœlo, ac tandē in omnibꝫ facti victores receperūt coronā Justitiæ
a Judice Justo. Quæ cum ita sint, intituendo et promulgando ex hoc Loco præsentibꝫ Literis juxta Constitutiones Aplicas
et Legū Nostrarū præscripta Canonicam Generalem Visitationem per omnes et singulos Conventus hujꝫ almæ Marianæ
Provinciæ ad hanc cœlestem scientiam Jesu Christi ediscendam omnes Vos PP. ac Fres Dil: enixè invitamus. Remi-

niscamini

nisamini omnes illi; quia omnes nos hanc scientiā Jesu Xti Schola Probationis docuit, Hanc scien-
tiā antiquiores Fres edocti pro semper recogitate, Hanc Scientiā ignorātes edocete Præpositi, ad illā
ediscendā compellite pigros, ut sic veniēs ad vos inveniam Vos cum gaudio omnes in illa instructos, sem-
per ō opero. Antequam autem ad hoc devenero, ut omnia optatū sortiant effectū, ego in amplexu paterno vo-
biscum consolari valeam obsecro per viscera Dei Patris unumquemq de Vobis, ut quæcunq sentitis videtis
devium ab hac Scientia Jesu Xti, hæc non ex invido animo, non ex privato intento insinuationis sed ex ze-
lo honoris Dei & amore fraternitatis denuntiate Nobis, & ego pro posse emendare curare punire satagam.
Quæ autē sūt emendata, punita, nec nominetur Nobis ut hæc dupliciter ad punitionē & correctionem
porrecta apertissimè invidiā spiret. Unde quisque meminerit admonitionis Spiritus Sancti Ante judici-
um interroga te ipsum. & ut alii loquūt: Ante judiciū explora te ipsū, id est: Priusquā alios ad judicium pro-
voces, te ipsū scrutare an non importuno zelo feraris. ut eo prætextu Frem tuū sinistrè deferas. An ne
livore invidiæ fuco exterioris pietatis Frem tuū dolosè subvenias, an non magis spiritu inveterati odii quā
Spiritu fraternæ correctionis quæ minima sunt vel nulla velut exorbitantia scelera severè corripienda
tibi imagineris, sicque magis exacerbes, quam stabilies fraternam charitatem. Unde obtestamus in Domi-
no omnes universim & unumquemq singillatim, ut omnia intra sphæram fraternæ charitatis & sinceri-
tatis fiant, deponenda deponantur, manifestanda non prætermittantur silentio necessitates justè confi-
denter exponantur Nobis. Quo in puncto omniū votis & desideriis præsto Nos obsequendos promittimus. Ad
tollēdos autē omnes prætextus, evitādi hanc Gnrlem Visitationem obligamq omnes Conventuū Superiores ut
omnes PP. & Fres huic Visitationi Canonicæ adesse curent, & absentes a Conventibq indiscriminatim con-
vocent, necessum enim est, ut omnes nostras cognoscamq oves, & illæ pariter nos cognoscant. Ut autem
præsens Visitatio nostra Canonica a Deo T.O.M. desideratum cum profectu spiritualis boni vestri sortiatur
effectum, obsecramq Vos PP. ac Fres Dilecti; ut ad aras enixè exoretis Clementiam Dei, Nosq ipsos ac tenuita-
tem virium debilium nostrarum in hoc operoso officio obeundo fructuosè commendate. Porrò ut hæc nostra deci-
soria hactenq Præsentibq Literis exarata nominē vestrū lateant, imò ut faciliq singulorū notitiā attingāt
voluma & ordinamq ut Frēs Superiores Locales Conventuū quam primū has Pastorales Literas receperint, illico
Pribq & Fribq congregatis in unū promulgari faciant, ac demū Protocollo Conventus ingrossatas, ad viciniore Con-
ventū cum inscriptione sui Nominis juxta ordinē Cursoriæ ab extra adnotatū sine mora transmittere
curent. Valete in Dnō PP. ac FF. in visceribq Xti Dilectissimi & pro sctæ mris Ecclesiæ exaltatione ac prosperq
Visibili in terris capite Principū Xtianor concordia & pro incolumitate hujq Almæ Provinciæ ferventer
Deum Omnipotntē exorate Datt in Convētu pro Solecensi ad Ædes S. Stanislai RRP. Episcopi & Martyris
Die 20. Aprilis Anno Dñi 1812. Fr Archangelq Gajewski Reformq Commissq ac Visitator Gnrlis.

Fr Archangelq Gajewski Ordinis Minor S.P.N. Francisci Reformatorum, Ex Definitor Provinciæ, Prædicator
emeritus, & per hanc Almam Provinciam Sctæ Vis Mariæ Angelorum Minoris Poloniæ Commissarius
ac Visitator Generalis & humilis in Domino Servus.

Admodum Rndis, Rndis, MV. Vrndisq Pribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fribus salutē & copiosā a Dno Bndictionē
Juxta obloquentiam Literarum Obedientiæ per extraordinariè delegatam potestatem mihi commissā auspicante Divino Nu-
mine, peragratâ jam per medium hac Almâ Provinciâ & in osculo pacis visitatis & pacificatis plúribq Conventibq, ecce iterum
cum plurima salutaōne alloquor Vos PP. ac Fres in Visceribq Xti Dilectissimi & quid quid ex visitatione & amplexu Vestri in corde
meo concepi, hoc Vobis palam ad laudem hujq Almæ Provinciæ exhibeo & hoc est gaudium & consolatio in infirmitate mea quam
de Vobis plurimum expertus sum. Unde sicut Apostolus Paulus ex adventu Titi qui retulit ei Corinthiandrum æmulationem in bo-
no, pœnitentiam de defectibus, incontaminationem in negotio spiritualis vitæ eximiè gavisus est, ita & nos repleti sumus gaudio & con-
solatione in Visitatione Vestri. dum quod in desideriis nostris fuit, hoc inter Vos prosperrimè invenimus. Invenimus pacem quæ exsu-
perat omnem sensum, Invenimus mutuam charitatem quæ contestatur Divinum amorem. Invenimus Observantiam Legū
nostrarum quibus vovimus fidelitatem. Si quæ autem acciderunt errata a quibus nemo liber de hominum fragili massa, hæc pater-
nè emendavimus, & speramus in Domino in his qui a recto tramite aliquantulum erraverunt emendationem. Quæ omnia Deo propi-
tius Provisori omnium & hujq Almæ Provinciæ actuali Rectori curæ adscribendo. Quid mihi superest adhuc ad Vos loqui non comprehen-
do quidquam aliud nisi illud Apostoli Pauli & Barnabæ Act. 14. Transmittere Vobis monitum ut in hac gratia Vocationis Vestræ qua
afflati estis a Deo & in qua jam profecistis permaneatis pro semper. Hoc fuit continuum monitum Divi Apostoli Pauli ad Judæos
Gentes qui voverunt fidem Christo. Hoc fuit in desiderio enixo Salvatoris nostri Jesu Christi, Qui spondens salutem omnibq sub hac
clausula assecuravit eam dum dixit: Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Math. 10. In hoc idem puncto os meum la-
terale ad Vos patet. O PP. & FF. Dilectissimi hujus Almæ Provinciæ ut semper memores hujus excellentis Gratiæ qua vocati estis ad Reli-
gionem Sacram de tumultibq mundi conformemini in ea perficiatis in ea per Observantiam continuam Legum nostrarum & nun-
quam per instabilitatem decidatis ab ea. Et sanè, quid est enim quod Vos posset rationabiliter ab hac gratia perseverantiæ in Religio-
ne sacra dejicere? & quid est dein quod Vos necessitat ad permanentiam in hea? Duo sunt puncta opposita in quibus convincimini
volo his brevibus responsis.
Quid est tam firmum quod Nobis hanc Gratiam Vocationis ad Religionem Sacram odibilem efficere prout in aliquibq juvenibus ex-
perti sumq; qui penuria ad Religionem Sacram impulsi nolentes respondere ei effectu apostatico modo in perditionem animæ su-
æ ab ea refugiunt. Vos igitur alloquor licet absentes Aplicis verbis ad Gal. 3. O insani quis vos fascinavit non obedire veritati.
Fors mundi blanditiæ & voluptates? sed hæc hodie favent et cras dejiciunt amatores suos in tartara. Nam mundq ait D. Augustinq
rapere omnes appetit. occidere omnes quærit. Fors carnis petulantia? ast hæc brutalem semper concupiscens adversus Spiritum mo-
tionem sequitur, unde si semper Spiritu ambularemus. nunquam carnis desideria perficeremus, prout monet Apostolus ad Gal. 5.
Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis e contrario vero: Qui de carne seminat de carne metet corruptionem. Fors Satha-
næ tentationes? sed Sathanas neminem inficit prout canis alligatus catena nisi volentem. Quis autem ignorare potest Satha-
nam esse nobis hostem infensissimum & patrem mendacii, qui circuit ubique quærens quem devoret, unde sicut ab inimico non reci-
tur venenatus potus. ita nec Sathanæ venenosis afflatibus est obtemperandum, ne pereamus morte æterna. Fors ad extremum aust-
eritates Religioni præscriptæ? calores & frigora intensa? jejunia continua, parcitas cibûs & potûs paupertas nuditas vigiliæ nocturnæ
disciplinæ, culpæ, reprehensiones & punitiones Superiorum justæ? Sed quis te mi Frater quæsivit aut quis te coegit ad suscipienda hæc
onera? nonne tu ipse sponte convolasti a quatuor ventis ad Religionem Sacram? Nonne te obtulisti Deo ad perferenda ea? Cur ergo
nunc contra ea reclamare attentas? Nonne hæc omnia palam tibi exposuit Novitiatûs probatio? & acquievisti eis. Cur ergo hæc nunc
abominabilia redduntur tibi? ecce te palam infamem prodis quisquis hæc ruminas. Quia non ex Deo vocatus es ad Religionem Sa-
cram sed ex negotio tui ipsius, sed ob strepitum armorum, sed ex penuria, sed ex sanguine & carne, ideò nunc tibi displicent omnia
quia tu forsan displicuisti Deo. Ni diffiteor austeritates Religioni insitas esse ex parte molestas sed non amantibus Deum, ast a-
mantibq leves, quia Xtus amantibq se dixit, Jugum meum suave est & onq meum leve, Math. 11. Docent nos hac in parte amatores
Christi primitivi Christiani qui a conspectu Judicum post mille verbera & carceres redibant gaudentes quia digni habiti sunt pro nomi-
ne Christi contumeliam pati. Austeritates Religiosæ asperæ sunt sed nonne jam sunt dignæ ad futuram glorīam cum Aplus e con-
trario dicat: Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis ad Rom. 8. Austeritates Re-
ligiosæ debilitant vires debilitates inferunt plurimas, sed cur tunc non objurgasti eas dum advenisti ad Religionem jejunus penurio-
sus, nudus, ast modo te inficiunt dum Eleemosyniis Benefactorum impinguatum & incrassatum te sentis, Suntequidem Austeritates
Religiosæ contrariæ ad perferendum carni sed nonne roborare te debet proclamatio Xti: Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt
illud Math. 11. Et dein: Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei Act. 14. Quibus documentis confundere te ipsum delicate
& effeminate

effeminate Religiose, et noli amplius incusare claustrales rigores et austeritates cum nihil tam rigorosum inveniatur praescriptum in
Religione sacra, quod nos possit excusabiliter labefactare in Vocationis gratia. E contrario o quam plurimae favent nobis com
mendationes quae nos sufficienter valent solidare in hac gratia Vocationis ad Religionem Sacram.
Vocatio ad Religionem Sacram est specialis Gratia Dei quae non est praestita millenis qui forsan multo diligentius prae nobis re
sponderent ei. Vocatio ad Religionem Sacram est eximia Gratia quia nos eripuit de periculis depravati mundi, tanquam de Ba
bylonica fornace et locavit in littore bonae operationis. Vocatio ad Religionem Sacram est Gratia Sancta quia nobis praebet
sancta Praecepta sancta Patrum exempla et omnes sanctificationis modos. Vocatio ad Religionem Sacram est Gratia saluberri
ma, quia recto tramite ducit ad caelum. Est solitaria a strepitu mundanorum sed est sociata Deo et Sanctis ejus. Est in pauperta
te pita, sed est opulenta in virtutibus, Est humilis in vestitu sed est magnifica in donis Spiritus Sancti. Est imbecillis in subjectis sed
est invicta et fortis contra vitia et haereses in pugna. Est injuriosa mundo, nam minuit amatores ejus, sed fructuosa caelo quia ei
augmentat cives. Unde o quam gloriosè commendat eam B. Alanus de Ruperto dum ait: Religio est Civitas Dei Castrum Divinae
Potentiae, Schola salutis, Fons bonitatis aeternae, Gratia Vocationis ad Religionem, est Opus Potentiae Divinae quia nos roborat ad perfe
renda ea quae videbantur intolerabilia. Est adinventio singularis sapientiae ejus, mediante qua subministrat cuique modos
tendendi et perveniendi ad ultimum finem. Est documentum ejus Bonitatis et misericordiae per quam nos disponit ad percipien
das ulteriores et copiosiores gratias, Est effectus erga nos infiniti Ejus amoris quo nos intendit unire sibi aeternaliter. Est lux
qua continuò illuminamur, ne unquam in tenebris ambulemus. Unde quam gloriosè exclamavit cum gaudio D. Bernardus quipe:
pendens animo Religiosorum et mundanorum vitam hac asseruit: In Religione vivit homo purius, cadit rarius, surgit velocius in
cedit cautius, irrogatur frequentius, quiescit securius, moritur confidentius, purgatur citius remuneratur copiosius. His rationibus
motus Nicolaus III. Pontifex maximus hac in laudem Religionis Nostrae in Declaratione sua protulit: Haec est apud Deum et Patrem
munda et immaculata Religio descendens a Patre luminum per Ejus Filium exemplariter et verbaliter Apostolis tradita et
demum B. Francisco inspirata. Hoc ipsum concludit S. Augustinus qui contemplans bona Religiosae vitae cum admiratio
ne his eam titulis encomisavit: O vita sancta vita solitaria, vita perfectorum vita Angelica, vita Poenitentium, vita Deifica.
Unde cum tam magnificas et innumeras obtineat commendationes Religiosa vita, Quis eam potest non adamare? Quis
in ejus vocationis gratia per omnem modum non conabitur permanere? Ita sane: Etenim nihil est vel stolidum quod
abjicere ab ea faciat incautos, et multa sunt atque solida argumenta quae nos ad permanentiam in ea sollicitant, pro
ut breviter deduximus. Quare confirmet ergo Deus ad Laudem suam quod operatus est in nobis per bonitatem suam, illumi
net instabiles ut unum nobiscum sentiant, et perficiant ut in omnibus nobis glorificetur Deus Pater qui est benedictus in
saecula.
Quem in finem ex munere Officii nostri providere cupientes bono huic Almae Provinciae ut et Regu
larum nostrarum conservetur incolumitas, et cuique pro merito juxta justitiam distributivam fiat satis, armu
ntiamus Vobis ARndi Rndi, MRndi Patres ac Dilectissimi Frēs Capitulum celebrandum in Conventu Stopni
censi Die 20 Junii Anni praesentis 1812. quem pro Capitulari Conventu designavimus, Ad quod Capitulum
rite peragendum invitamus affectuosissimè omnes Prēs quos Ordinis Nostri Leges et Provinciae hujus Almae con
suetudines designant, nempe: ARP. Lucianum Nowosielecki hujus Almae Provinciae Ministrum actualem
RP. Rochum Gralewski Custodem actualem Vocalem, ARP. Felicem Janowski subrogatum Definitorem RP. La
dislaum Dzierżanowski RP. Maximianum Skupniewicz, et RP. Stephanum de Medem Definitores actuales
pro Die 24. Junii ad vesperam, De mane ARndos Rndosque ac MRndos Prēs Guardianos Conventus hujus
Almae Provinciae pro die 20 Junii de mane cum Missis, quos omnes obligamus ac hortamur in Domino, quatenus hu
jusmodi iter exemplariter nisi aliquem justa causa excuset. Nemini autem ad praedictum Conventum pateat aditus
sub poena Apostasiae nisi speciali licentia prius a Nobis obtenta. Insuper obligamus Locorum Superiores, ut Suffra
gia consueta praescripta in Statutis Generalibus pro successu pro successu actionum Capitularium persolvere
curent duabus Hebdomadibus ante celebrationem Capituli. Ipsa vero Die celebretur Missa solemnis de Spiritu
Sancto et PP. omnes Collectam in Missis privatis addant, Frēs vero Clerici et Laici, confiteantur et reficiantur Sacra
Synaxi ad eandem Intentionem, quibus concedimus licentiam liberae electionis Confessarii quibus omnibus approbatis
ab Ordinario pro hac sola vice impertimur facultatem absolvendi a reservatis Ordinis. Insuper ad sanctiones Summorum
Pontificum meminerint Prēs Guardiani comportare secum scripturas de celebratione missarum, tum ex obligatione Benefa
ctorum tum ex Statutis et Cursoriis persolutarum. Item Prēs Lectores ubi terminantur Studia, transmittant conscientiosum
testimonium de capacitate et profectu suorum Studiosorum ac etiam de moribus subscriptum a Discretis Conventûs. Pa
tres etiam Resolutores Casuum et Examinatores consuetum transmittant Testimonium de Patribus Confessariis, quis eo
rum bene et accuratè resolverit Casus vel e contra, et quis eorum in Examine apparuerit exactus. Ad extremum ne Conventus
et Conventus maneant sine legitimis Superioribus post recessum Patrum Guardianorum ad Capitulum, in omnibus Conven
tibus Prēs Vicarios pro Praesidentibus hisce Literis instituimus, praeterquam si in aliquo Conventu nobis ordinare videbitur. Ad
monemus tamen in Domino omnes Prēs Praesidentes ut exemplaritatem, pacem charitatem servent, et ne audeant pro libitu suo ele
emosynas dilapidare. Omnes autem Prēs et Frēs exoramus in Domino ut suis continuis suspiriis ad Patrem caelestem luminum
memores sint negotiorum Capitularium ut ille illuminet Patrum Vocalium mentes ut unanimi calculo hujusmodi Virum
eligant, in Rectorem hujus Almae Provinciae qui et in nobis commode valeat zelare Honorem Dei et bono Provinciae providere
valeat, et sibi pro laborum suorum merito concilietur vitam caelestem. Has autem Literas nostras volumus ut receptis illis Pa
tres Superiores Conventuum suis Communitatibus promulgent, ad intelligentiam cujusque explicari faciant, Protocollo
inscribant, et ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris adnotatum sine mora transmittant. Valete Prēs
et Frēs Dilectissimi pro necessitatibus S. Matris Ecclesiae pro Concordia Christianorum Principum, pro Summo Pontifice Vi
cario in terris Capite Christi, et etiam pro me exorate Clementiam Dei. Datum in Conventu nostro Sandomiriensi ad Aedes
S. Joseph Sponsi Bmae Virginis MARIAE Die 16. Maji 1812. Fr. Archangelus Reformatorum Commissarius ac Visitator Gnlis

Fr. Prosper Burzynski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum,
Provinciae SSmae Virginis Mariae Angelorum Minister Provincia
lis, et in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus ac Dilectissimis in
Christo Fratribus, Salutem, et copiosam à Domino Benedictionem.

Quoniam, sic placuit Altissimo (qui saepenumero, infirma, ignobilia, et contemptibilia Mundi, eligit, ad
quaeque sublimia perficienda) ut me vilem capacitate, viribusque prorsus imbecillem, ac inter Fra
tres meos, Mei Sanctissimi Patriarchae Filios minimum, in alto collocaret, ac in gradu Rectoris hujus Almae
Provinciae dignanter constitueret. Minime mihi licitum fuit, hujus Ejus supremae ac Sanctissimae voluntati
resistere, imo potius Eidem humiliter obtemperare, impositoque mihi tam gravissimo, et formidando Mu
neri (quamvis cum summo animi moerore) cum omni qua par est submissione, debiles licet subiicere hume
ros, justum, ac rationabile esse duxi. Verumtamen revocando in Mentem tam multa, et tam admirabilia ope
ra Dei, quae circa me, gesta sunt, et huc usque geruntur, attonitus non possum, non exclamare cum Apostolo: O altitudo
divitiarum Sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia Ejus, et investigabiles viae Ejus. ad Roml.
Nam placuit Ejus Divinissimae ac inperscrutabili Providentiae, me omni idoneitate expertem, vocare vocatione sua San
cta ad evangelizandum pauperibus. Hoc est, ut authoritate Christi in terris Vicarii missus, pergam ad barbarorum ac infi
delium nempe Egypti plagas, ibique liberandis à faucibus inferni, juvandisque animabus, pretiosissimo Christi San
guine redemptis, totum me sacrificem. Et factum est ita; perrexi celeriter. Placuit item Eidem Summae et Infinitae Bo
nitatis Providentiae, ut me ibidem commorantem, millenis, hisque continuis, horribilibus mortis expositum, periculis

nempe in Mari, et in Terra, periculis, ab infidelibus, et a falsis Fratribus, Christianorum scilicet Nomen præseferenti-
bus; sed quia propter dirum schisma à vera Ecclesia dissidentibus, proptereaque implacabili odio, si non majori, pari
saltim ipsis, infidelibus, orthodoxos prosequentibus, seu potius persequentibus, periculis, a pestifera et contagiosa lue
me eripere, illæsumque ac vivum conservare. Et factum est, ita; ereptus, conservatus sum, vivus, misericorditer. Om-
nes alii Fratres mei, et Filii Matris meæ Almæ nempe Provinciæ, in diversas Paganorum Regiones Divino nutu
et ob eandem, ob quam, et ego Dei causam expediti, ibidem mortui sunt. Et ego, unicus, et solus. (O infinitam et inef-
fabilem in me Dei pietatem et bonitatem! et quid, ego pauper, et inops, possum retribuere Domino, pro iis omnibus, quæ
Ipse retribuit mihi!) remansi vivus. Placuit tandem, huic ac Sapientissimæ, et omnia ad suos fines recte dirigenti Provi-
dentiæ, ut ego (qui tam, dissitissimis degens Regionibus, non quidem sperare, sed vix unquam cogitare valui, posse me
aliquando nativo respirare aere) redeam in Patriam. Et tamen, factum est, ita; quia redii feliciter. Hæc sunt, quæ me
juste movent: non ut tacitus, solum, grato revolvam animo, tam innumera Dei beneficia, tam pie et tam copiose, mihi e-
largita, ast ut etiam debitæ gratitudinis affectus sensu, os in verba solvam, laudans, et benedicens, Nomen Sanctum Dei
qui me singulari suorum Cælitum assistentia, et mysterio speciali, et illuc euntem duxit, et ibi manentem misericordi-
ter custodivit, et inde redeuntem dignanter reduxit, bonisque omnibus affluenter repletum Matri Provinciæ incolumem
dedit. Sunt tamen, adhuc et alia, sicut mirabilis, ita et singularis circa me, Divinæ dispositionis manifesta documenta,
quæ mihi silentio præterire haud licet. Incolatu meo, omni alia ex parte mœsto, et amaro, at solo tantum Dei amore d-
ulci, Africanis in terris, admodum prolongato, expedita tandem iteratis vicibus, humiliter ac benigne impetrata, Sacræ Con-
gregationis propagandæ fidei venia (sine qua nemo Apostolicorum Operariorum vineam, aliquam scilicet missionem
ex Sacris Missionibus, nec intrare, nec deserere, licite potest) veniâ dico; primum Sacra, et pretiosissimo Christi Sanguine
conspersa loca visitandi, quod et cum inenarrabili cordis mei jubilo et consolatione perfeci, ac tandem ad propria
redeundi. Quod et factum est; post iter tamen tam arduum, et tam longum, quia ad spatium, nempe, plus quam unius
anni, protractum, et post superata, speciali Divino assistente auxilio, terræ, marisque pericula. Recensere autem, cuncta
hæc vobis, Patres ac Fratres in Christi visceribus Dilectissimi, justum æquumque esse duxi, non ut gloriam meam in iis,
quæ in me Dei sunt, vane arroganterque quæram, sed ut et vos, una mecum pio cordis affectu glorificetis Deum, à quo est omne
datum optimum, et omne donum perfectum, et qui etiam in minimis acribissimis, tanta, tamque mirabilia misericordi-
ter operari dignatur. Non tamen hic jam, sistere possum, sed ulterius adhuc progredi oportet, in contemplando scilicet attentius
et cognoscendo plenius, quomodo Supremi Divinique circa me consilii, decreta, non solum inchoata et continuata, sed etiam
completa fuerint. Intensi ac ferventes desiderii, mei, redeundi, Patrias in oras, hanc fuisse veram originem et causam, certum
et indubitatum est. Quatenus nempe fervorem spiritus, quem diu continuoque, procurandæ alienæ salutis, studio applica-
tus (ut homo fragilis dissipare potui) readunare, animæ meæ diligentius attendere, ac repositus in sinu Matris meæ Pro-
vinciæ, gaudens, omni cordis, animique, tranquilitate, et pace, facilius, ad jam, jam, forsitan, imminentem mortem, me
disponere, valeam. Sed, quid hæc tota mea, hæcque intensa suspiria, sollicitudine, sunt, suum desideratum effectum? Ah
fateri hic cogor! veraciter illum locutum fuisse qui dixerat: Hominem quidem proponere, sed Deum Ipsum omnia di-
sponere. Nam loco optatæ pacis, et tranquilitatis, cui nova animi perturbatio, novusque mœror, afflixerunt cor meum
Munus, aut potius onus, Superioris localis, primum, ac dein regimen totius, hujus Almæ Provinciæ, mihi omni innata in-
teritate, omnique gubernandi usu, et consuetudine, penitus carenti, impositum est. Unicum tantum, et quod me mirifice
animat, et solatur, illa nempe, Sanctissimi Redemptoris, verba, qui dicit: ubi enim sunt duo, vel tres, congregati
in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Math. 18. Distinctissimorum hujus Almæ Provinciæ Patrum, in Christi No-
mine congregatorum, votis unanimiter confluentibus, factum est, quod habenæ Regiminis hujus Sanctæ Provinciæ,
debilitati meæ sint commissæ. Et propterea, id a Deo Ipso factum esse, nihil dubito. Et quantum de exiguitate, imo
de nullitate, virium mearum, hac in parte, dubito, tantum fiduciæ, speique firmissimæ in Cælestibus colloco, auxi-
lis. Id solo animo reputans, quod sicut Deus ter optimus, maximus, hoc opus meæ scilicet, ad regimen hujus San-
ctæ Provinciæ inaugurationis, solus incæperit; ita Ipsemet, adjuvando, et confortando, infimam meam exiguitatem, per-
ficiet, consumabitque feliciter. Hæc sunt Patres ac Fratres mei in Christi visceribus Dilectissimi, de quibus vos his me-
is primis Encyclicis Literis, certiores reddo, intime persuasus, quod sicut ego, pro vestro spirituali emolumento, tan-
to, et tam gravi oneri me subiicere, non dubitavi; ita et vos, Patres ac Fratres Dilectissimi, vestris piis precibus, tu-
isque ad Deum efficacibus orationibus, tenuitatem meam in eo alacriter, et fortiter portando, adjuvare nunquam de-
sistetis. Illud autem districtum Dei Mandatum Prophetæ impositum: Ecce constitui te hodie... ut evellas, et destruas, et
disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes, ad me quoque, munusque, sic disponente Deo, curæ meæ recenter impositum
pertinere, extra omne dubium est. Evellere, et destruere, cum expresse imperat Deus: de noxiis vitiis, penitus extirpan-
dis Ejus sermonem ac præceptum esse, plus quam manifestum est. Cum autem, ædificare, et plantare jubet: quid aliud
vult! nisi, ut virtutes omnes, quam diligentissime exerceantur, ab iis, qui ut in justitia, ac sanctitate serviant Do-
mino, non coacte, sed spontanee, ac proinde, non ut vilia mancipia, sed veri servi, imo, amantissimi filii, se se, strictis-
sime obligavere. Fateor igitur, coram vobis Patres, ac Fratres, in Christi visceribus Dilectissimi! quod quanto magis, vos
cernam, ferventiores, diligentioresque in ambulando, vocatione vestra Sancta, qua vocati estis, fugiendo nempe, abominan-
da specta, transgressionum, ac defectuum Sanctas, statuique vestro consonas, sectando virtutes, Dei, scilicet amorem et
timorem, mutuam et fraternam, Regulæ, Legum, ac Sanctarum consvetudinum, in adimplendis quam exactissime officiis
cuique impositis, in emittendo suavissimo, domi forisque, bonorum exemplorum odore, affecto, repletoque, profluente ex
inde dulci spirituali consolatione, mihi, tanti magis officii mei, pondus, ex se ipso gravissimum, facilius, leviusque
reddetis. Declinantes autem, a recto observantiæ Sanctæ Regulæ tramite, ambulantesque vias non bonas, si qui forsitan
ex vobis, Patres, et Fratres Dilectissimi, (quod Deus avertat) reperti fuerint, illi procul dubio cor meum, somnia dolo-
ris replerent amaritudine, et majoris quam explicare possum mœroris, inebriarent me, absinthio. Nemo, qui zelo
Sanctæ Observantiæ fervet, non conspiciat, mœrens, et dolens, ab aliquo, iam temporis spatio, in hac Alma Provincia,
non pauca, non in melius, ast potius, proh dolor! in deterius, mutata esse. Ita, ut in hunc, agrum, Dominicum, di-
versorum abusuum, et corruptelarum, irrepserint tribuli, et spinæ. Si igitur ego, quatenus jussa exequor Dei, et quatenus
evellendo, et eradicando mala, aliquam reformatione hujus agri partem, mihi fortius, sensibilius quo prodesse contingat.
Sic moleste affectus, sic, quo dolorose pressus, non mihi queso, vitio vertat, qui partes officii mei explere, constringor,
sed potius sibimetipsi imputet, cujus obligationis fuit, omnem adhibere sollicitudinem, ne similia venenata, et noxia
arbusta, radicem figant, et tamen id solum, non neglexit, ast etiam, ut in altum succrescant, incaute, permisit. Cum igitur,
atque ideo amovenda viderim, illa omni conatu, amovere studeam; quæcunque autem bona, sancta, et salutaria, omni-
bus expetenda, ~~et illa quam diligentissime sectandas~~, eosdem efficaciter, alliciam. Hinc Patres, ac Fratres in Christo Dilectissi-
mi, aliqua vobis recommendanda duxi, quæ in proxime, prætento Capitulo Provinciali, ex consilio Venerabilis Definito-
rii, communique unanimi consensu, disposita sunt. Non quasi vellent novas condere Leges, ast potius antiquas, et jam per-
dem factas, sed proh dolor! per introductas desvetudines, et abusus, ex parte, abiectas, et neglectas vobis in memoriam revo-
care, atque ad illas exequendas, et adimplendas, omni fervore et efficacia, moveam. Et sic: Amo Cum ex bona, per Superiores

…ales Conventuum administratione, bonum Provinciae ac Religionis pendeat; obtestamur in Domino, ut Superiores, …ales, ceteris, bono exemplo praeluceant, Sanctae observantiae invigilent, singulisque prodesse, non obesse, curent. Hinc, …orum frequentare satagant, cum Religiosis charitative procedant, illorum necessitatibus, paterne provideant, verbis laesivis abstineant, molestias suo muneri annexas, amore Dei, cum patientia, et mansuetudine, supportent, a debito tamen zelo minime recedant, Capitulum culparum, praescriptis diebus, non praetermittant, in quibus defe…s corrigant, ad pietatem suavi sermone excitent. Et ne, in illo, illorum ministerium, vituperetur, non illos Seniorum consilia petere, et sequi pudeat. 2do Conveniens Superiorum, cum sit, ne Religiosi privatim, praesertim mediante pecunia, crematum, aut alium potum, procurent, ne compotationes in Cellis fiant, maxime cum saecularibus, quos nec Ipsi Superiores, ad canapam, tractandos, invitent, aut ad Superiores ambitus, Cellasque intromittant. Caveant omnino, a contrectatione pecuniae, etiam in bancocettlis, ejusque dispensatione, non adhibito Substituto, et omnino prohibeant, ne in fornice, …capa, collocentur arculae, pro recipienda eleemosyna pecuniaria, unde serio praecipitur, ut unusquisque Conventus …um, omnino, Substitutum, habeat. 3tio Invigilent Superiores, ut silentium semper, et ubique, strictius autem, statutis temporibus, servetur, maxime, post Recollectionem Vespertinam. Patrum vero Vicariorum, cura sit, hac in re, junioribus serio invigilare, quos etiam ad modestiam, pietatem, decorem Domus Dei, exhortentur, sicut et Ipsimet Juniores, in praedictis, pro Gloria Dei, ac Spirituali suo profectu, se se exerceant. Studiis cum pietate, ac diligentia vacent, potum cremati, a Fratribus Canapariis non exquirant, nec Fratres Canaparii illis tribuant, nisi quando Superiores expressa licentia indulserint, quae licentia raro tribuatur, cum frequentior cremati potus, et veluti quotidianus, prudentum judicio, ac ipsa experientia plurimum junioribus noceat, hebetudinem, pravosque habitus, generat. 4to Compertum est, in aliquibus, minorum Studiorum Conventibus, Fratres juniores, ex consulto quaesita familiari cum saecularibus maxime Mulieribus, conversatione, devenisse, ad suae vocationis aversionem, ceterisque scandalum, non sine infamia Religionis, exhibuisse. Hinc serio, omnes exhortamur, ut ejusmodi insidias diaboli, evitent. Sitque pervigil assidue oculus Superiorum super Juniores, ne talibus laqueis, illaqueentur. 5to Nullus Fratrum alterius Fratris defectus commissos in uno Conventu, ad alium deferre quoquomodo, multo magis coram saecularibus, maxime Mulieribus, conversatione, propalari vel maxime famam, inimicii fratris, scripto, vel ore, malitiose cavillare praesumat, sub gravissimis poenis. 6to Fratres da…, curam infirmorum cum charitativo obsequio exhibeant, Habitus novos, non pro suo libitu, a se se, secundum dispositionem Superioris, Religiosis distribuant, manicas Habitus, non adeo arctas, conficiant. 7mo Licet justas causas, ac sub certo moderamine Venerabile Definitorium censuit, in quadragesima ad Festum B. V. Mariae Assumptae, dispensandum esse, videlicet: ut diebus Dominicis, Feriis Secundis, Tertiis, et Quintis, Fratres carnibus vesci possint, at nonnisi semel de die, persistendo in tribus portionibus sine ullis additamentis, vespere autem, in unica refectione, idque tantum in illis Conventibus, in quibus ob defectum eleemosynae, cibi cum lacticiniis comparari non possunt. Super quod Locorum Superiorum conscientia serio oneratur. Hanc tamen dispensationem, non nisi, pro hoc Anno valere, et non ultra, idem Venerabile Definitorium, protestatur, atque decernit. 8vo Ubi sunt pauci Religiosi, ac …ibus sub Missa Conventuali, non possit decantari Fiant Domine, post elevationem recitentur Litaniae de Nomine Jesu. 9no Observandam ubique, et ab omnibus, uniformitatem, statuitur, ut in Missis ad Communionem Sacerdotis, Fratres inservientes, aequaliter dent campanula, ter, lento, pulsu signum. 10mo In Conventibus particularibus, Fratres Laici, sicut in Conventibus Studiorum, Patres et Fratres Acolythi, ante Benedictionem Mensae dicant: Jube Domne benedicere… Deus charitas est… Librum pro lectione ad Mensam porrigant. Finitaque mensa… Tu autem Domine… intonent. Rogantur vero et obsecrantur, amore Dei, omnes Patres, ac Fratres, ut omnia, et singula, hic disposita, et recommendata, mandare omnimodae executioni satagant, alias ego in canonicis visitationibus, de observantia, aut inobservantia, horum omnium, sedulo inquiram si contrarium quidquam reperiam (quamvis cum summo cordis moerore) punire scilicet pro conscientia, puniare ego ero adstrictus. 11mo Habito respectu, tum propensissimi cordis, tum citra viginti annos exhibiti laboris, in munere Syndici Apostolici per M. Dominum, Franciscum Galli, Eidem, post praefata, ex voto utriusque Venerabilis Definitorii, antiqui, videlicet, et moderni, in compensationem illorum, quae …dato illi, in Conventu Glivicensi, nuper capato debebantur, proportionate in Conventibus Provinciae Nostrae, sunt approbata suffragia. 12mo Pariter, utrumque Venerabile Definitorium, in contestationem obstrictae gratitudinis, pro eximie peracto Officio, Commissarii Visitatoris Generalis, ac Praesidis, immediati Capituli, A. R. Patrem Archangelum …, aggregatum Patrem Provinciae declarat, Eidemque locum, post ExMinistros Provinciales competere determinat. 13tio Facto computu, ex Registro Pannificinae [illegible], decidit Venerabile Definitorium, unam peciam panni pro Habitibus, centum quinquaginta, florenis polonicalibus. Jam vero pro Tunicellis, unum cubitum, quinque florenis polonicalibus, solvi debere. Hae nostrae Pastorales Literae, postquam ad Conventus pervenerint, illorum respective Communitatibus, districte perlectae, promulgentur, et punctatim, in Idiomate Polonico, explicentur, ac tandem Prothocollis ingrossatae ad viciniorem Conventum, justa Ordinem Cursoriae, à foris notatum, indilate, transmittantur. Valete Patres ac Fratres dilectissimi! et antequam Vos personaliter videbimus, et visitabimus, fraterno Vos amplexamur affectu, obsecrando: ut memoriam in piis Orationibus vestris faciatis. Nec non pro felici statu Sanctae Matris Nostrae Ecclesiae cum suo supremo visibili capite; pro praesentibus Regni Nostri necessitatibus, ac tandem pro nostris necessitatibus, et Benefactoribus, Divinam exoretis clementiam. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Confessoris, P.P.R. Die 6. Augusti. Anno Domini 1812. — Locus Sigilli — Fr. Prosper Ref. Minister Provincialis m.p.

Fr. Prosper Buzynski Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae Sanctissimae Virginis Mariae Angelorum Minister Provincialis et Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis Venerandisque Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, salutem à Domino.

His quae bono publico suas gloriose impenderit curas, longa etiam posteritas gratiam se exhibeat oportet. Sic Ecclesiasticus cap 49 multos antenatos, velut in vim gratitudinis compendioso encomio perstringit, eorumque memoriam (: certe in gratis animis :) multi temporis enarrat, qui Populo Dei se se utiles praestiterant.

Nec ampliori Argumento res haec probari indiget, ubi vel maxime Antecessor[is] sponsio, suos posteros, ad certae gratitudinis pensum exsolvendum obstringit. —
Hinc cum certam percipimus notitiam de morte in optima senectute Adm Rndi Pris Calisti Sulkowski, Provinciae Majoris Poloniae, post plurimos Dignitatum Gradus, Patris Emeritissimi, qui olim in nostra Provincia munus Commissarij Visitatoris Generalis Anno Domini 1774. laudabiliter exercuit, et cui pro supportatis laboribus in vim gratitudinis, praetacto Anno Venerabile Definitorium in Capitulo Viliensi, post ejus fata in nostra Provincia persolvenda Suffragia appromisit, Hinc stante ejusmodi obligatoria promissioni, injungimus, ut pro Anima p.d. ARPris Calisti Sulkowski, in Singulis Conventibus Provinciae nostrae integra ut moris est pro Fratre nostro, absolvantur Suffragia. Praesentes Litteras nostras Patres Locorum Superiores, suis respective Communitatibus publicatas ac recommendatas, protocolis ingrossatas, ad viciniorem Conventum, juxta Ordinem a foris notatum transmittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi nostri, ac Benefactorum, in Vestris Orationibus memores. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad Edes S Casimiri Confessoris. die 13 Februarij A. D. 1813. — Locus Sigilli — Fr Prosper Ref. Minister Provincialis.

Fr Prosper Burzynski Ordis Minorum S. P. N. Francisci Refor. Provinciae SS.mae Virginis MARIAE Angelorum Minister Provincialis et Servus

Admodum Rdis, Rdis, Multum Venerandis Venerandisque Patribus ac Dilectissimisq in Xto JESU Fratribus Salutem ac copiosam a Dno Benedictionem

2 Quam arduum quamque difficile sit munus aut potius onus Superioritatis, sat superque datis olim ad Vos Patres ac Fres in Xti Visceribus Dilectissimi, primis nostris Literis attigisse memini, nec Vos oblivisci arbitror. At nunc multo plura, imo plurima

plurima doctrice experientia arduitatis Officii Nostri manifesta documen=
ta in nostram venerunt cognitionem, cum primam juxta præscriptum
Regulæ Canonicam absolvimus Visitationem. Hinc revera experti sumus:
Quid sit regere homines? Quid invigilare conservationi Regularis ac Re-
formatæ Observantiæ; ac procurare integritatem boni communis?
Uno verbo: Quid sit curam Salutis gerere aliorum? Ac penes hæc, imò
præprimis devios paterné admonere, et tamen Fraternam in nullo læde=
re Charitatem? O! plus (: ausim dicere :) quam humana valet fragilitas
Superiorum imponitur humeris. Quod defacto ferre ut debent non-
possent, nisi specialibus Divinis fulciantur adjutoriis. Id tamen jam-
quantum in Domino potuimus, in hoc spatio primi nostri regiminis
Anni conati sumus exequi. Explevimus pro tenuitate virium nostrarum
injunctam à Sanctissimo Patriarcha Nostro Visitationem. Visitavimus
juxta præscriptum, tum Conventus tum singulos Vestrum, perspiciendo
et lustrando, si qui irrepserint abusus, defectus, ac contra Regulæ ac Legũ
Nostrarum præcepta, prævaricationes, humiliter et charitativè monendo
ac corrigendo ubi opus erat et obligavit Conscientia. Si qua autem super-
erant alia, majori attentione et deliberatione indigentia, usque ad tempus
annuæ Congregationis (: quam Vobis Patres ac Fratres in Christo Dile-
ctissimi præsentibus intimamus :) differri debent. In hac Congregatione, cum
præter alia tractanda præcipuum et hoc grave ac difficile Electionum
institutionumque incumbit Opus, hoc nostro nunc hæret animo profundius
hoc anxiè volvitur mente, ut id adeò valeamus exequi, quatenus et Di-
vinæ voluntati satisfactum sit, et bono Communi sufficienter pro-
visum et Conscientia nostra in tuto ponatur. Hac in re mirum Patres
ac Fratres in Xto Dilectissimi, quomodo agat et Ipse alienus procul
ab omni falibilitate, defectu v errore, in suis Operibus humana carne
indutus Dei Filius in Electione Apostolorum;; Ecce! hanc facturus
exit in montem Solus orare pernoctat in Oratione Lucæ 6.;; et cum dies factus
esset primo elegit. Incumbebat Apostolis Electio in Apostolatum, O quam-
invigilant. ;; Fit Congregatio, præmittitur Sermo, funduntur Oraẽs ad Deum.
Ut qui novit corda omnium, ostendat quem voluerit eligi Actorũ 1°.;; Et certe
deterreret Nos nimis illa quasi excessiva Salvatoris penes electionem cir-
cumspectio, si non inveniretur in Apostolis laudata cum sua methodo pra-
xis. Hanc sequi et Iuris Religiosi et mentis nostræ est. Instituere videlicet
Congregationem, præmittere Sermonem Concilio, fundere preces ad Deum
Hisque prævenientibus accedere ad Electiones. Et hoc modo procedentes,
atque agentes speramus: quod ostendet nobis, quos elegerit Qui novit cor-
da omnium. Præhabitis itaque præhabendis, nempè: Licentia desuper,
instituimus Congregationem Annuam primam Ministerii nostri eique
celebrandæ designamus Conventum Nostrum Cracoviensem, Diem verò
21 Mensis Julij Anni currentis. Ad cujus celebrationem de Iure invi=
tandos

tandos invitamus, nempe: Admodum Rdū Patrem Felicem Janowski
primum Definitorem ac Patrem Prov[ci]ae, Admodum Rdū Patrem
Josephum Mecinski secundum Definitorem ac Patrem Provinciae, Re-
verendum Patrem Stephanum de Medern Custodem Actualem
et Secretarium Prov[ci]ae, Rdū Patrem Victorem Charzewski,
Rdū Patrem Paulinum Skladzinski Definitores Actuales Prov[ci]ae
quos pro Die 18 dicti Mensis et Anni in designato Congregationis
Conventu peramanter expectamus ac desideramus. Caeteris o[mni]bus
praeter expressam et specialem licentiam v[el] dispositionem nostram
ad specificatum Conventum sub poenis Apostasiae, aditu omnino
inhibentes. Ut autem majora nobis pro Boni communis, et Ve-
strum omnium emolumenta Caelitus impetranda veniant, in
o[mni]bus Prov[ci]ae Nostrae Conventibus, per singulos Vestrum funden-
das Preces injungimus ac demandamus. Non imponimus nec ad-
dimus quidquam novi praeter consueta Suffragia; nihilominus, serio vo-
lumus, ut quae consueta sunt, non ex consuetudine fiant, duntaxat, sed
fervida mente et spiritu. Ad quem fervorem augendum, maxime ipsa
die Congregationis solitam liberam Confessarii Electionem minime
interdicimus. Quinimo hanc concedentes, taliter electis (: alias appro-
batis pro Fratrum Confessionibus :) absolvendi a Casibus reservatis
pro hac sola vice damus facultatem. Ut autem ea, quae praeter Electio-
nes nobis ad agendum et cognoscendum praescripta ac Conscientiis impo-
sita sunt, peragere ut fas e[st], valeamus, monemus omnes Locorum Su-
periores ut Schedas Conventuum, Patres Lectores Testimonia suis
Studiosis qui terminant Studia de vita et scientiis, Patres Reso-
lutores Casuum et Examinatores de Sufficientia Confessariorum con-
scientiose transmittant. Patres Guardiani non audeant deserere Con-
ventus sed expectent adventum novi Superioris. Superiores Lo-
cales fideliter notent diem in Obedientialibus, tam recedentium
quam advenientium Fratrum. Patres ac Fratres j[uxta] praescriptu[m]
Regulae eundo ex uno ad alium Conventum, pedester iter suu[m]
absolvant cum omni modestia Religiosa et exemplaritate. Praesen-
tes vero Communitatibus intimatae, Protocollo ingrossatae ad viciniorem
Conventum per fidelem Latorem quam citissime transmittantur
juxta ordinem Cursoriae a foris adnotatum.
Valete in D[omi]no Patres ac Fratres in X[ris]ti Visceribus Dilectissimi
Nostri ac Benefactorum in Orationib[us] memores. Datum in Conventu
Sandomiriensi ad S. Josephum Castissimum Sponsum B. V.
MARIAE Die 23 Junij Anno 1813. Fr Prosper R[...]: Mr Pr[ovincia]lis
m[anu] p[ro]p[ria]

Fr. Prosper Burzynski Ordinis Minorum S. P. N.
Francisci Reformator. Provinciæ S.mæ V. MARIÆ
Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et
Servus

Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq.
Patribus, ac Dilectissimis in Xto IESU Fratribus Salutem et copiosam
à Domino Benedictionem —

Faventibus benigne Cœlestibus auspicijs prima annua stante nostri Ministeriatus cursu feliciter celebravimus Religiosa Comitia. His peractis Completisq ut fas erat, Vos alloqui, Vosq Spiritualiter commonere Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi nostri muneris partes esse censuimus. Quid de Vobis actum Suprema Divinæ Providentiæ Ordinatione actum esse, nullus Vestrum in dubium revocare audebit. Optatum quodquam speratumq et ad portandum, leve, aut potius minus speratum, illudq gravius, atqui difficilius Vestris humeris impositum est, sicut æquo animo, Divinæ voluntate conformi, atq Obedientiæ Virtute congruo Vos suscipere convenit; Sicut Deus Ter Optimus Maximus laudabilem Vestram hac in parte promptitudinem uberrimis suis gratijs et benedictionibus certo sit coronaturus; Ita et Vos Cœlestibus Ejus Auxiliorum, efficaciter adiuti suppetijs cuncta quæ agenda suscepitis, omni qua par est sedulitate ac diligentia exequi opportet. Quare: aliquibus Vestrum nova suscipientibus Officia, aliquibus ad alios Conventus ob mansionem transmigrantibus atque translatis, alijs in ijsdem Officijs et Conventibus remanentibus, omnibus autem quasi novos dies vivendi inchoantibus, novumqui fervorem ad Serviendum quam perfectissime Deo, propriamq Salutem procurandam concipientibus Summum Dominum (: Cuius infinitæ Bonitatis moris est, petentibus non denegare gratiam:) Opportuna tribuere Auxilia probe confidimus, Quibus et Maiorem Illius Gloriam et boni communis utilitatem, et Vosbismetipsis veram felicitatem comparare possitis. Apprecari autem præfata Omnibus et singulis Vestrum justum duximus, qui in collocandis nunc Vobis ea ob Oculos nostros posuimus, quæ ad Vos beandos felicesque reddendos, efficaciter Conferre valeant. Iam vero si Vestrum alicui ad votu successisse non videtur, id aut occurrentibus circumstantiis, aut emergentibus necessitatibus adscribendum esse certo sciat. Nostri nihilominus de Vestra Beatitudine studij vel exinde nanciscimini argumentum.

Quia.

Quia quaecunq ad Sancta vocationis Professionisqui complementum spectant de his Vos commodendos, in quibus autem nonullos devios animadvertimus, ad haec observanda esse alliciendos rati sumus, exemplo Divi Pauli suo Charissimo scribens Timotheo:,, Haec tibi scribo, ut scias quomodo opporteat te in Domo Domini conversari;, Exhortamur igitur Vos Patres ac Fratres in Xto JESU Dilectissimi ad diligentem Sanctae Paupertatis Observantiam; Quidam enim reperti sunt transgressores Regulae in procuratione et usu rerum non solum curiosum et superfluarum, sed manifesti nostro statui nostraeq Professioni contrariarum. Unde fit manifesta transgressio Voti, gravis laesio Conscientiae perniciosum, alijs scandalum, et denigratio honoris Sanctae nostrae Reformationis Currisationes quae iam in communem usum et consvetudinem transierunt, quas tamen expresse prohibet Regula, ut vitentur & serio admonemus, volumusq ut hac in parte diligenter observentur ea omnia, quae municipales nostrae Leges et ordinationes dudum factae praescribunt. Superiores Locales facile ex Conventibus Subditos non emittant, nisi habita justa causa. Divagationes enim ex Religiosis Seculares efficiunt. Idem advertant, et attendant ~~ut meditato~~ ut mendicationes fiant cum moderamine. Mendicatio enim propria nobis est et necessaria, sed non excessiva, quae ruinam vitae Spiritualis mendicantibus affert. Deo confitendum est, qui Benignus ac Providus est servis suis. In hunc finem Subditi paucis sint contenti et memores paupertatis in cibo et potu. Infirmis Fratribus omne Obsequium, et omnis Commoditas praestetur quam cum maxima Charitate. Ad hoc enim omnis Lex obligat. Aliorum etiam Fratrum indigentijs a Superioribus Localibus benigne et charitative succurratur, ut sic praepediatur motiva et occasiones recursum nobis prohibitorum et consequenter illicitorum. Patres Praedicatores Diebus Dominicis et Festivis (: ut iam pridem ordinatum fuit :) Viam Crucis cum Populo devote obeant. Nec se excusent paucitate convenientium negligi debet. Recomendetur populo cum fervore et Zelo a Patribus Praedicatoribus haec Sancta Devotio; eiusq quammaxima utilitas et certi crescet ad eam obeundam confluentium numerus. Patres ad excipiendas Confessiones approbati ad lectionum librorum Moralium et Spiritualium nec non tractantium de dispositione Moribundorum, sciant se stricte et in Conscientia esse Obligatos. Haec ex parte Muneris nostri Vobis Patres ac Fratres, in Xto Dilectissimi commendanda et commemoranda duximus. Quae autem VV. Definitorium statuit et ordinavit sunt sequentia.

1° Cum Superiores Locales saepius etiam ex levibus causis copertum sit dispensari a Matutino media nocte recitando, ita ut post Completorium diceretur, et ob id Meditationes pomeridianas, et Viam Crucis quasi totaliter tolli, cui praecavendo ordinatur, ut quando Matutinum ob justam aliquam causam, aut ob paucitatem Fratrum, media nocte recitari non possit, dicatur hora quarta de mane, quo finito fiat Meditatio matutina tempore solito, sicq post Completorium restet integrum tempus, pro meditatione Vespertina, aut pro Via Crucis.

2do Gratiarum actio post prandium, etiam in Conventibus particularibus fiat in Choro, nisi Fratres adeo sunt pauci.

3tio Invigilent Superiores locales, ne Chordae fiant tam tenues, sicut nunc plerumq conspiciuntur, sed sint grossae et factae juxta praescriptum Statutorum.

4to Patres Vicarij tempore hyemali, non in Cellis sed in Refectorio commorentur, praecaveantq ne ibidem Fratres murmurent ac Religiosum violent silentium. Patres ibidem Vicarij Circulum cum junioribus Clericis et Laicis facere non praetermittant, docentes illos, et examinantes ex Mystica.

5to Ut Seculares non introducantur ad Officinas Conventus ut ad Canapam etc. nec ad Cellas Fratrum, quemadmodum Statuta nostra rigorose prohibent, et ut hic abusus tanto facilius tollatur, serio praecipitur, ut Valvae ambituum superiorum semper claudantur.

6to Licet sint multi Patres Officiales diligentes et exemplariter prompti ad excipiendas Confessiones, cum tamen in hoc non nulli deficiant, noverint se ergo esse obligatos ad eiusmodi Spirituale Obsequium praestandum confluentibus ad nos Fidelibus, praesertim cum Patres Confessarij modo sint paucissimi; Pariter ubi Patres Officiales, ita sunt plures ut suo Ordine non possent Missas finire ante Missam Conventualem, ordinatur ut post Conventualem celebrent. Patres item Praedicatores Festivales dum Conciones pro illis non occurrunt, Chorum frequentare teneantur.

7mo In Culina non soli Saeculares [:ut nunc quasi universaliter perniciosus irrepsit abusus:] foveantur sed Fratres Laici asignati in tabula, prout nostrae leges volunt exerceant officia Culinae, sicut etiam lotio Scutelarum, tum ab Hebdomadario, et Versiculario, tum etiam a Fratribus Laicis, secundum laudabilem antiquam consvetudinem fiat.

8vo Recomendatur solitum laboritium Studiosorum. Et ut consvetis temporibus, pulsetur pro silentio hora prima.

9no Reperti sunt aliqui ex Fratribus Laicis, qui quandoq in Conventu, tum etiam in forensia, quam vis cum Patribus ad longius tempus expediti,

negli-

negligunt Sacramentalem Confessionem, Sanctissimamq Communionem. Sine praecipitur, ne unquam, in Conventu Sacramentorum usum praetermittant, sed diebus in Tabula designatis confiteantur et communicent, in forensia vero si non duabus vicibus in septimana, ad minus una vice, praesertim diebus Dominicis, aut ordinis Festis, in quibus est Indulgentia plenaria.

8vo Omnes tam Clerici quam Laici, uniformiter cum Religiosa modestia ad S. Communionem accedant, ab illaque pariter recedant prout praeceptum habent in Theologia Mystica.

9no Fratres Laici qui non habent proprias Officinas, Sacrificijs Missae, matutino tempore devote inserviant, quibus finitis nunquam sint Otiosi, proinde Superiores assignent ipsis laborem utilem quo Occupentur, quorum muneris etiam erit, ambitus inferiores, bis in septimana, aut quoties opus fuerit scopare, et ab araneis mundare.

10mo Collocatis plene in Singulis Conventibus Familijs praestabunt omnes juramentum Fidelitatis Provinciae, quemadmodum iam est praestitum, a Patribus et Fratribus Studiosis solemniter Professis, cujus juramenti authenticum Testimonium ad acta Provintiae remittetur. Fratres vero adnunc Simplicium Votorum dum expleto tempore solemniter profitebuntur, illico in praesentia Discretorum simile juramentum Fidelitatis praestabunt, atq simul cum Testimonio factae Professionis propria ipsorum manu subscriptum, ad Archivium Provinciae remittendum erit, alterum in simili forma et exemplar in Archivo respectivi Conventus asservandum. Hae Nostrae Pastorales literae postquam ad Conventum pervenerint illorum respective Communitatibq distincte perlectae promulgantur et punctatim in ideomate Polonico explicentur ac tandem Protocolis ingrosatae ad Vicionem Conventum juxta ordinem Cursoriae afforis notatum perfidelem laborem transitantur

Valete in Domino PP. ac Fratres in Xti Visceribq Dilectissimi Nobis ac Benefactorum in Orationibus memores Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Patroni Regni Poloniae D. 31 Augusti An. 1813o Fr. Prosper Refor.

Minis: Provin:

mp

Fr: Prosper Burzyński Ord: Min: S. P. N. Francisci Reformatorum
Provinciae Stae Vis MARIAE Angelorum in Minori Polonia Minister Prlis et Servus.
Adm Rndis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus a Dile=
ctissimis in Xsto JESU Fratribus, Salutem et copiosam a Dno Benedictionem

Solicitudinis e muneris nostri expleturi partes per institutionem secundae Ministeri=
atus Nostri Congregationis Annuae, de hac notitiam satis avide desiderasse, plurimos Vestrum Patres
ac Fratres Dilectissimi experientia novimus. Interim tamen antequam vobis haec notificemus, ac ea
quae et quibus injungenda sunt, injungamus, ipsam talem quorundam expectationem minime laudare
consuimus. Taliter enim mutationem tum Superiorum, tum sui, desiderantes, aperte de propriae volun=
tatis jam abnegatae praedominatione ab ipsa conscientia argui possunt, uti non commune sed potius
privatum bonum in votis habentes et desiderantes. Nostri quidem muneris est, quia a Lege prae=
scriptum annua redunare Comitia, uti summopere Religiosae observantiae manutenendae ampliandae,
et promovendae necessaria, in jisque opportunas mutationes facere. Ast Religiosum illas desiderare ad
consecutionem unice boni privati, quis licite laudare possit? Videri, et audiri datur, etiam post novas
mutationes illico non unum male contentum esse, pro mortificato se habere, alium de nimio conquaer
onere. Et quis ista excitat, quis agit, quae causa horum est. Nonne velle proprium, nonne privata in=
tenta? O certe! si non haec contentus quisque de sua sorte maneret, nihil aliud desiderans. Vacato ac=
ceptaret animo quamcunque supremam Divinae Voluntatis per Superiores sibi manifestam Disposi=
tionem. In portadis oneribus impositis sibi Divinum magis speraret, et certe experiretur adjutorium.
Recedite ergo Patres ac Fratres in Xsto Dilectissimi a proprijs privatis, quae pacem vestram tur=
bant unice multo magis a temporaneis in Religioso omnino non reperibilibus intentis, et ad bonum
commune Religionis sicut jam Deo obtulistis, subdite et date animas vestras, libenter expectantes, quo=
modocunque, et quaecunque unusquisque de se disponi in futura Congregatione. Quam jam vobis /: ha=
bita praevia altiorum Superiorum Facultate :/ intimamus, et denuntiamus Celebrandam in Conventu
nostro Cracoviensi Die 29 Junij Anni currentis. Ad hunc igitur Solemnem Nostrae Jurisdictio=
nis actum invitandos de Jure A.R.R. et R.R. Patres VV. Definitorij humanissime invitamus
nempe: A.R.P. Felicem Janowski Definitorem Primum. A.R.P. Josephum Mecinski Definitorem secundum
Provinciae. R.P. Stephanum De=Medem Custodem Vocalem et Secretarium Provinciae R.P. Victorem
Charewski Definitorem tertium. ac R.P. Paulinum Skladzinski Definitorem quartum Provinciae.
Quorum omnium gratiosum adventum expectamus. Eosque peramanter amplecti Die 27 Mensis Junij
de mane cum missis ex corde desideramus. Alijs omnibus ad eundem Conventum prohibemus accessum
/: nisi a Nobis expressam Facultatem habentibus :/ et hoc sub poenis Apostasiae. Hoc nostrum Ne=
gotium arduum quidem est PP. ac FF. in Xsto Dilectissimi. Nam et bono Provinciae consulere, et nostrae
Conscientiae providere necessum est. Nostrum inquam hoc negotium est, sed non minus et vestrum, ut
ex secutura dispositione sitis et temporaliter felices, et aeternum beati. Recurramus itaque ad omni=
um bonorum Supremum Lattorem Deum, et Ipsius Clementissimae ordinationi nos committamus, pro=
ut Ipsemet allicit Proverb: 3. <u>Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et non innitaris providentiae
Tuae. In omnibus vijs tuis cogita Illum, et Ipse diriget gressus tuos</u>;, Quod pro certo ad executionem
deducetur, si Numinis Supremi hac in parte devote imploraverimus auxilium. Quare in eum finem
persolvantur in omnibus Conventibus consveto tempore Suffragia in Statutis praescripta; et ante ce=
lebrationem Congregationum fieri solita. Ipso die Congregationis in singulis Conventibus cantetur
Missa Votiva de Spiritu Sancto. Omnes Fratres Clerici et Laici ad Intentionem Congregationis
pro felici successu offerant suas Confessiones et Communiones Sacramentales. Quibus libera electio Confessarij
permittitur. Patres Sacerdotes in privatis Sacris addant Collectam de Spiritu Sancto. Ut autem omnia exa=
cte secundum Leges fiant, et cognoscantur Conventuum Status, praecipitur ut Superiores locales Schedas
respective suorum Conventuum remittant nobis ad Locum designatum Congregationi, Non quidem qui=
libet Conventus per seorsivum latorem, sed unus alteri committat et hoc tempestive nempe: Conven=
tus Chelmensis, Lublinensi; Lublinensis Casimiriensi, Casimiriensis Solecensi, Solecensis Sandomi=
riensi; Sandomiriensis et Pincroviensis Stopnicensi, Stopnicio Cracoviam. Conventus vero Pilicen=
sis et Vielicensis recta ad Conventum Cracoviensem suas Schedas expediant. Ut vero informemur
exacte de omnibus, injungitur Superioribus Locorum et Conventuum Discretis, ne spatiandi gra=
tia solum Officinas Conventuum et Registra percurrant, sed diligentissime ea revideant et no=
bis describant. Solent enim quandoque perfunctorie haec peragi, et Patres Discreti confisi solis
verbis Patrum et Fratrum Officinas sustinentium, de jis quae minime vident ac revident testan=
tur. Et sic solet contingere quod quae anno elapso accesserint, moderno conscribuntur, et quae ob
sui corruptionem ex Registris excidere deberent ponuntur pro utilibus, et ob id officinae aliquo=
rum Conventuum plurimum depauperatae sunt. Praemonentur hic Patres Discreti, ne alias
supinae negligentiae in commisso sibi munere postea culpabiles reddantur. Quare tempestive ut
habeant commoditatem considerandi omnia inchoent revisionem Officinarum, Registra a Do=
minis Substitutis recipiant, eaque diligenter revideant. Patres Lectores Studiosorum respe=
ctive Studia terminantium Testimonia conscientiose describant, et si aliquis devius in mori=
bus reperiatur; aut alio egens Studio fideliter notificent, ita tamen ut quod ad mores etiam Patres
Discreti dent Testimonium. Patres Lectores Grammaticae et Rethoricae similiter sub Conscientia

denuntient nobis, qui eorum Discipuli ad altiores Scientias inveniuntur idonei. Cum Schedis
tandem Superiores Locales testimonia de celebratione Missarum cum subscriptione Sacerdotum
Fratrum quoque Clericorum et Laicorum de absolutis Officijs precibusque transmittant. Insuper
Casuum Resolutores, et Illi quibus commisimus Examina Confessariorum transmittant nobis
Testimonia solita. Injungimus etiam Superioribus Localibus: quatenus Missas post subscriptas Sch-
das, tam accedentes, quam absolutas, ac Eleemosynam fideliter notent, atque relinquant. Denique
ea omnia exequantur, quæ Leges et laudabiles Consvetudines præscribunt. Hæcque fieri eo exa-
ctius speramus, si libuerit advertere, quod hæc omnia ad bonum conservandum Ordinem, atque ma-
nutenentiam observantiæ Sanctæ omnino pertineant, hocque unico motivo præcipiuntur. Hanc
igitur nostram dispositionem, et intimationem Congregationis futuræ promulgent explicentque
suis Communitatibus Superiores Locales, Protocollis inscribi faciant et ad vicinionem Conventum
viâ præscripta remittant. Valete Patres et Fratres in Xto Dilectissimi. Et quorum memores
sumus in Orationibus, ut quæ Deus videnit saluti Vestræ ac felicitati æternæ convenientia miseri-
corditer suppeditet. Vos quoque invicem memineritis nostri coram Deo, ut ad vestra obsequia; Chari-
tisve erga vos Declaranda argumenta, gratiam, ac vires benigne largiatur. Datt: in Convent:
Nostr: Sandomiriensi ad Ædes S. Josephi S. B. V. MARIÆ Die 23. Maij Anno 1814.

Fr: Prosper Reform. Mnr Polis mpp

Fr Prosper Burzyński. Ordinis Minorum, S. P. N. Francisci Reformatorum. Provinciæ Sanctissi Virginis Mariæ Angelorum, in Minori Polonia, Minister Provincialis, et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patribus, ac Dilectissimis
in Christo Jesu, Fratribus, Salutem, et copiosam â Domino Benedictionem

O quanto timore, afficitur Cor Nostrum! quantum contremiscimus! quoties gravitatem Muneris, aut
potius Oneris Nostri, in mentem revocamus. Quoties revolvimus animô, illa Divinæ Scriptu-
ræ ad Rectores Populi, pronuntiata verba: „ Quod fractum est non alligastis, et quod abjectum
est, non reduxistis: „ Ezech: 34 Quoties versantur ante oculos Nostros, optima exempla Vigilan-
tissimorum Pastorum, et præcipue illud Divi Pauli Apostoli, qui in Actis Apostolorum, c. 20 de
Se ipso testatur: „ Per triennium non cessavi, monens unum quemque Vestrum: „ et licet Nos, toto
hoc transacto biennii spatio, quô Muneris, et Officii Nostri partes adimplere satagimus,
dare congruas admonitiones Iis, qui eisdem indigerent, et commissos defectus corrigere, a-
busos introductos tollere, Omnes et Singulos, ad sedulam obligationum sui Status Observantiam
diligens virtutum exercitium, ac ferventem progressum, in perfectione Religiosa, omni cona-
tu, allicere, et excitare, pro tenuitate Virium Nostrarum, et pro mensura, compartita
Nobis Divinæ Gratiæ, minime neglexerimus. Veruntamen, quia una ex parte, utrum eô modo,
eâ vi, et efficacia, id factum sit, cui a Nobis, intentus et desideratus, responderet effectus. Mini-
me certi sumus. Quod etiam tanti Nostri timoris, et formidinis, origo, et causa est. Ex parte al-
tera, qua hoc tertio ac ultimo Ministeriatûs Nostri Annô, minime licet Nobis in executione
Officii, lassas demittere manus; quin potius, in iis, quæ ex stricta Muneris Nostri, obligatione,
Nobis agenda manent; ut in fine motus fiat velocior, necesse est. Excitante Nos maxime ad hoc, Ipsô Di-
vino eloquio, per os Prophetæ dicentis; „ Clama! ne cesses; „ Isaiæ 58. Hinc, jam collocatis, in Conventibus
respective suis, suisque Officiis ex nunc immediate facta, Annua Congregatione, assignatis Vobis, Patres,
ac Fratres, in Christo Dilectissimi, ultima hac vice Vos alloquendo = ut sequentia, pro oculis Vobis pona-
mus; et Spiritualis Vestri profectus, et Muneris Nostri, ratio obligat: Cogitate serio, Patres, ac Fra-
tres, in Christo Dilectissimi! quod vivere in Religione, et non secundum Religionem, et vivere in Religione, et
secundum Religionem, toto Cœlo diversa sunt. Vivere in Religione, absque tamen diligenti executione Vo-
rum, Munerum assumptorum et obligationum, est idem, quod indui Sacra Religionis Veste, ubi Signo
Hominis Deo oblati, contemnentis Mundum, et ejus vanitates, prœliantisque contra rebellem Carnem
Verbo: quod characteres abnegationis Mundi, pietatis, et innocentiæ, signis externis præferre; ne-
quaquam tamen interne esse talem; nequaquam vitâ, et actionibus, veri et boni Religiosi, his omnibus
correspondere. Claudi in Monasterio, et separari a molesta terrenorum sollicitudine, non sine tamen
curiosa mundanorum notitia; non sine tamen frequenti, et nimis familiari, cum Sæcularibus
conversatione. Saciari commode pane, non proprio sudore acquisito; sed ex Munificentia
Benefactorum, copiose elargito. Orare quidem, quibusdam per diem temporibus, sed cum ni-
mia velocitate, sed absque fervore, attentione, et devota devotione mentis in Deum.
Subjici Superioribus, et altiori potestatis; at in ijs solum, quæ arrident, quæ placent,
quæ præferunt honorem et commodum. Paupertatem fovere, sine penuria re-
rum, immo hanc abhorrere, humilitatem ostendere, sed nolle contemni, gloriam

Se esse patientem, et minima adversitate, iracundia excandescere, lamentis, et murmura-
tionibus Mundum implere. Nomen Discipuli, et Imitatoris Christi, Nomen Religiosi, et Filij S. P. N.
Francisci preseferre Virtutum tamen Christi, et S. Patriarchæ Imitatorem minime esse.
Et hoc est vivere in Religione, non tamen secundum Religionem. Quis autem dicet, hoc mani-
festare, verum contemptorem mundi, verum Religiosum, et Servum Dei? Quis dicet hoc esse
digna premii, ac mercedis æternæ. Porro vivere in Religione, ac secundum Religionem: est innatas
passiones vincere, sensus in mortificatione continere, frequentiori, eique ferventi devotioni incum-
bere, vigilijs jejunijs, alijsque corporis afflictationibus vacare, laboribus consumi, contemptum pro-
honore, penuriam rerum, pro delicijs habere, proprio judicio, et voluntati, penitus renuntiare,
sitim, famemque, experiri, mundum, et ejus vanitates, odio prosequi, secularia fugere, continuo Vir-
tutum exercitio, diligentissime occupari, et indies in Vita Spirituali, Religiosaque perfectione
proficere. Non nomen inane, et vacuum, sed conforme veritati, Imitatoris, Discipulique Christi,
ac digni Sanctissimi Patriarchæ Filij in seipso portare. Hi sunt veri characteres Religiosi: hæc sunt
onera, quæ premianda, ad Cœlum ascendunt! Et hæc etiam sunt, quæ depravata abhorret, fugitque na-
tura, et ex inde quibusdam importabilia, et quasi non necessario annexa, Officio Religiosi, esse vi-
dentur. O quantum discrimen est! inter vivere in Religione, et vivere secundum Reli[illegible]m.
Tantum hoc à se distant, quantum umbra, et signum à reipsa, quantum Imago ab eo, quod exprimit,
quantum verum ab apparente. Quis vos infelices, meritique expertes, non dicat! qui sanctam
terram, Monasterij, pedibus non lotis, seu operibus irreligiosis, tangitis, et calcatis, qui in
Vinea Christi plantati, sepe circumducti, imbribusque Divinæ gratiæ irrigati, fructum Patri-
familias, tamquam Arbores aridæ non affertis. Considerandum itaque Nobis est, Patres, ac Fratres
in Christi Dilectissimi! et sepe inquirendum, de Institutione Vitæ Nostræ; num hæc sit, secundum
statum Nostrum! vel potius persistamus in hoc solummodo quod gloriemur vivere in Reli-
gione! Inquirendum Nobis, sepe, sepius, inquam est, sed maxime, dum inchoamus aliqui, quo-
ad Mansionem, aliqui quoad Officia, non nulli quoad ipsum tempus, secundum Ordinem
Nostrum, Novi Anni dies, qui sunt hi, quos immediate, ab absoluta Secunda Congregatione
incepimus, et incipimus. Ut novis diebus, quidam novam instituant Vitam, conformem
vocationi suæ, quidam sequentes Professionem suam, novum illumque ferventiorem, concipi-
ant Spiritum, serviendi Deo, suaque quam exactissime, exequendi munia. Prout adhorta-
tur S. Paulus, 2 ad Rom 12,, Nolite conformari huic seculo, sed reformamini, in novitate
sensus vestri. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui se-
cundum Deum, creatus est;, ad Ephes. 4. Hac renovatio Spiritus, ut succedat, ex qua sequitur
vivere, secundum Religionem, non novas, Regulas, methodumque proscribimus; sed exactam, preceptorum
Regulæ, Legum Ordinis et Provinciæ, Ordinationum executionem, atque quam diligentissimum in
Virtutibus exercitium, injungimus. In horum enim adimpletione, fundatur Religio Nostra, ex eorum
executione, crescit perfectio Religiosi. Illa, si observantur Ordo in Monasterijs, inter
Fratres Charitas, Pax et Concordia, invenitur, Secularibus Exemplum optimum exhi-
betur, Deo gloria redditur. Tales observatores Legum, veniunt in laudem pronuntiatam
a S. Psalmista et Rege dicente;, Beati Immaculati in Via qui ambulant in Lege Domini.
Beati, qui scrutantur Testimonia Ejus, in toto corde exquirunt Eum;, Audite itaque Patres,
ac Fratres in Christo Dilectissimi! Illos a S. Propheta fuisse nuncupatos Beatos, qui Leges
Sanctas custodiebant. Iniquos autem, ab eodem declaratos violatores ac transgressores Legum,
Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs ejus ambulaverunt;, Quare omne studium impendite;
Ut Regula Sancta, Leges, Ordinationes, pieque introductæ consvetudines, ad amussim observentur:
Ut Seniores, in hisce exacte exequendis, Junioribus, optimo preluceant exemplo. Juniores omni-
no abhorreant, et fugiant, quecunque devia, et mala in Senioribus conspiciunt; sedentur
autem deligenter ea, quæ recta, et bona in Illis viderint. Hæc Vobis Patres, ac Fratres in
Christo Dilectissimi! sedulo in memoriam revocamus; imprimis quosdam in aliquibus, pa-
terne admonentes, recommendamus: Ut Superioribus, non solum exactissima, et prompta
prestetur obedientia; sed etiam Iisdem, et omnibus Senioribus, exchibeatur, debita reve-
rentia. Religiosi qui in his deficiunt, omnem Legem, violant, et frangunt; Fratres ac Seculares maxi-
me scandalizant. Hinc prescriptum, quod negligitur, serio inculcatur, ut observetur, ne impe-
Ut Juvenes Religiosi genuflexi cum suis loquantur Superioribus. Ut Officijs Divinis, alijs-
que communibus Devotionibus, omnes adsint. Certum enim est vi Legum, ac Decretorum
Summorum Pontificum, neminem à predictis, legitime excusari, nisi vere impeditus sit
imposito sibi labore, et Officio a Superioribus, non autem a propria voluntate, exco-
gitata occupatione. Pietas exercitiumque Virtutum non minuit authoritatem, neque depri-
mit, vilemque reddit, tanquam hanc convenient, duntaxat, Junioribus, ac vilioribus. In quo
provectior ætas, propinquiorque strictissime reddendæ rationis, Coram severissimo, ac Tre-
mendo Divino Tribunali, quo major talentorum copia, altior dignitatis gradus, eo stri-
ctior obligatio exhibendæ erga Deum gratitudinis; eidem ferventius famulandi. Et non so-
lum doctrinā, et verbō, sed etiam optimō exemplō prelucendi alijs: prefata

Ex munere officij nostri recommendanda Vobis duximus. ═ Quæ autem immediate peracta Con-
gregatione a Venerabili Definitorio, ordinata sunt, nunc seorsive exponuntur
1mo Pro observantia præcepti Regulæ, de non recipienda Pecunia. Innovatur dudum jam facta Ordinatione
ne Fratres tam Superiores quam subditi, audeant recipere, Monetam papyraceam, vulgo Bancocet-
tel dictam, cum hæc sunt vera pecunia
2do Religiosi, alio quam fuerint missi diverentes, aut tempus reversionis, sibi a Superiore præ-
fixum absque legitima causa excedentes. Apostasiam incurrunt, ac proinde juxta Leges No-
stras, ut apostatæ puniendi
3tio Ubi, ob paucitatem Fratrum dicitur Matutinum, horâ quartâ mane. Ordinatur: ut hiberno
tempore, finita Meditatione, juxta præscriptum Legum, si supersit aliquod tempus fiat pau-
ad horam sextam. Hora sexta, pulsetur Campanula Refectorij pro Recollectione Matuti-
na. In æstivo autem tempore, terminato Matutino pariter si adsit tempus pausetur, et
horâ quintâ, datô solitô signô, dicantur Litaniæ et instituatur Meditatio
4to In prædictis Conventibus disciplina solita, in hyeme fiat immediate post Matutinum; in æstate pri-
post Recollectionem
5to Recommedatur serio Patribus Curatoribus Bibliothecarum /: quorum nonnulli, debitam curam
neglexisse sunt reperti: / ut illam diligenter adhibeat. Ne alias, correptioni, et pœnæ, obnoxij fiant
6to [illegible] vero compertum est, multos Libros, ex nostris Bibliothecis, perijsse. Proinde alienantes
aliquem Librum, ex Bibliotheca nostra, sciant se incurrere ipso facto excommunicationem à
Sixto V et Clemente VIII latam atque ad restitutionem teneri. Hinc Libri ex Bibliothecis No-
non concedantur facile extra Conventum. Illi autem quibus hoc denegari non possit, dent rever-
sale in scripto: quot! et quales acceperint Libros! et quo tempore eosdem, sint reddi-
turi! Ejusmodi reversale servetur, penes Regestrum Bibliothecæ. Pariter et, Fratres
Conventûs, debent dare consignationem. Patri curatori Bibliothecæ, de acceptis ex ea Libris,
prout Leges nostræ præscribunt
7mo Ordinatur ut Cultus Campanulæ Refectorij, æstivo tempore pro silentio, horâ prima, a Me-
ridie, non negligatur ipsumque silentium servetur
8vo Revocantur in memoriam, Statuta Nostra, de servando silentio, in Refectorio etiam ad Men-
sam, et ne ibidem allocutiones et murmurationes fiant. Serio admonentur etiam Antiquiores,
qui in obedientia Legum, ceteris bonô exemplô prælucere, scandalumque ceterorum evitare debent
9no Cum vi præcepti Regulæ, nudis pedibus incedere Fratres nostri, debeant, nisi adsit vera ne-
cessitas, et licentia Superioris. Hic, ad incedendum, coopertis pedibus, præsertim Ju-
niores sani maxime in Conventu, non tam facile dispensentur
10mo Prohibetur, ne Fratres Infirmi, in Cellis, aut Foraneriis, decumbant, sed in Infirmario
collocentur, prout Statuta præscribunt
11mo Renovantur jam sæpius factæ ordinationes: Ut Patres Vicarij, Seculares in nostris Conventi-
bus servientes in doctrina Christiana, instruant diligenter diebus Dominicis, præser-
tim in Quadragesima, cum plerique necessaria ad salutem, ignorare sint reperti.
Patribus autem Vicarijs absentibus, aut legitime impeditis, destinetur a Superiore
alius Sacerdos, idoneus ad instruendum. Fratribus itidem Portulanis, serio inculcatur
ut iidem Seculares, ad obsequia Conventûs suscepti, quotidie primam Missam audiant, diebus
Dominicis, Concioni Devote adsint, et post Meridiem, cum Patre Prædicatore, Viam
Crucis obeant, ac saltem in principalioribus Festis, confiteantur, et Sacram Sinaxim su-
mant. Patres autem Locorum Superiores, his adimplendis invigilentur, ne pro neglectu, debitæ
Spiritualis sollicitudinis, Deo strictissimam rationem reddant
12mo Patres Sacristiani, per semetipsos /: prout ipsorum, est officium: / Ecclesiam aperiant et
claudent. Quibus impeditis Superior, id præstandum, alio Religioso committat, nunquam ta-
men Clericis Junioribus multo magis Secularibus
13tio Quando Lectio explicationis Regulæ, non potest terminari, diebus jejunij, legatur finitô etiam je-
junio, Ferijs secundis, quartis, et sextis, quousque terminetur. Ut omnino quolibet Anno, tota
14to Resolutio casuum, Latinorum, et Polonicalium, non negligatur, sed præscriptis diebus /: per legatur fiat
15to Ab obligatione sistendi se resolutioni casuum Conscientiæ; non eximuntur nisi Patres Definito-
res actuales, et habituales. Patres Lectores Sacræ Theologiæ, actuales, et sexennales; ac Superiores
locales. Quibus tamen recommendatur /: si non sint legitime impediti: / ut tempore resolutio-
nis casuum, sint præsentes, in Refectorio
16to Quando adest defectus Sacerdotum, et Clericorum; Fratres etiam Laici, diebus Dominicis, et
Festivis Missam in Choro decantent. Ut usus parvi Organi, juxta Leges, pro nostra Reformati-
tancitas quantum possibile evitetur
17mo In festis Ordinis Nostri, quæ solebant celebrari cum Solemnitate, ad Populum. Ut Sacrorum Stigmatum
S. Petri de Alcantara, omnium Sanctorum Ordinis. Solita devotio, quo ad expositionem SS. Sacra-
menti. Missam Solemnem, Vesperas, ac Conciones, non negligatur, sed promoveatur. Adeoque
Patres Prædicatores, populum, præcedentibus diebus Dominicis animando invitent.
18vo Quoniam Fratres Juniores, emissis simplicibus votis, quousque solemniter, non fuerint profes-

Manent in perfecta libertate, vel solemniter profitendi, vel etiam exeundi, ad Seculum. Ac perconsequens, etiam in libertate Religionis, manet ejusmodi Juvenes, admittendi ad Solemnem professionem, vel etiam eosdem, justis de causis, repellendi. Hinc ad tuendam omnimodam libertatem, ex parte Religionis, ordinatur: Ut simpliciter professi, etiam per aliquot annos in Religione perseverantes, ante admittendam Solemnem professionem, exponantur Votis Communitatis; non patentis et oraculis, sed secretis, per calculos albos, et nigros: prout solet fieri, in Novitiatu. Porro, ante ejusmodi Votationem Patres Guardiani, gravissimo sermone exhortabuntur Fratres, suffragia seu Vota daturos: ut amoto omni privato affectu, justa dictamen, recte Conscientiæ, dent Votum; prout ipsis Deus inspiraverit. Cum certe, tam pro repulsione digni, quam admissione indigni; strictissimam Deo rationem, reddere tenebuntur. Qui itaque, majorem partem Votorum non assecutus fuerit, dimittendus est, ex Ordine. Hæc que Ordinatio, in seorsiva charta descripta, conservetur penes Ordinationem in Congregatione, Anno præterito factam, quo ad juramentum fidelitatis Provinciæ a Neo professi præstandum.

In Professionis, Fratres Clerici, et Laici, pertinentes ad circulum Confiteantur Patri Professori Theologiæ Mysticæ; quo, absente, vel impedito, petant alium Confessarium a Superiore et non pro suo arbitrio, eligant sibi, alij vero in singulis Conventibus, Coram Patre Spirituali, in tabula assignato, Confessiones peragant. vel coram alio, sed cum licentia Superioris. ═══ Satagite igitur, Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, ut per bona opera, certam Vestram Vocationem, et Electionem, faciendo reportetis centuplum, Vitæ Vestræ Religiosæ, fructum: tum in accumulandis, quam copiosissimis meritis, tum in consequenda mercede æterna, et præmio superabundanti. Superiores Locales, hæc quæ nunc recommendantur, et ordinantur; suis respective Communitatibus, intiment et clare explicent. Prothocollis ingrossari faciant, et ad viciniorem Conventum remittant. Valete Patres, ac Fratres in Christo Dilectissimi! Ecclesiæ, Regni, Provinciæ, nostri, ac Benefactorum nostrorum, suis in orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi, ad ædes S. Casimiri, Patroni Regni Poloniæ. Die 28 Mensis Augusti Anno Domini 1814.

Fr Prosper Ref: Mnr Prolis mpp

Fr Prosper Burzynski, Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum S.S.mæ V.is Mariæ Angelorum Minister Provincialis, et Humilis, in Domino, Servus.

Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis, Venerandisque Patribus, ac Dilectissimis in Christo Fratribus, Salutem, et copiosam a Domino Benedictionem

Si quid est humanis in rebus arduum, illud sane viribus naturæ (: in Supremæ Divinæ Voluntati, conformentur:) insuperabile censetur; dum tristi animo, inevitabiliter considerare obvenit, Viros publicis, privatisque humanæ Societatis, bonis intentos; Nobis autem plurimum addictos, ac beneficos, tandem e medio viventium, morte sublatos. Quis namque, sine gemitu, quis absque sensus amaritudine, de tam lugubri fato, nuntium agere, vel excipere potest. Cum Morum Mors, animis tum gratitudine, tum amicitia intime devictis, tanto amarulentior, sit necesse, quanto vita dulcior, ac in conversatione suavior, fuerat placidissimis argumentis, Comprobata. Loquimur nihilominus. PP: ac FF. Dilectissimi, Nostræ qua sumus repleti tristitiæ, Vosquoque participes efficere, dum ad Vestram notitiam, dedicimus; Pronobilem Magnificum Dominum, Adalbertum Manczenski, Civem, et Mercatorem Cracoviensem, Virum, ob virtutum, insigniumque, etiam pro bono publico futurorum merita, præstantissimum, omnibus charum atque jucundum. Ergo Nostrum Ordinem, ab antiquis, imo fas est dicere ab incunabulis, pientissime addictum. Jam vero viginti prope ab annis. Syndici Apostolici, totius Provinciæ, accuratissimo simul ac Munificentissimo studio, et quod maximum est affectu, plene Paterno, vices gerentem, Die 19 Mensis Augusti Anni currentis 1814. Consorti, Proli, Familiæ Civibus, Amicis, ac etiam Nobis dolentibus, ultimum vale dixisse. Vir ille, plenus diebus, plenior virtutibus, ac mentis, ætate provectus. Septuagesimum namque tertium attingerat Annum, sed utinam millenos attigisset! in senectute bona, quia post optime peractum, integrum vitæ decursum, optime tandem consumatus, dies mortales finivit, immortales perenniter Beatos, numerare aggressus, omnibus suæ Religiosæ Familiaris, ac Civis virtutis, suavens, de suo tamen abscessu, amaram reliquit memoriam. Nefas foret silentio pertransire, quanto hujus Viri, ad oras æternitatis transitus plurimos inenarrabili affecit dolore: Consors Consortem, vere dilectissimum, Filij Filiæque cum

Cum Nepotibus, optimum Parentem, Familia sat numerosa, decus suum, et ornamentum; Cives suum praeditum honore veterarium, post multa laboriose, utiliterque expleta officia. Consulem. Judicem, Praesidem, Verboqui ipsum noverat, quosque ipso amore blando, consilio sano, amicitia stabili, labore indefesso, munificentia ampla, opere efficaci, nec non morum pulchritudine, fovit, juvit, sustulit, instruxit, sibique devicit, amissum dolent, deplorant, ingemiscunt. Numquid, et Nobis ingemiscendi non adest ratio! dum unum, tantumque amittendo Virum, in Spiritualibus Patrem, in temporalibus Benefactorem, in conversatione Amicum, in Domo sua exceptorem, Status nostri Estimatorem, Famae defensorem amisimus. Ast temperandum a gemitis, quibus Sancta Religio, altiora perspiciendae suggerit. Pie defuncti Adalberti, vitae exemplaritas Divinis omnino accomodata Praeceptis, Nos laetificat, Cui idcirco Divina providentia, in cunctis prosperari decrevit, ita quod Ejus Domum, Familiam, Filios, Nepotes, Amicos, addictos gratos qui perspexerit, fateri ac ceteris in exemplum adducere poterit, "Illud Dividicum;; Eccl: 31: Benedicetur homo, qui timet Dominum;; Psal. 127. Vitae inquam, pie defuncti Adalberti exemplaritas, inter prospera Mundi, a Celestibus non devians, indicium est, quod sic transiverit, ita: quod Ejus: per bona temporalia quod non amiserit aeterna: Dilectus equidem Deo, et Hominibus, mortemque beatam oppetit. Non ergo decet, ut de transitu hujus Viri, contristemur, ad instar illorum, qui spem non habent, futurae Resurrectionis, ac aeternae remunerationis. Gratos hos potius, exhibeamus Benefactori Nostro, modo quem Nobis Spiritus Dominus suppeditat, Eccl. 35. v. 4.;; Retribuit gratiam qui offert Sacrificium;; Ita sane: precibus devotis, pijs suspirijs, incruentis Missae Sacrificijs, ostendemur Nostram perennem gratitudinem, Animae piae Memoriae, Adalberti Mązeński, exorando Divinam Clementiam, ut si quid Ei, de humana fragilitate superest detergendum, priusquam plene emundatus, inter Sanctos Coelites, designatum sibi possideat locum. Nostris Suffragijs adjectus, quantocicius per merita Jesu Christi Redemptoris Nostri, indulgentiam ac plenam Beatitudinem consequatur. Proinde injungimus: quod Vobis, Patres, ac Fratres, Dilectissimi, adimplere, a Deo charum erit, ut in unoquoque Conventu Provinciae nostrae, pro Anima praelaudati pie defuncti Adalberti Suffragia unius diei persolvantur. Videlicet quilibet Sacerdos unam Missam celebrabit quilibet Clericus, unum Officium Defunctorum, recitabit; quilibet Laicus, Centum Pater et Ave, totidemque Requiem aeternam, cum Credo orabit. Paries haec in Choro officium Defunctorum, et una decantetur Missa. Praesentes Literas Nostras. Patres Locorum Superiores, suis respective Communitatibus recommendatas. Prothocollis ingrossatas, ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriae, a foris notatum, in dilate remittant. Valete, Patres, ac Fratres, Dilectissimi, Nostri, ac Benefactorum Nostrorum, in suis Orationibus memores. Datum, in Conventu Nostro Vielicensi, ad Edes, S. P. N. Francisci Stigmatizati, Die 29 Mensis Augusti Anno Domini 1814

Fr Prosper Ref: Mnr Prolis mpp

Fr. Prosper Burzyński Ordinis Minor. S. P. N. Francisci Reformator. Provinciae Sanctissimae Virginis Mariae Angelor. in Minori Polonia Minister Provincialis et humilis in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multumque Venerandis Venerandisque Patribus, ac dilectissimis in Xsto Fratribus: Salutem et copiosam à Domino Benedictionem —

Pro Vestra, Patres et Fratres Dilectissimi Spirituali Consolatione; aequum judicavimus id vobis notificatum efficere; unde et Ipsi plurimum in Domino Consolati sumus. En! post illas adversas, multumque acerbas, rerum vicissitudines; quae et Supremos Ordinis Nostri Moderatores hac illacque ~~acerbas, rerum vicissitudines~~ misere propulsare, et nos veluti Filios Orphanos, Patre Orbatos, saepius ingemiscere coegerunt. — Tandem serena faustaque illuxere tempora, dum Patris Nostri Amantissimi Reverendissimi videlicet totius Ordinis Seraphici Ministri Generalis Superioris Honorandissimi Nuper a Sanctissimo Domino nostro Pio VII Pontifice Optimo Maximo destinati; plenas Paterni affectus excepimus Literas. Quarum tenori cor animumque demulcenti, cum filiali reverentia attentum, praebete auditum —

Fr: Gaudentius a Coriano Lector Jubilatus, Ex Procurator Generalis Ordinis Episcopor. coram summo Pontifice Examinator. Supremæ et universalis Inquisitionis, Consultor totius Ordinis S. P. N. Francisci, Minister Generalis, et humilis in Domino Servus. —

Dilectis nobis plurimum in Xsto Patrib, et Fratrib singulis, Superiorib, ac Subditis, Provinciæ nostræ Minor. Reformator. Poloniæ Minoris Salutem et Plenam in Spiritu Sancto Consolationem —

Quod erat antiquitus, in more positum: ut facta novi Ministri Generalis Nostri Ordinis Electio, protinus per Ejus Encyclicas Literas, universis Provinciarum Fratrib promulgaret, et manifestaret; Et maxime de electione nostra fervida hactenus concupivimus; tumquia, illius notitiam fratrum nostror. per Orbem dispersor. tranquilitati summopere necessariam esse, multiplici jam facto probavimus. tumquia eadem illa, extraordinaria prorsus ratione facta est et nobismet ipsis etiam penitus innopinata. Cum etenim, Dei mirabilis Providentia, fracta infernor. potentia, Summum Pontificem Nostrum, Pium Papam Septimum, ad hanc sanctam Apostolicam Sedem, incolumen, plane gloriosum reduxerit. — Cumq idem prora, qua in Ordinem Nostrum fertur, Paterna benevolentia, ad eundem vindicandum, et erigendum, à dira illa impior. oppressione; in qua velut ad nihilum redactus, misserime per plures Annos jacuerat. beneficas suas admovere Manus dareverit: simul nos sua inprimis Apostolica [illegible]tione munitos, ad universale Illius Regimen voluit; deinde vero per sacram Congregationem Episcoporum et Regularium negotiis prapositam ex templo Ministrum Generalem Reverendissimo Patri Hilario de Monte Magno suffectos, nuncupari declararique jussit, quousq generale Capitulum habeatur —

Atq hanc prout à limine ajebamus, adeò benignam in Nos, licet plurimum immerentes, tanti Pontificis dispositionem nostram ad Generale Ministerium Electionem, et Nostri Ordinis in Urbe restitutionem, nec Vobis, nec aliis, per Orbem Fratrib nuntiare hactenus quivimus, eo quod in primis Italiæ Nostræ tam plures Provinciæ Nundum ab opressione iniquor. et Prædonum exterminio relevatæ, nec ad vitam pristinam revocatæ fuerint. quamquam pusillæ quædam Religiosorum Familiæ jam per loca revivisere cæperint. — Neq etenim latere Vos censeo: quod Nostri Ordinis in Italia Vineam, funditus exterminavit, Aperde Silva, et singularis ferus depastus eam — At quoniam vigilantissimi harum Vestrar. Inclytar. Provinciar. Majoris atq Minoris Poloniæ Ministri Provinciales, utiq quovis nostro præconio digni, planeq merentes Literis suis Nobis gratissimis sedulo admodum excitaverent Nos, ac tacita quadam suavitate solicitaverent: Ut jam saltem ad Vos mentem nostram, sermonem, ac voces primas converteremus — Ad Vos ideo Patres ac Fratres, in Polonia, præ ceteris dilectos, facto lubentes convertimus animum Scilicet. Ut Vos primum excitemus ad debitas, et multas Deo gratias, pro Nobis, simul et pro Vobis rependendas. — Hoc ē tum pro magna illa sua in Nos diffusa miseratione qua nos velut è Cinerib Mortis excitare, et ad Vitam revocare dignatus fuerit; atq in Domo Patris Nostri rursus inhabitare fuerit. — Tum pro illa erga Vos predilectione, mira profecto, ac propemodum singulari, qua Vos à turbine furenti, à frementi procella, a tempestate illa sevissima, q nos universos submersit, ereptos et preservatos voluit, q licet ad Vos usq pervenerit, idem minitans excidium — Tibhinc attamen consilium Excelsi dei Potentis Dextera, confregit omnes tumentes fluctus ejus, quasi dicens; usq huc venies, et non proceder Amplius, Atq id sane cum pluries, in Nostri Cordis, intimo recogitaveremus, toties intra Nos quærimus, quomodonam, aut quonam Vestror. merito, singulare adeo privilegium, atq inestimabile donum promerere pro Nobis cunctis apud Deum potueritis! Equidem Fratres Dilectissimi, et Vos homines reputamus labiles, Mortales, lutea Vasa portantes, Et si quis ex Vobis dixerit peccatum n̄ habere, mendax esset, et veritas in eo n̄ esset. Verumtamen Unum Vestrum decus et insigne Splendidissimum nobis visum est. ur quod nos donec vivamus in magno vos semper honore habebimus, et benevolentia præcipua prosequemur — Quodq ad perennem Vestri laudem quin palam dicamus, cohibere nosipsos nullomodo possumus. Novimus vid. Vos ex intimo Mentis Animiq principio Fideles Legib et Capiti Ordinis Supremo — Novimus simul, ex selectiorib Testib Nobis de Vobis, gloriose testantib, qua incredibili Solicitudine, Studio, conanime toto præterita tribulationis, seu persecutionis tempore Vos egisti, et per Inclitos Vestros numquam sine laude nominandos Ministros Provinciales, curravistis, Cum Reverendissimo Patre Ministro Generali, aut cum aliquo Nomine illius Delegato Communicationem habere ad hoc nimirum ut vestra omnia, juxta legem agerent et fierent. et sine lege nihil, nihilq sine legis potestate et facultate q à supremo fonte, a Capite in Vos, descenderet et Acta cuncta Vestra in tuto consisterent — Hæc itaq Vestra agendi Methodus fidelitate plenissima, et pro præfato eo iniquo tempore prorsus singularis quantum quidem Nos arbitramur, ea fuit: quæ Vobis aq Beatissimo Nostro Seraphico Patre, specialem quandam Benedictionem promeruit. — Quæ stare fecit portas Vestras, et seras et confirmavit Domos Vestras, ne à malo Vastatore et exterminatore Angelo læderent. Ergo nos Vobis cum plurimum congaudentes, ac de vestra Mirabili immunitate et incolumitate lætantes Ministro Vestro Provinciali ac Venerabili Definitorio libentissime potestatem facimus, celebrandi intra hujus Anni Cursum sive Capitulum, sive Congregationem, primam, secundam intermediam cum facultate Venerabili eidem cumulative Definitorio disponendi super quovis Nostri Ordinis Statuto sive pro Electionib seu pro aliis Definitorialib actib definiendis, et Confirmandis —

Esse igitur Patres Lectissimi et Dilectissimi Fratres; hoc unum nobis superest, qd hic præterire prorsus
n decet, enixe Vobis comendare; ut Sic: quemadmodum à Deo qui Vos a Mundi Malignitate defendit
et de Manu Bestiæ mirabiliter liberavit, potioribus adeo donis cumulati, præ Nobis Omnibus fuistis, —
Ita et in Religiosa Disciplina Custodienda, adhuc fideliores et in Regulari Observantia retinenda ala-
ores, et ferventiores, Vos ostendere, æmulemini et contendatis — De cætero: Sic state in domino,
carissimi, plurimumque in Domino valete universi, ac Nostri in Vestris apud Deum precibus, bene
memores estote, Nam peramanter Nos Vobis Omnibus et Singulis Seraphicam impertimur
Benedictionem — Romæ extra Cæli Die 25 Januarij 1815. — Fr: Gaudentius à Coria
Minister Generalis manu propria — Locus Sigilli = De Mandato Reverendissimæ
Paternitatis Suæ. Fr: Andreas à Segriniaro, Secretarius Generalis Ordinis. mpp

Agite igitur præprimis Deo Optimo, Maximo, incessantes, gratias qui Nos consolari dignatus est,
in longa tribulatione Nostra, restituendo Nobis, totique Ordini Patrem Amantissimum, Moderatoremque
Supremum — Satagite tandem ne quando Optimi Patris, de nostra Provincia, bonam Opinionem
defraudetis — Simus itaque, Patres ac Fratres dilectissimi, in omni Conversatione Nostra, bonus Christi
odor, Ambulemus Vocatione Sancta, qua vocati sumus: ut in omnibus Deo placeamus Corde perfecto —
Saeculoque sinus ædificatione. — Hoc utique intento Reverendissimus Pater Minister Generalis super
Nostram Provinciam invocavit Seraphicam S. P. N. Francisci Benedictionem, Ipsum nosque
Patres ac Fratres Dilectissimi, a Vobis exoptamus — Præsentes Literas publice Lectas, Communi-
tibus recomendatas Protocollis ingrossatas, Superiores Locales, ad Viciniorem Conventum transmittere
curent — Valete Patres et Fratres Dilectissimi pro incolumitate Summi Pontificis,
felici Statu Stæ Romanæ Ecclesiæ, concordia Principum, Sanctæ Religionis, in
cremento, Reverendissimi Patris Ministri Generalis, prosperitate ac etiam pro Nobis,
Benefactoribusque Deum exorate — Datum in Conventu Nostro Cracoviensi, ad Ædes
S. Casimiri Confessoris Patroni Regni Poloniæ — Die 10 Mensis Aprilis Anno 1815

Fr. Prosper Ref. Min. Provlis. mpp

Fr Desiderius Pilein Ordinis Minorum, S. P. N. Francisci Reformatorum.
Provinciæ SSmæ Vnis Mariæ Angelorum, in Minori Polonia, ex Definitor. Custodiæ
olim Silesiaticæ Ex Custos Regiminis. Nunc vero, in Eandem Almam Provinciam
Commissarius, Visitator Generalis et humilis, in Domino, Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque
Patribus, ac in Jesu Christi Visceribus, Dilectissimis Fratribus,
Salutem, et copiosissimam à Dno Benedictionem

Considerando in Spiritu, Divus Psaltes, Rectores, et Propagatores, S. Eccle-
siæ Catholicæ hisce Eam Psal. 44. v. 18. allocutus est verbis: Pro Patribus tuis, nati
sunt tibi Filij, constitues Eos Principes, super omnem terram. Considerando e[t]
Ego, modernum Statum, Almæ Provinciæ, Matris Meæ, et Sortem quæ cecidit, s[u]-
per Me, ex parte altera. Cogor Eam, iisdem, quamvis alio ex motivo, alloqui Ver-
bis: Pro Patribus, nati sunt tibi Filij. Ex alio tamen dixi motivo: Nam Psalmista
S. S. ut exponit Versum hunc Cornelius Jansenius, Episcopus Gandavensis. protulit
prædicta verba, in laudem Ecclesiæ Christi, quæ Ecclesiæ antiquæ seu Synagogæ Judæ-
orum, successura erat quasi diceret. Accedit ad hunc tuum Splendorem, O! Felix Mater
Ecclesia, etiam liberorum felicitas, in locum enim Patrum tuorum, Patriarcharum
scilicet et Prophetarum, nascentur tibi Filij, Patribus longe præstantiores, A[po]-
stoli nempe, Apostolicique Viri, hos constitues Principes Populorum
super universam terram. At, Ego iisdem alloquor verbis, Almam Provin-
ciam pro quadam, in Ejusdem necessitatibus consolatione, quasi vellem

dicere: Noli mœrere o! Dilectissima Mater Mea Provincia, noli contristari, quod
nunc in criticis temporibus, non valeas facile, prout ante consueveras, habere Patres
ex alienis Provinciis, Visitatores Generales; quoniam pro his Patribus, nati sunt tibi Filij,
quos in locum prælaudatorum, poteris substituere. Quod autem hoc, sic se reipsa habe-
at, nemo Vestrum Patres, ac Fratres, in Christo Dilectissimi, in dubium revocabit,
cum ipsa experientia teste, per notabile spatium Annorum, aliquot, Ejusdem Almæ
Matris Provinciæ Filij, id evidenter comprobaverint: Qui, et cum suo honore, ac merito,
et cum emolumento Provinciæ, vices antiquorum Patrum Generalium Commissariorum
adimpleverunt. Sed, quod hoc, tam grande, et formidabile onus, etiam Meæ exiguitati
impositum sit, hoc solum est: quod Me, et in formidinem, et in admirationem adducit.
Certe: à Domino istud, et est mirabile, in Oculis Nostris;, Psal 117: Quis enim non mi-
raretur, si videret tenello Puero, ad portandum imponi sarcinam, quam Vir etiam
viribus robustus, vix sustinere valet, et tamen, ita factum est. Sic placuit Altissi-
mo! Cujus judicia sunt inscrutabilia, Quique sæpius infirma Mundi eligit, ut confun-
dat fortia. Sic in quam factum est: ut ad tam grave onus portandum, eligeretur debilis,
et imbecillis Persona, qualem Me et re, et Nomine, sincere agnosco, et candi[...] coram
Omnibus esse, fateor. Ergone exclamabo, cum S. Jeremia Propheta: A, a, a, Domine De-
us, ecce nescio loqui; quia Puer Ego sum;, Jeremiæ 1. c. At inanis, et frustranea esset
et hæc exclamatio: certe namque ut adverto, responderetur mihi; quod Eidem Prophetæ
responsum fuit desuper: Noli dicere Puer sum quoniam ad omnia, quæ mittam
te ibis, et universa, quæ mandavero tibi, loqueris;, Ita est Dilectissimi, in Visce-
ribus Jesu Christi Fratres! Missus sum ad Vos, et non intrusus, non requirens,
sed requisitus, non affectans, sed cum timore, et tremore acceptans. Et quidem mis-
sus sum à Legitimo Superiore, habente Potestatem mittendi, videlicet: à Reverendis-
simo Patre, Gaudentio à Coriano Ministro Generali Superiore Honorandissimo.
De data Romæ in Ara Cœli, Die 30 Januarii, Anni moderni. 1815. Quod vero Me,
in hac re ardua, erigit, et consolatur; missus sum, non ad Gentes barbaras, et ignotæ Lin-
guæ, sed ad Charissimos Confratres Meos, ad quos videndos, et in osculo Sancto amplectendos, vel
ipsa innata, Religioso pectori, exardescit aviditas. Jam itaque sic obedientia Sancta ad-
stricti, ibimus ad visitandam Matrem Nostram, Almam videlicet Provinciam, in eaque
visitabimus, prout Fratres Frater Nostros. Sed, non tantum, ut Frater, sed etiam, ut Pater,
cum ut justis, cujusque desideriis, in quantum erit possibile, Paterno affectu, satisfaciamus;
tum, ut defectus, si qui irrepserunt, Paterne corrigamus, absit autem, ut et Judicem Nosmet
exhibere cogamur, quod certe, non speramus. Intimamus proinde, præsentibus Literis
Nostris, mox inchoandam, Canonicam Visitationem Generalem, in qua, ut Patres et Fratres
in suis respective Conventibus, præsentes inveniamus: irritamus omnes, quicunque ab infe-
rioribus Superioribus, concessas licentias, longiori tempore extra Conventum remanen-
di. Quod aliunde, ut supponimus à Loci Superioribus præcavebitur: ut pote, qui providentes
Adventum Nostrum, omnia sub Communitatis Individua, curabunt simul in unum esse con-
gregata, ut sic unumquemque Fratrum Nostrorum videre, intimoque affectu Frater-
no amplecti, valeamus. Non dubitamus quoque, Nos omnia quæ ad Visitationem Canoni-
cam pertinent, præparata reperturos, quoniam et in his Iidem Superiores Locales, ne
quis defectus subrepat, studiose invigilabunt; et ideo quæ nobis de jure remonstranda
sunt, singillatim non enumeramus: Loquimur enim Sapientibus, et Legum peritis Viris.
Speramus in super: quod omnes depositiones, in consuetis scrutiniis ex certa scientia,
ex amore Fraterno, pro salutari correctione, ad Majorem Dei Gloriam, et tuendam San-
ctam Observantiam procedent. Notum enim omnibus, esse debet: quod ea, quæ incerta
sunt, et nequeunt evidenter probari; sicut et illa, quæ eorum Antecessore Nostro, Commis-
sario Generali, vel Ordinario Provinciæ Superiore, inique celata fuerunt, immo et illa,
quæ licet vera, et certa sunt, sed ex odio, et cupiditate vindictæ dicerentur: quod in quam talia
et tali modo deponere, prorsus illicitum sit, et qui contra faceret, certe se reum culpæ, et pœ-
næ redderet. Tandem rogamus, et obsecramus Vos Patres, ac Fratres Dilectissimos: ut
saltim brevia, sed fervida suspiria Vestra, transmittatis, ad Patrem Luminum; a quo o-
mne donum perfectum descendit: ut Nostras exiguas vires, efficacibus gratiæ suæ, corro-
borare dignetur; quatenus, ad partes hujus Muneris, Nobis impositi adimplendas, pro
Ejusdem Majori gloria, ac Vestro Spirituali commodo, apti esse valeamus;; Has vero Li-
teras Nostras, in publica Mensa perlectas, et explanatas: Prothocolloque insertas
Superiores Locales, ad sequentem, juxta Ordinem Cursoriæ (:a foris positum:) Conven-
tum, per Fidelem Latorem, sine mora remittant. Valete Patres, ac Fratres, in
Christi Visceribus Dilectissimi! Nostri, ac Benefactorum Nostrorum, Necessitatu[m]
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nec non Provinciæ, in Orationibus Vestris, Memores.
Datum, in Conventu Nostro Cracoviensi, ad Ædes, Sancti Casimiri Confessoris, Patroni Sin-
gularis Regni: Die Decima Octava, Mensis Aprilis. Anno Domini, Millesimo Octingentesimo Decimo Quinto.
Fr Desiderius Ref Commissarius Visitator Generalis

Fr. Desiderius Klein Ordinis Minorum, Sancti Patris
Nostri Francisci Reformatorum. Provincia, Sanctissimæ Vir-
ginis Mariæ Angelorum in Minori Polonia, Ex Definitor Cu-
stodiæ olim Silesiticæ; Ex Custos Regiminis. Nunc vero
in hanc Almam Provinciam Commissarius, Visitator Gene-
ralis, Capituli Præses et humilis in Domino servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Veneran-
disque Patribus Ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus, Salu-
tem, et Copiosam a Domino Benedictionem

Prima Vox Nostra, ad Vos Patres, ac Fratres, in Visceribus Jesu Christi Dilectis-
simi, dum Vobis Canonicam Visitationem Generalem, per Nostram Imbecillitatem, pera-
gendam intimavissemus. Sumpsit exordium, ex Sacro Textu Divi Psalmistæ dicentis:
Pro Patribus, Nati sunt tibi Filij; Constitues Eos Principes, super omnem terram.
Declaravimus ibi Mentem Nostram in quali scilicet sensu et quomodo, hoc oraculum
Divinum, respectu elevationis Nostræ, ad hoc tam formidabile Officium, Applicave-
verimus. Nunc secundo Vos alloquendo, Textum eundem, præmittere non in Congrue
judicavimus. Postquam enim impositæ Nobis obligationi, in visitanda Alma hac
Provincia Majori ex parte utcunque satisfecimus; postquam Fratres Nostros in
Christo Dilectissimos, in pluribus Conventibus Deo famulantes, seraphico affectu
salutavimus, et ex Eorum plurimorum optimis Moribus, Vitaque exemplari Con-
solati sumus. Ecce appropinquat tempus, in quo Supremus hujus Provinciæ
Pater et Superior Ordinarius, suum Officium resignaturus, expectabit a Nobis
eligendum, Confirmandumque Successorem suum. Pro hoc igitur dignissimo Pa-
tre Necesse omnino est: ut Nascatur, seu Assumatur, ~~Ejusdem Provinciæ Filius~~,
et ~~quidem talis Filius Provinciæ~~ Ejusdem Provinciæ Filius, et quidem talis Filius,
qui non sit dissimilis, quo ad optimi Patris, ac Vigilantissimi Pastoris qualitates,
suis Patribus Antecessoribus. Ast non hoc tantum incumbit Nobis Negotium, exe-
quendum pro Gloria Dei, Manutenda Observantia, Utilitate Religionis, Ejusdem-
que decore, et Ornamento exequendum, Verum etiam Cuilibet in Singulari Con-
ventui ex Iisdem Filijs Provinciæ de Patre et Rectore; Sicut et de Patribus Officia-
libus, Ac individuis Familiarum providere. Ad hæc vero aliaque plura Negotia,
rite et Canonice ~~hæc~~ perficienda, quanta requiratur prudentia, et Circumspectio?
quanta Æquitas et justitia distributiva, Nemo est, qui saltem Modico intelligentiæ
lumine illustratus ignoret. Opus hoc non est Unius Viri, Ast plurium in Unum
Congregatorum Fratrum; Atque in unum saltem ex Majori parte Consentien-
tium. Frater enim (: dicit Sapiens:) qui Adjuvatur a Fratre, quasi Civitas firma,
et judicia, quasi Vectes Urbium. Prov. C. 18. Ver. 19. Insuper hos Fratres in Unum
Congregatos, oportet esse humiles et Concordes; Non privatum bonum sed publicum
respicientes. Non Inordinatum affectum sequentes sed solum Deum, et Ejus Gloriam
præ Oculis habentes. Nam inter Superbos, (: dicit iterum Sapiens:) Semper jur-
gia sunt. Qui autem agunt omnia, cum Consilio reguntur Sapientia. Prov. C.
13. Ver. 10. ——— Hac ex ratione, aperte colligitur, quam Necessaria sint Comitia
Nostra Religiosa, Provinciale Videlicet Capitulum, quod præsentibus Litteris No-
stris, obtenta ad id licentia a Reverendissimo Patre Gaudentio a Coriano Mini-
stro Generali, Initoque cum his ad quos de jure spectat Consilio. In Conventu Nos-
tro Sendomiriensi. Die 29 Junij, Currentis Anni 1775ti statuimus, indicimus,
ac Notificamus celebrandum. Ad illudque, juxta Constitutiones Nostras, imprimis
A. R. Patrem Prosperum Burzynski Actualem Ministrum Provincialem Ex
Præfectum Missionum Apostolicarum Emeritissimum. A. R. Patrem Lucia-
num Nowoselecki, Provinciæ Patrem, subrogatum Definitorem. A. R. Patrem
Archangelum Gajewski itidem subrogatum Definitorem. ~~Sa. Thea. Lectorem~~
R. Patrem Stephanum de Medem, Custodem et Secretarium Provinciæ
Sa. Thea. Lectorem. R. Patrem Victorem Charzewski Provinciæ Definito-
rem. et R. Patrem Paulinum Sztadzinski Provinciæ Definitorem Sa. Thea.
Lectorem. Pro Die 25ta Junij horis Pomeridianis, humanissime invita-
mus. Tum vero, Reverendos, Multumque Venerandos Patres Guardianos Die 27
Ejusdem Mensis, cum Missis de Mane, Avidissime præstolamur. Omnes
hos prædictos Dignissimos Patres, ad Comitia Nostra Religiosa Invi-
tatos rogamus: ut bini et bini secundum Morem Nostrum Antiquum
exemplariter, et Modo Apostolico, iter suum pedester, (in quantum fieri
poterit) persolvant. Qui vero ad tale iter peragendum propter debilita-
tem, aut alias justas rationes inhabiles sunt: Non erubescant, a Nobis re-
quisitam ad hoc exposcere licentiam: ut tuta Conscientia, Valeant uti
beneficio Regulæ. Nam et Nos Antequam humeros Nostros, huic Oneri Vi-
sitationis Generalis, Subjecimus, non intermisimus petere facultatem
pergendi: haud posse dare perspicientes impotentiam Nostram, ad tam
longum iter et intra tam breve temporis spacium, pedester peragendum.
Alij Autem omnes sine speciali Nostra licentia ad prædictum Conventum
Capitularem, sibi sub pœna apostasiæ Accessum interdictum esse

sciant. Porro Fidem Iidem Superiores Locales adferent secum Schemmata
bene coordinata, de Celebratis, et ad huc Celebrandis Missis juxta decreta Sedis
Apostolicae, de Eleemosyna percepta, expensa et relicta. De quo Aliisque in Scheda
expressis Cathegoriis, de illisque Omnibus, quae quisque in suo respective Con=
ventu, suo futuro Successori, relicturus est. Quae omnia a Patribus Discretis non
caeco Modo, sed prius revisa, perspecta, et reipsa Cognita, cum certa Scientia, et Matura
deliberatione subscribant. His adjungant Testimonia, seu Judicia Patrum et Fratrum
Studiosorum, Tam Theologiae quam Philosophiae; Nec Non Rhetorices, et Gramaticae.
Et quidem Conscientiose: Tum quo ad Scientiam, tum quo ad Mores; ad quas se in Super, et
Patres Discreti, praeter Reverendos, et Multum Venerandos Patres Lectores, subscribere
tenebuntur. Adjungantur etiam iisdem Schedis testimonia de Resolutione Casuum
per Patres Confessarios, atque de peracto examine, ab Ordinario totius Provinciae Su=
periore designato ———. Ne vero Conventus, absentibus suis Patribus Guardianis, sine
Locali Superiore, remaneant. Instituimus in Eorum locum, Patres Vicarios Praesiden=
tes; (: Nisi ex rationabili causa, in aliquo Conventu alius pro Praesidente a Nobis As=
signatus fuerit.) Quos Praesidentes ut veros Adinterim Superiores, Omnes Patres et
Fratres honorare, Eorumque Mandatis obtemperare, se se obligatos esse sciant. Ipsi
vero Patres Praesidentes curent pacifice regere, bono communi Conventus invigilare,
et Nequaquam Eleemosynam relictam aut supervenientem, in usus minus necessarios
expendere, atque sic se gerere: ut cum laude et Merito suo, supervenientibus Novo eligen=
dis, vel Confirmandis, Patribus Guardianis, suae Villicationis, possint rationem reddere.
Ante quorum adventum, Nequibunt ex suo Conventu recedere etiamsi Ipsimet in Guar=
dianos ad alium Conventum, electi forent. Ceteros nihilominus Patres et Fratres, ad Alios
Conventus designatos, prout prudentia dictabit: cum Obedientialibus debite subscrip=
tis, curabunt expedire, ut sic per vicissitudinem horum emigrantium, et illorum ad=
venientium, Religiosorum Communitates sacrae, intra breve tempus, possint red=
integrari ———. Antequam vero, ad praedicta, in futuro Capitulo, Negotia pertra=
ctanda, Accedamus; Necesse omnino est: ut Omnes, et singuli Fratrum Nostrorum, fer=
vidas ad Altissimum fundant preces, pro impetranda Patribus Electoribus, Sedium
Divinarum, Assistricem Sapientiam. Quatenus secundum Beneplacitum Dei in
Electionibus Suis procedant. Sensum Namque Ejus scilicet Judicium Dei Altissimi
(: sicut in Agone fatetur, sapientissimus Regum Salomon.) ~~Sensum Autem tuum~~
~~quis sciet.~~ Nemo scire potest, sine Acquisita desuper sapientia, quam ipsemet
sibi impetrando exclamavit; Sensum Autem tuum quis sciet Nisi tu dederis Sapi=
entiam, et miseris Spiritum Sanctum tuum de Altissimis; Sapi. 9 C. V. 17 ——
Et quamvis, non Nova aliqua, sed ipsamet in Statutis praescripta injungimus
Suffragia Consueta, Volumus tamen: ut haec quasi tantum, ex Consuetudine
fiant. Sed potius: ut cum devota Mentis ad Deum elevatione persolvant. Et
quidem non tantum in Choro praescriptis temporibus; Sed etiam extra Chorum ab
illis, qui propter Occupationes Officiorum suorum, aut debilitatem, Horas Ca=
nonicas privatim recitant. Ipsa vero Die Capituli, decantetur post Primam
Votiva de Spiritu Sancto, pro Ejusdem Capituli felici successu, in qua omnes
Fratres Clerici et Laici Sacra reficiantur Synaxi; peracta prius, apud quem
conque placuerit, approbatum Confessarium Nostrum Confessione. Siquidem Cuili=
bet ipsorum, datur facultas, pro hac sola Vice absolvendi a Casibus in Ordine No=
stro reservatis. In privatis quoque Missis quilibet Sacerdos, Addat Collectam, de
Spiritu Sancto. ———. Has denique Litteras Nostras, in publica Mensa
perlectas, et Vernacula lingua explanatas Protocolloque insertas. Patres Lo=
corum Superiores, ad Viciniorem Conventum, juxta Ordinem Cursoriae a foris
Adnotatum, per fidelem Latorem sine Mora transmittant. Valete Patres
ac Fratres, in Visceribus Jesu Christi dilectissimi, Necessitatum Sanctae Romanae
Ecclesiae, Benefactorum Nostrorum, ac etiam Nostri in Orationibus Vestris Me=
mores. Datum, in Conventu Nostro Sandomiriensi, ad Aedes Sancti Joseph
Sponsi Beatissimae Virginis Mariae. Die 12 Mensis Maji A. D. 1815 —

Fr. Desiderius Ref. Commissarius Visitator
Generalis mpp

Fr. Stephanus de Medem Ordinis Minorum S. P. N.
Francisci Reformatorum Provinciæ Sancti V.
Mariæ Angelorum in Minori Polonia Provinc: et
humillimus in Domino Servus.

Amandum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus
ac Dilectissimis in Xto Jesu Fratribus, Salutem et copiosissimam Divinarum
Gratiarum affluentiam.

Notum jam vobis est Dilectissimi Patres Charissimi in Xto Fratres sortem Ministerii Provin-
cialatus, in nostram licet adeo exiguam cecidisse personam. Certe nec præcellentibus quibusdam
meritis, aut gubernandi experientia commendati; ast nec ullis nostris prætensionibus
aut quoquo modo procuratis favoribus innixi, sola duntaxat prævordinatione Divina
mediantibus Electorum spontaneis suffragijs; Nos qui vix inter minimos hujus Almæ
Provinciæ Alumnos numerari meruimus, ad altum sublimeq Officium vocati, simul
et gravi solicitudini pro bono communi, munere onusti evasimus. Veriti quidem
sumus ejusmodi Divinæ prævordinationi votisq Electorum resistere. Quis etenim li-
cet, a se investigabilibus Decretis Dei restitit, et pacem habuit, ut inquit Job Cap. 9:
Sed contremuimus simul, dum onus a robustissimis Viris non facile portandum, pro
parvitate virium nostrarum comparando pensavimus. Novimus enimvero, quæ et
quanta Nobis partim supportanda, partim superanda, nunc agenda, nunc tol-
lenda, in tractu Ministerii nostri obventura sunt. Novimus in singulis procedendum
fore: fortiter et patienter, strenue et discrete, zelose et benigne; ut videlicet in-
firmorum deffectus supportentur, et tamen ad præcavenda ulteriora mala, nil
impune relinquatur. Ut cunctorum Fratrum nostræ discretioni concreditorum
satisfiat desiderijs, et tamen a tramite justitiæ, æquitatis, sanctæq Obser-
vantiæ orbita nec minimo passu devietur. Ut blanda quadam discretione non
introducatur laxitas, ac pristinæ Reformationis Corruptio, et tamen opportuna
correptio non fiat offendiculum lapsis, horribilius in proterviam prolabendi.
Et quod vel maxime optamus: Ut corda Fratrum intimo erga Nos devinciantur
amore; et simul monitis, directionisq Nostræ contravenire, religiosos detreat
timore; His veluti quibusdam paradoxis combinandis exequendisq O! quanta
animositate simul ac placida affabilitate opus sit? Nemo ignorat qui Superio-
ris et subditorum, Rectoris et regendorum, Pastoris et Rationabilium ovium
correlativa altius profundiusq speculatur, perspicit accurateq dignoscit.
Tam præclaras ac concredito Nobis muneri, apprime necessarias animi do-
tes, licet haud possidere, sincero corde nostræ insufficientiæ optime gnari
fateamur necesse. Optamus tamen eas cælitus nobis donari Ut non vitu-
peretur Ministerium nostrum,, Non quasi exinde commendabiles esse velimus
sed ut glorificetur Deus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur
quiq novit de stercore erigere pauperes, ditareq suis donis ita abunde, ut
pares evadant collocari cum Principibus populi, cui illos præesse statuerit. Ideo
arduitatem Officij nostri in ipsis primordijs accuratiori, ut fas est, mente revol-
vendo devenimus tandem (: certi Divino nihilitatem nostram docente, ac ducente
Spiritu :) in eum integritatis sensum, ut ex totis præcordijs nostris cum Salo-
mone (: Sap. 9. :) ingemuerimus: Deus Patrum meorum et Domine miseri-
cordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua constituisti hominem, et
noli me reprobare a pueris tuis, quoniam Servus tuus sum ego, et filius an-
cillæ tuæ, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum ju-
dicij et legum.. Mitte illam de Cælis sanctis tuis et a sede magnitudinis tuæ
ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te.. et erunt
accepta opera mea, et disponam populum tuum juste.. Ast non tantum
nostra sed vestra quoq plurimum interest Patres ac Fratres Dilectissimi, ut in-
sufficientiam nostram potentissimus ac benignissimus Deus, suis gratijs ac donis
sublevet, confortet, dignumq vestris obsequijs efficiat. Scrutamino etenim Di-
vinarum Scripturarum, Divina oracula, et compertum vobis erit duplex
comminari VÆ, Alterum Pastoribus qui si non pascunt id disperdunt oves
(: Jerem. 23. :) quarumq sanguinem de manu negligentium Pastorum Supre-
mus Judex implacabiliter requisiturus sit (: Ezech. 3. :) Alterum VÆ terræ seu
populo inhabitanti terram, cujus Rex seu quisq Superior Puer est Eccl. 10.
id est dotibus ad salubriter gubernandum, ac in via Domini sibi subditos
deducendum destitutus, timidus inaniter præest, et minime prodest; sicut
ex adverso: Inter cetera Divinæ Benedictionis populo appromissa, illud
excellens annumerandum venit, dum illi Deus optimus sua miseratione pro-
videt de Bono juxta Cor suum, Pastore quemadmodum in testimonium
suæ benignæ Providentiæ promiserat (: Jerem 3 v. 15. :) Dabo vobis Pa-
stores

Pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Itaq; quantum nobis timendum est, ne pro mala officij nostri administratione, pro omissione negligentia debitæ nostræ solicitudinis vigilantiæ, æternam Divinæ justitiæ ultionem incurramus; ita pari timore perterriti sitis oportet Patres ac Fratres Dilectissimi. Ne ubi nos in Officio Pastorali defecimus, mala quæq; damnosa ac Spirituales ruinæ in Nosmetipsos totamq; Provinciam irruant, cum aperte legatur in Sacris Scripturis: Qualis rector est Civitatis, tales et inhabitantes in ea, Rex insipiens perdet populum suum (Eccl: 10.) Quibus effatis Spiritus Divinissimus, non solū Civiles potestates, supremosq; terræ Principes, dum a recto gubernandi tramite aberrant, Civibus Regnisq; plurimum obesse cladem(q;) inferre designat. Verum et Rectores Superioresq; cujuscunq; Religiosæ Familiæ, dum in suis Officijs segnites aut indiscrete procedant similes formidandos causare eventus, demonstrat. Ergo per omnia sancta obsecramus Vos Patres et Fratres Dilectissimi, ut idipsum una nobiscum sapientes et intelligentes, bona videlicet a bonis, mala a malis Superioribus, plerumq; Religiosis Statibus obvenire, fervide ac incessanti conatu exoretis Deum, a quo cuncta bona procedunt, ut nobis exilibus, ac prorsus quantum ex nobis sumus ineptis, dignetur Spiritum Sanctum suum dare dare de Cœlis, qui nos doceat et erudiat quomodo nostra vobis Ministeria præstare debeamus, pro Dei Gloria vestroq; Spirituali emolumento; Ut nobis et vobis det cor docile quatenus sciamus et efficaciter valeamus quæ sunt florida, conservare, quæ debilia confortare, quæ noxia amputare, quæ dura emolire, quæ perfectibilia, ad solidum perfectionis statum deducere. Hocubi intimo corde exoptamus, atq; per vestras Patres ac Fratres Dilectissimi, devotas suplicationes nobis a Patre luminum exorari poscimus. Non gravaminor auscultare atq; in observantiam deducere, quæ partim pro nostræ Sanctæ ac Seraphicæ Reformationis manutentione, partim pro languescentis Spiritus incitamento; tum deniq; pro tuendo bono Ordine Provinciæ ex immediatis Capitulis Generalibusq; visitationib; visa sunt necessaria, et ab utroq; Venerabili Definitorio acceptata Vobis proponimus. —

1. Pro observantia Voti Paupertatis, serio inhibetur, ne eleemosina pecuniaria aliter quam per Substitutum recipiatur, expendaturq; pro necessitatibus Fratrum. Neve Superiores locales præsumant etiam per Dominos Substitutos, multomagis per semetipsos eandem eleemosinam Fratribus ad alia Conventum iter arripientibus immediate elargiri, per ipsosmet Fratres aut Bursarios deportandam, aut in itinere data occasione expendendam, sed si aliquis Frater aliqua re indiguerit, Superior per Dominum Substitutum eam faciat aquiri, Fratriq; indigenti tribuat, prout semper moris fuit in Reformatione, quod Fratres a receptione pecuniæ omnino sint alieni.

2. Capitula Culparum juxta præscriptum Statutorum Superiores Locales non omittant præmissa privata exortatione, defectus Fratrum corrigant, quod si ob paucitatem præsentium in Conventu Religiosorum, non possent ejusmodi Capitula celebrari, occurrentes defectus ad mensam omnino quoties opus fuerit omnino emendent, salutaribusq; pænitentijs castigent, ita ut ob pusilanimem Superiorum localium conniventiam, nec vitia inemendata accrescant, nec ab ipsis emendenda pro emendatione ad Canonica emendationem Visitationem differantur.

3. Revocantur in memoriam Statuta, ut præscriptis temporibus Superiores Locales cum Discretis Cellas Fratrum visitent, superflua tollant. Fratres vero nil eorum Superioribus occultare nil sine illorum licentia retinere præsumant.

4. Renovatur jam facta ordinatio, ut Matutinum ob paucitatem Fratrū ubi fieri non potest media nocte, fiat mane hora quarta, et non pridie post Completorium ut Meditationi pomeridianæ tempus congruum adsit.

5. Missæ Conventuali Fratres omnes omnino adsint, nec dum hæc ob paucitatem Fratrum cum sonus Organi cantatur ab Hora se absentent, alias ut summæ indevotionis et pigritiæ a Superioribus redarguantur. 6to

6. Pariter dum Missæ Votivæ sive solitæ diebus Sabathi, sive stipendiali de Requiem, aut ex Statutis, vel pro Fratribus post Primam ut moris est, cantandæ sint, illi Fratres ad Chorum obligati intersint, etiamsi cum sono Organi cantentur, nec unquam post Missam Conventualem retardentur eo duntaxat fine, ut se Fratres tunc liberius a Choro absentent.

7.

7. Patres nostri Sacerdotes, dum Missam cantant, Cantent tono in Reformatione nostra consueto, non autem imitando tonu Præsbiterorum Secularium, etiamsi Missa cantanda sit cum sono Organi, aut Musicis, idque tam in nostris quam externis Ecclesijs.

8. Fratres dum pro longiori tempore extra Conventum expediuntur, omnino tam in exitu quam in reditu Confiteantur et Sacra Sinaxi reficiantur; Fratres præterea Laici, dum cum Patribus mittuntur, saltim diebus Dominicis et Festis Ordinis nostri Confessionem peragant, quemadmodum ad mentem Statutorum iam ordinatum fuit, ut Gratia Sacramentali contra quævis pericula lapsusque præmuniantur, ad quod Superiores Locales sedulo attendant, per inspectionem et inquisitionem, ut pote in Canonicis Visitationibus ratione reddituri.

9. Resolutio Casuum tam Latinorum quam Polonicalium non negligatur, quemadmodum passim negligi compertum est, alias Patres Resolutores sciant se serio redarguendos.

10. Patres Prædicatores diebus Dominicis et Festivis Viam Crucis cum Populo obire studeant, actuque obeant, ac ubi hæc Devotio neglecta sit, ad illam renowandum, pioque affectu exercendum Populum post Concionem animent, zeloque excitent.

11 Jejunium quadraginta dierum ad Festum Assumptionis B.V. Mariæ juxta Statuta Provinciæ Nostræ observetur, quod si in illo ob rationes a VV. Definitorio dijudicandas dispensare, contingerit, servetur dispensationis norma, quæ in Ordinationibus Anno Domini 1812 N. 7 Videlicet: Quod diebus Dominicis, Ferijs 2dis 3tiis et 5tis Fratres vesci possint carnibus, non nisi semel in die, persistendo in tribus Portionibus tantum. Vesperi autem in una cum lacticinijs /: exceptis diebus Dominicis :/ Quæ dispensatio non nisi in illis Conventibus locum potest habere, in quibus ob defectum Eleemosinæ cibi lacticiniales comparari non possint; Super quod Superiorum Localium conscientia oneratur. Cujus Ordinationis singuli bene meminerint, ne in aliquo puncto tandem aliquando devietur.

12 Censuit etiam VV. Definitorium exhortandos esse Fratres Provinciæ nostræ ad servandum Jejunium per abstinentiam ab esu carnium singulis Ferijs 4tis exceptis quæ quamlibet Quadragesimam immediate præcedunt et sequuntur prout Statuta Provincialia præscribunt, ac in alijs Provincijs, imo et Ordinibus laudabiliter observari comperitur, idque ad impetrandam specialem protectionem B.V. Mariæ super Provinciam nostram, his vel maxime tum Phisice tum Moraliter calamitosis temporibus, Condescendendo tamen difficultati modernæ comparandi ut præfertur cibos lacticiniales, ordinatur ut dictis Ferijs 4tis Fratres persistant in unica cum carnibus refectione, colaciuncula vero fiat in in una portione lacticinij, vel leguminæ, prout de Quadragesima ad Assumptam disponitur.

13 Quoniam Lege Civili præsentis Regiminis circa Professionem Religiosum, ideo hac in parte VV. Definitorium ordinat persistendum esse in Lege communi Ecclesiastica in Concilio Tridentino præscripta; Itaque ab hinc Juvenes post finitum annum probationis in Novitiatu, finitumque annum decimum sextum ætatis, si per solita suffragia Communitatis habiles ad Religionem inventi fuerint, in eaque Deo stabiliter famulari velint, non iam ad simplicia Vota sed ad Solemnem Professionem emittendam in eodem Noviciatus Conventu admittantur, alij vero Juvenes qui simplicibus Votis emissis in alijs Conventibus sunt modo collocati, licet ad vigesimum primum ætatis annum nedum pervenerint, præmissa et præhabita voluntatis eorum accurata exploratione, atque Communitatis affirmante votatione in ijsdem ubi nunc manent Conventibus Profiteantur, dummodo decimumsextum ætatis annum compleverint, expectato nihilominus trimestri a publicatione præsentis Ordinationis, tum ut professuri habeant tempus ad deliberandum seque finaliter determinandum, tum ut qualitates illorum his qui post modernam mutationem ad Conventus ubi præfati Juvenes reperiantur supervenerint, sufficienter pateant pro informatione, qualiter illis per vota secreta /: quibus omnino ante Professionem exponendi sunt :/ secundum consuetudinem suffragandum sit.

14. Renovatur et confirmatur Ordinatio Præteriti VV. Definitorij, ut tum Clerici quam Laici antequam emittant sive nunc ut præfertur, sive in futurum Solemnem Professionem, præmoneantur de emittendo Juramento fidelitatis Provinciæ, illudque juxta præscriptam formam in Authenticis copijs, singulis Conventibus iam communicatam, actu omnino præstent, atque de præstito Testimonium Authenticum exhibeant, prout a præterito VV. Definitorio ordinatum fuit. —

15 Ut Fratres Laici habeant accuratam notitiam Statutorum quæ ipsos concernunt, Ordinatur ut hæc quæ habentur in fine Explicationis Regulæ a Pagina 307 ad Paginam 320 inclusive saltim bis per annum legantur ad publicam Mensam Ferijs 4tis et 6tis etiam extra

tempus

etiam extra tempus jejuniorum, dum iidem Fratres omnes in Conventu præ-
sentes sint, quod attentioni Superiorum Localium committitur, sicut et Lectio
Explicationis Regulæ, quæ ita disponatur ut intra Annum tota finiatur.
16. Fratres Laici ad Officia Culinæ applicentur, dum autem ob paucitatem
vel defectum capacium Fratrum munus Coquinarij soli Sæcularibus in
aliquo conventu committere oporteat, tamen ad prævindenda furta quæ pas-
sim fieri solet clavis a Camera Culinæ sit semper apud Companionem
qui Coco Sæculari necessaria pro prandio et Cœna extradat.
17. Fratres Sartores Manicas Habituum et Tunicellarum, non tam adeo strie-
tas faciant quin Religiosi manus in eas commode immittere valeant.
18. Ne in contributione Eleemosinæ pro Pannis Conventus videantur gravari,
et Cassa Pannificinæ detrimentum subeat, Curabunt Superiores Conven-
tuum, ut Eleemosina pecuniaria per Dominos Substitutos mittatur in bona
moneta currenti argentea, cum æri Nummi saepius mutationem sui valoris
subeant, ideo hi ad Cassam Pannificinæ non suscipientur nisi in valore
18 florenorum Polonicalium, quodsi illorum valor alicubi exercuerit, im-
mutentur pro nummis argenteis, et in determinata Summa ad Cassam Pan-
nificinæ mittantur. Ut autem præsentes Literæ quibus studium pro-
pensionemque Nostram erga singulos Patres Fratresque Provinciæ nostræ
intimo corde pandimus, innotescant, volumus ut in omnibus Conventibus
publice legantur per Superiores Locales punctatim explicentur, atque
Protocollis ingrossatæ, ad vicinioremque Conventum juxta ordinem Curso-
riæ præscriptum remittantur. Valete Patres ac Fratres in Xto Seru[?]
Dilectissimi. Pro necessitatibus Sanctæ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ
Pace, et Concordia Principum, Pro Benefactoribus, ac etiam pro
Nobis Deum exorate. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad
Ædes S. Casimiri P. R. P. et L. die 10 Augusti Anno Domini 1815

Fr. Stephanus Ref. Minister Provincialis
mppria

Frater Stephanus de Meden Ordinis Minor. S. P. N. F.
Reformatorum Provinciæ S. S. V. M. Angelorum in Minori
Polonia Minister Provincialis et humilis in Domino
Servus
Admodum Reverendis, Reverendis, Multumque Venerandis, Venerandisque
Patribus, ac Dilectissimis in Xto Servis Fratribus Salutem et
Copiosissimam Divinarum Gratiarum affluentiam.
Quod in primis literis Encyclicis /: quibus tam nostri Electionem, tum
quasdam Ordinationes, per Provinciam promulgari fecimus :/ cum omissu
fuerat illud præsentibus omnino supplendum atque ad Vestrum Patres et
Fratres Dilectissimi notitiam deferendum esse statuimus. Quod videlicet
spectando merita quæ pro bono Provinciæ, non parcendo suæ semper ægræ
valetudini; per laboriosa Officia pluribus Annis posuit, et vel maxime ob
eorundem meritorum, ac Vitæ integritatis intuitu, dum in Conventibus Gali-
liciæ muneris dignus fuerat reputatus eligi, actuque in Definitorem Gallicia-
næ Provinciæ fuerat electus. Nobis ac certe omnibus Amantissimus Pater
Barnabas Szyszkowski, functuram alias Officiis, Prædicaturæ, Lecturæ
Artium et Thæ Moralis, Professoratus Mysticæ et Guardianatus; hui ta-
men mutatis circumstanciis seu facta iterata Provinciarum Dismembra-
tione, maluit ad suam Matrem Provinciam ejus dumtaxat filiali amore
sanctæque Observantiæ Zelo ductus redire, quam extra illam collato sibi De-
finitoriatus gradu atque honore præeminere, Ideirco Patres VV Definitorii
Nostri æquum justumque censuerunt, atque in id unanimi concesserunt Voto, in
Capitulo Provinciali hoc Anno Sandomiriæ celebrato. Sess. 8 N. 2. ut præfatus
bene meritus Pater, Titulo Reverendi Patris gaudeat locumque post Exdefini-
tores Provinciæ cum eorum privilegiis habeat. Quam VV Definitorii decisi-
onem uti toti Provinciæ notificamus Eundem Reverendum Patrem Barna-
bam Szyszkowski uti Habitualem Definitorem Provinciæ nostræ agrega-
tum declaramus, decernentes ut pro tali ab omnibus, in quibusvis actis
sive publicis, sive privatis agnoscatur et habeatur. Porro tali sua deci-
sione VV Definitorium intendunt non solum præfato Reverendo Patri

Bar-

Reverendo Patri Barnabæ Szyszkowski Nomine totius Provinciæ obstrictam gratitudinem contestari, sed et omnes Ejusdem Provinciæ Alumnos convincere, quod singulorum merita æstimare, illaq secundum posse recompensando condecorare Mater Provincia semper in Votis habeat, ut sic cæteri, tum ad sectandas Virtutes, tum ad coercenda sibi per labores bono Religionis proficuos, merita, utiq ab Ipso justissimo Deo præmianda excitentur, efficaciterq animentur. Præsentes Literas Nostras Patres Locorum Superiores suis respective Communitatibus publicatas, Protocolis ingrossatas, ad Viciniorem Conventum remittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri et Benefactorum Vestris in Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri P. R. P. Die 14 Augusti A. D. 1815.

Fr. Stephanus Refor. Minist. Prov.

Fr. Stephanus de Meden Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ S. S. Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et Servus. mpp.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisq Patribus, ac dilectissimis in Xto JESU Fratribus, salutem et copiosissimam Divinarum Gratiarum affluentiam.

Quotidiani nos sat abunde instruunt eventus, nihil in mundo esse stabile, omnia mutationi obnoxia, et vel maxime, quod cautos nos efficere debet, vitam humanam sub mortalis tributo positam, tandem aliquando post diversa fortunæ sortis, similiaq adversa experimenta, ultimum huiusce mortalitatis æsem exolvere, inevitabiliter debere. Omnes (: inquit Sacer Textus 2 Reg. 14:) morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram quæ non revertuntur. Itaseque, Nam statutum est hominibus semel mori. Huic Statuto, die horaq hominum ab humana industria non præcognitis obtemperare coguntur, dives æque ac pauper, robustus simul ac languidus quamprimum Ejus altissimum intonuerit mandatum, Qui mare circumdedit terminis suis et dixit: Usq huc venies et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos Job 38 v. 11. Hac de causa Christus JESUS præmonitos nos esse voluit: Vigilate quia nescitis diem neque horam Mat. 25. Parato igitur esse nos convenit (: infert S. Hilarius :) et orationum assiduitate detentos omnibus præceptorum operibus inhærere, quia diei ignoratio intentam solicitudinem suspensæ expectationis exagitet. Inter mundanas varietates, tum sortis adversæ, tum attritiæ languoribus, valetudinis expertus plures per annos vicissitudines, tandem luctuosam, ast mortalibus omnibus communem viam ingressus, ejusq terminum attigit; quo mortalitas ultro non progreditur, et æternitas incipit. Vir meritis Deo carus, hominibus amabilis, Religioni nostræ devotus. Illustrissimus Dominus Comes Mathias Sołtyk Benefactor noster eximius, ac totius Provinciæ Syndicus Apostolicus. Innobilissimæ virtutis candore longe quam ætate grandior in dimidio ferme dierum sublatus est, tanquam ille, cujus Anima multis in adversis probata placida erat Deo, quia ad ultimum vitæ mortalis instans, ejus voluntati, cum omnimoda suæ voluntatis submissione subjecta. Proinde ut bonus Servus vigilans a Domino inventus, paratus Mundo vale, æternitati vero Ave, dicere, inter beatissimas mentes collocari meruit. Hunc itaq Virum a Deo multis adversis probatum, ponamus nobis pro exemplo, qualiter omnia mundi caduca despicere et sub potenti manu Dei in omnibus sive prosperis sive sinistris nos continuo humiliter debemus. Eundem tandem Virum qua nobis addictissimum ac semper intime devotum Syndicum Apostolicum primo Conventus Stopnicensis ac demum totius Provinciæ piis ad ævum æternitatis prosequamur votis suffragando animæ Ejus, ut si quæ pro fragilitate humana adhuc ei Justitiæ Divinæ exsolvenda supersunt, priusquam æternam capiat requiem, Deo miserante ac precibus Sacrificiisq placato a vinculis quantocius absolvatur, et ad fruitionem beatificæ visionis admittatur. Quapropter injungimus, ut in unoquoq Conventu Provinciæ nostræ pro Anima Illustrissimi Comitis Mathiæ Sołtyk Suffragia unius diei persolvantur. videlicet Officium Defunctorum in Choro recitetur cum Missa cantata de Requiem. Quilibet Sacerdos unam Missam celebret. Quilibet Clericus unum Defunctorum. Quilibet Frater Laicus 100 Pater noster et Ave cum totidem Requiem æternam &c. recitet. Præsentes Literas nostras Patres Locorum Superiores suis respective Commu-

mu

Commoditatibus publicatas Protocoli incorporatas ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum indilate transferri curent. Valete Patres ac Fratres in Christo dilectissimi nostri ac Benefactorum in vestris orationibus memores. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad Q.des S. Casimiri P.R.P. Die 12 Januarij Anno Domini 1816

Fr: Stephanus Ref. Minister Prov. Pol. Mpp.

Fr: Stephanus de Medern Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciae SS.ae V.is MARIAE Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et humilis in Domino Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum venerandis, Venerandisque Patribus, ac dilectissimis in Xsto JESU Fratribus Salutem et copiosissimam Divinarum Gratiarum affluentiam.

Inter caetera saluberrima media, quibus Regularis Observantiae vigor incontaminate servatur praecipua est Superiorum solicitudo strenuè invigilans, ut cuncta a singulis quae sunt suae vocationis et Professionis, quaeve sui muneris ac officij non tantum secundum externam superficiem; verum etiam secundum internum, eumque Divinum Religiositatis spiritum adimpleantur. Etsi enimvero quisquis ut primum coelestis gratiae impulsu statum Regularem fuerit amplexus continuo meminisse debeat, se ut pote ad Sancta et superna vocatum obligatum esse, a depravati seculi vitijs alienum, a mundanisque desiderijs ac cupiditatibus elongatum efficere, nec non per assidua virtutum exercitia in Dei amore, sanctitate vitae proficere, ac in omnibus beneplacitum Dei perquirere. Nihilominus, tum labilitate humana /: cui corda aliomin religiosissima subjacent :/ id exigente; tum ipsa Divina Sapientia, sic suaviter praedisponente oportunum est, ut etiam ille pusillus grex coelesti vocatione selectus, Illae Divini Pastoris oves, ad salutaris pascui locum deductae, Pastorali tandem suorum Moderatorum subsint solicitudini; unde eveniat, quod labiles a lapsu praeserventur, aut eripiantur boni, in bono firmius solidentur, ac solidius instituantur. Hac de causa, praeter quotidianam vigilantiam, cui singuli Conventuum Superiores strenue super commissam sibi Familiam incumbere debent ut omnia ab omnibus, quae Deo sancte sunt promissa, ac Status religiosi obligatoria accurato studio executioni mandentur. Insuper seraphicus Patriarcha Noster Sanctus Franciscus specialiter Ministros obligatos esse voluit /Regul: c. 3./ Ut visitent et moneant Fratres suos, humiliter et charitative corrigant eos;; quatenus sic Fratres a malis avertantur, et ad bona incitentur, pericula peccandi evitent, et efficaciora media salutis arripiant. Nos quidem etsi quantum ex nobis imbecilles prorsus ac inepti, quantum tamen in Domino potuimus obligationi Ministeriatus nostri satisfacere curavimus, visitando scilicet Vos Patres ac Fratres dilectissimi, monendo et obsecrando;; ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis /: Ephes: 4./ Contestando desiderium nostrum;; Quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi . . . ut Charitas vestra, /quae utique fecit vos contemptores seculi/„ magis ac magis abundet in scientia, et in omni sensu; ut probetis potiora et sitis sinceri /: id est, non simulantes speciem virtutis, sed veraciter/ et sine offensa in diem Xsti, repleti fructu justitiae per Jesum Xstum in gloriam et laudem Dei /: Philip: 1./ Cupimus autem unumquemque Vestrum, ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide et patientia haereditabunt promissiones /: Hebr: 6./. Quirto quod vidimus stabiles in spiritu, in bonis operibus abundantes promptos ad obediendum fidei per vitae spiritualis, ac coelestis conversationis studium, fortes in patientia ad superanda quaeque adversa, quibus eos mundus, caro et infernus, ac vel maxime propria voluntas velute rompheo bis acutā a semitis justitiae deterrere aggrediuntur; quos inquam Sanctae Religionis decori seculi nunc plurimum depravati aedificationi, suorumque meritorum augmento adlaborantes agnovimus, in his exuberante laetitia gavisi sumus, hosque ut tales in finem permaneant obsecravimus, optavimus, quemadmodum et semper optamus. Quos vero a Sanctae Vocationis tramite devios, in obsequio Dei segniores agnovimus, hos paternè monuimus, obsecravimus atque corrigendos curavimus, ut tandem suae vocationis memores, non in vacuum gratiam Dei recipiant /: 2 Cor: 6./ nec postquam posuerint manum ad aratrum respiciant retro /: Luc: 9./ Ne lumen coelestis gratiae in se extinguant, ast potius a vitiosis propensionibus se cohibeant in bonis operibus exerceant, exhortante Apostolo /1. Petr: 1. Quasi filij obedientiae non configurati prioribus ignorantiae desiderijs, sed secundum eum qui vocavit vos Sanctum, et ipsi in omni conversatione Sancti sitis,, Caeterum sive nos cum Paulo plantare quidquam, sive cum Apolline rigare studuimus, parum ac prorsus inutile erit, nisi Deus incrementum dederit, Cui tamen effectuando unusquisque per humilitatem se disponere; ac per continuam exercitationem cum gratia Divina cooperari debet. Nam ut ajt Apostolus /1. Cor: 3./ Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem; Dei enim sumus adjutores, Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis,, Cum autem muneris Nostri ratio postulat ut non tantum accuratae officiorum executioni invigilemus, sed etiam ut singula officia, quibus bonus ordo

Religionis

Religionis, ac Provinciæ innititur, aptis ac dignis conferamus, per quos videlicet, tum Regularis observan[tia]
promoveri, tum alij in scientia ac pietate instrui, tum spiritualia obsequia cum fructu salutari populorum
adimpleri possint. Neve in negotio tanti momenti quale est, æqua ejusmodi officiorum distributio et æqui-
tate et justitia aberremus; Ut tandem nonnulla maturiori judicio pensanda, decernenda, nonnulla pro commu-
ni Provinciæ bono, commodo, atque decore providenda accuratius pertractentur, penentur decernantur
atque provideantur, conformiter ad abloquentiam Legum nostrarum, petita et actu obtenta licentia
a Reverendissimo Patre Gaudentio a Coriano Ministro Generali S.N.C. celebrandam duximus primam
Congregationem in Conventu Nostro Sandomiriensi die 30. Mensis Junij A.C. ad quam pro capescen[dis]
sanis Consilijs, maturis judicijs, solidis sententijs, proque te juvamine ac levamine tenuitatis nostræ
humanissime invitamus Rndm Patrem Maximilianum Skupniewicz Custodem vocalem. RP.
Ladislaum Dzierzanowski, RP. Rochum Ryziewicz RP. Crescentianum Kasprzycki RP. Henricum Zar[...]
ski actuales Provinciæ Definitores, Eosque in Præfato Congregationali Conventu die 27 Mensis Junij cum
Missis mane, salutare cupimus, una cum MVP. Antonio Kaczorkiewicz Secretario et Actuario jurato Pr[...]
vinciæ. Cæteris vero speciali a Nobis facultate non munitis ad præfatum Conventum accessum, sub
[...] apostasiæ interdicimus. Ut autem consilia nostra Ipse Deus per Spiritum Sanctum dirigere, atq[ue]
ad cognoscendum quæ sibi placita sunt, quæve recta, justa, ac unicuique vestrum Patres et Fratres Di[l]-
ectissimi salubriter profutura, mentes nostras cælesti lumine illustrare dignetur injungimus, ut in quo-
libet Conventu Provinciæ nostræ duabus ante diem Congregationis Septimanis, solita persolvantur suff[ra]-
gia, videlicet Hymnus Veni Creator, cum versibus et orationibus de Spiritu S. Immaculata Conceptio[ne]
B.V. MARIÆ ac de S. P. N. Francisco quotidie post Laudes, Tertiam et Vesperas recitetur. Ipsa vero
Congregationis die Missa Votiva post Primam Divini Officij cum Præfatis suffragijs decantetur, in q[ua]
Fratres Clerici et Laici devote communicabunt. Cæteri Sacerdotes in missis privatis Collectam de Spiri-
tu S. addant. Pro hac etiam die omnibus Sacerdotibus ad excipiendas Confessiones Fratrum approba[tis]
Facultatem a casibus reservatis absolvendi impertimur, ac omnibus liberam Confessarij electionem
ex approbatis ut supra concedimus. Præcipimus etiam ut Patres Discreti Conventuum præ-
viâ revisione et accurata perlustratione, in Schedis pro Congregatione mittendis descripta subscriban[t]
sicut et singuli Sacerdotes de Celebratione Missarum juratum Testimonium, Fratres vero Clerici de
Officijs, Fratres Laici de precibus absolutis simile Testimonium exhibeant. Patres etiam Resolutore[s]
Casuum et Examinatores, de Sufficientia et diligentia PP. Confessariorum. Patres Lectores præsert[im]
ubi terminantur Studia de profectu, capacitate suorum Studiosorum per se, quo ad Moralitatem v[ero]
eorundem etiam a Discretis subscripta Testimonia respective exhibita mittant. In Conventibus
quos RR. PP. Definitores rexerant, post recessum Eorum pro imminenti Congregatione, Præsidentia[m]
MV Patribus Vicarijs committimus, præcipientes in virtute Sæ obedientiæ omnibus PPbus et FFbus u[t]
Eos tanquam legitimos suos Superiores a Nobis destinatos agnoscant, revereantur, ejsque in omnibus
quæ non sunt contra animam et Regulam pareant et obtemperent. Ipsis vero Patribus Vicarijs st[ric]-
tissime præcipimus, ut ad tempus concreditum sibi Præsidentiæ Officium prudenter, zelose, ac discr[ete]
exequantur, Missas tum accessorias ad Celebrandum, tum Celebratas fideliter adnotent. Pariter et Eleem[o]-
synam tam relictam, quam successive oblatam non dilapident, atque in omnibus ita se gerant, ut nov[us]
ex Congregatione designatus Superior nihil habeat de quo illos merito accusare possit. Præsentes di[te]-
ras nostras Patres Locorum Superiores suis respective Communitatibus promulgatas, Protocollis in-
grossatas, ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ a foris notatum remittant. Valete
Patres ac Fratres Dilectissimi Necessitatum Sanctæ Romano Catholicæ Ecclesiæ, Ordinis, Provinciæ
Patriæ, Benefactorum ac etiam Nostri in pijs Orationibus memores. Datt in Conventu No-
stro Sandomiriensi ad Ædes S. Joseph Sponsi B.V. MARIÆ die 16. Maij Ao 1816.

Fr: Stephanus Reform. Mstr Prvlis mp

Fr. Stephanus de Medem Ordinis
Minorum S. P. N. Frci Reformatorum
Provinciæ Sanctissimæ Virginis MARIÆ
Angelorum in Minori Polonia Mi-
nister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Veneran-
dis Venerandisq; Patribus ac Dilectissimis in Christo
JESU Fratribus Salutem et Copiosam à
Domino Benedictionem.

Quaecunque Nobis Veneranda Patrum antiquitas ad obser-
vandum proposuit, certè non alium habere dignoscitur finem,
nisi ut Ordinis Sanctitas, Regularis Observantiae integritas
in dies augeatur, et à periculis relaxationis unde totalis nata
est sequi ruina, praeservetur. Hinc et nos antiquae consvetu-
dinis in Statutis praescriptae laudabilem gessimus morem,
dum convocatis Patribus, quos ad hoc jura authorizarunt die
30. Juny a.c. ut Vobis notum est, primam Annuam celebra-
vimus Congregationem, cujus adaequatum fuit negotium,
omnibus et singulis, quae commune bonum Provinciae accura-
tam Officiorum executionem, Fratrumq; felicitatem ac Salutem
concernunt, providere. Et certè quidquid in praefata Congregatio-
ne ad deliberandum arripuimus, quidquid circa mutationem Officio-
rum, Locorumvè decrevimus, quidquid ad observandum Vobis Patres
et Fratres Dilectissimi recommendandum duximus, omne id pro
Communi bono Provinciae, pro singulorum felicitate, ac merito diri-
gere optavimus. O! utinam sic singuli, singula de se ordinata,
disposita acceptarent, quemadmodum in ejusmodi Ordinationibus,
dispositionibus, cor nostrum ad Vos Patres et Fratres Dilectissimi
dilatare studuimus, cupiendo in Visceribus Jesu Christi, Omnes
Vos invicem communem utilitatem respicere, communi bono, se-
cundum mensuram donationum gratiae Coelestis allaborare, ac percon-
sequens, communem, communi ~~bono~~ studio salutem promereri. Un-
de tamen id proveniat, ut unusquisq; prompto animo sese cunctis
ad exequendum sibi injunctis subjiciat: auscultari non gravamini.
Ansim proin dicere quod hoc proveniat ab interiori Gratiae Divinae un-
ctione, quam humilibus precibus exorare oportet; ab aestimatione condi-
gna sui Religiosi Status, ad quem nos Deus sua benignitate vocare
dignatus est, ab intimo amore Sanctae Regulae, cujus Praecepta Ipse
Salvator, velut tutissima Salutis media Seraphico Patriarchae Nos-
tro S. Francisco dictavit, à ferventi desiderio efficacique conatu in
dies proficiendi, Deiq; gloriam promovendi, quod Sanctum desi-
derium, piusq; conatus adjuvante Deo, nec ardua abhorret, nec le-
via spernit, cuncta verò quae sunt sui Status ac Officij adimplet.
Haec sanè sunt quae priscos Patres veluti spectaculum Mundo An-
gelis et hominibus effecerunt. Haec sunt nutrimenta Coelestis
ignis, quem Filius Dei misit in Mundum, voluitq; accendi
ut ardeat in Cordibus hominum maximè electorum ac speci-
aliter ad Statum Evangelicae perfectionis vocatorum. In
his Spiritus interiori Studio exercitatus, germinat fructus
bonorum operum, spargit flagrantissimum odorem, quo
alij quoq; trahuntur, ad sancta laetantes videlicet: ad cur-
rendam viam perfectionis; Unde Religiosi Ordini
suo splendorem, sibi perenne meritum, Saeculo miran-

dum

mirandum præstant exemplum, ita quod illorum bona opera spectans mundus et si in maligno positus, cogitur nihilominus glorificare Patrem Supremum qui in Cælis est. Secus verò nihil proficit, quô vigor Regularis Observantiæ florescat, quovè Officiorum executio cum fructu, ac ædificatione impleatur; imò cuncta sensim in declivium, ac horridam disordinationem vergunt. Ubi etenim gratia Cælestis unctio interna de est, vel quia humilibus precibus non exoratur, vel quia quondam gratiose infusa, tandem obsequitiem ac torporem amittit. Ubi misera quadam necessitate, quæ sua sunt quæruntur, et quæ sunt Jesu Christi protervè spernuntur. Ubi suus Religiosus Status haud dignus summa æstimatione agnoscitur, ibi vilescat oportet, sæpeq; alius fœdifrago conatu perquiritur et accurritur. Ubi Sanctæ Regulæ amor non inhabitat, ibi præceptorum ejus ac Votorum gravior etiam transgressio minimè apprehenditur; libenter appetitur, ac in pravum habitum degenerat. Ubi demum nec sancta desideria, nec efficaces conatus ad bonum stimulant, ibi languor ac tædium omnem laborem abhoret, Sicq; Religiosi, Spiritu vacui, otio dediti, transgressionibus Regulæ asveti, ad obsequia Spiritualia inepti, irreligiosi evadunt, ac Ordini suo dedecus, suæ Conscientiæ onus, sæculoq; pariunt detestabile scandalum, vel ipsi merito detestabiles fiunt. Videte itaq; Fratres Vocationem vestram, si semel: ut ita loquar unde gloriatur Apostolus: stulti facti estis propter Christum, quæ Stultitia Sancta Cælitus erudita, major est et nobilior omni perversa Sapientia hujus mundi, nolite tandem secundum carnem sapere, nolite mundanâ Sapientiâ decipi ac retrorsum respicere, nolite velati quadam invidentia concitati ad liberiorem vitam ipsis mundanis amicam suspirare; Ast potius, Cælestis Doctrinæ, quæ pia rerum Divinarum meditatione acquiritur, pabulô enutriti, state in fide et dilectione firmiter persvasi de sublimitate Status vocationis vestræ, cujus jugum svave, et onus leve ex Evangelicis institutis fabricatum, portate nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes. Christo etenim per rigorem Vitæ Evangelicæ subjugari, dignius et excellentius, imò svavius, ac tandem pro perenni Beatitudine utilius est, quam toti Mundo plena libertate dominari, ac penes liberiorem insolentiam vanis et noxijs cupiditatibus obrui, deprimi conculcari. Cæterum Patres et Fratres Dilectissimi, quæ ex Voto VV. Definitorij Vobis recommendanda, nunc proponimus, auribus excipite, mente retinete atq; opere implenda, pro Sanctæ Observantiæ zelo ac suo perenni merito implete: Itaq;

1mo. Patres Locorum Superiores, ac Vicarij Conventuum serio invigilent ut Officium Divinum in Choro devote persolvantur cum competenti pausa, etiamsi ubi ob paucitatem Religiosorum plane recitatur tamen non nimis depresse, nec præcipitanter reticeatur. Quod quidem eò accuratius fiet, quo ipsi Superiores frequentius Choro interesse curabunt.

2do. Puncta Meditationis distincta ut Statuta præscribunt

praescribunt praelegantur, etiam in Conventibus ubi non sunt Studia. Quod quidem in aliquibus Conventibus observari advertimus, et ut ubiq; omnino observetur, serio recommendamus. Haec quae Cultum Divinum, pietatem, observantiamq; Legum respiciunt nemo erubescere debet.

3tiô. Patres Officiales Missae Conventuali et Meditationi adesse curent. Choro saltem Solemnioribus Festivitatibus intersint. Ubi nimia est paucitas, facta inter se combinatione, saltem alternatim Chorum frequententent, etiam profestis diebus, Confessionem Fratrum excipere non recusent, ne alias Fratres in absentia Confessariorum /: qui utiq; adeò sunt pauci :/ aut Confessionem solitô diutius differre, aut extraneos Confessarios perquirere, ut jam compertum est cogantur. Ubi necessitas, tuendi Gloriam Dei, Fratrumq; ac Proximorum Spirituale commodum urget, ibi privilegia alioquin licita, cedere debent. Non multum sanè in his temporis consumitur, comparate ad id quod fors otium inane surripit.

4tô. Nullus Fratrum praesumat clam inscio Superiore Eleemosynam, praesertim peccuniariam, quomodolibet sibi oblatam etiam pro Missis acceptare, multô magis procurare, in usus etiã licitos, et à forciori illicitos, superfluos expendere, sed in hoc passu cautellae, quas Regula, Declarationes Pontificiae in illam praescribunt ac Ordinis Nostri Statuta, accurate serventur. Hinc quilibet Fratrum sciat se gravissime in Conscientia obligatum, ut Eleemosynam alioquin cum scitu Superioris apud Dominũ Substitutum depositam, non curet expendi, nisi prius manifestata necessitate Superiori, alioquin Proprietariorum Culpae coram Deo obnoxij erunt et poenae.

5tô. Meminerint Fratres, quam salubriter Statuta praescribunt, ne cum Saecularibus notitiam contrahant, in hunc finem ejusdem Statutis conformiter praecipimus, ut Fratres Canaparij, nullum praesertim ex Junioribus ad Portam evocent, nisi prius Superiori notificent. Sic vocati, citò, si quod fuerit negotium expediant. Superiores verò saepius ad portam sinè necessitate solius colloquij causa invitatis, aditum non permittant, imò directè prohibeant. Pariter excursiones ad Civitatem, vel alio extra Claustrum non nisi manifestata sibi justa causâ, et locô ad quem quis pergere intendit, concedant, alias omninò denegent.

6tô. Quantum possibile Fratres extra Conventum, sivè pro Mendicatione, sivè pro Spirituali obsequio, non nisi Associati expediantur. Sed ad Civitatem ubi nostri habentur Conventus, omninò cum Socio vadant, nisi fors ad Infirmum quis vocetur, et Socius nullatenus haberi possit, et tunc nemini ad aliam Domum divertere liceat.

7mô. Patres qui sunt Resolutores Casuum Polonicalium in Tabula designati, suo muneri satisfaciant proponendo et resolvendo Casus, quibus obligationes Status Religiosi, Praecepta Regulae, tum etiam haec quae dignum Sacramentorum usum concernunt dilucidentur.

8vô. Juvenes nostros Religiosos Studio vacantes, quos verò Paterno affectu prosequimur, quos Deo, tanquam novellas plantulas in horto Seraphicae Religionis, optima indole florescere, ac fructus in dies majoris Evangelicae perfectionis germinare in Domino concupiscimus exhortamur atq; obtestamur, ne in vacuum gratiam Sanctae Vocationis accipiant, ast potiùs gratias Deo agentes cũ rent suae vocationis, per exercitia Virtutum, humilitatis, patientiae, obedientiae, internae devotionis, ac vel maximè Divini amoris, undè tota incipit, et quô tota tendit perfectio corespondere.

Satagant

Satagant, ut per bona opera, per mortificationem passionum, per strenuam suarum cupiditatum victoriam, certam suam vocationem et electionem efficiant, ac in bono solidentur. Si etenim, non qui bene incaeperit, sed qui juxta effatum Salvatoris, perseveraverit usq; in finem hic salvus erit. Quid dicendum de illis, qui a Tyrocinio Religiosæ Vitæ magis propensiones ad vitia, studio virtutum neglecto, sequerentur. Applicent ergo se ad Studia Litteraria omni qua par est diligentia, intentione Sancta et pura. Practicent virtutes in Theologia Mystica praescriptas. Et cuncta, quæ de Silentio, modestia, laboritio, munditia praesertim Domûs Dei, et Altarium, de reverentia erga Superiores, et in Statutis pro Junioribus leguntur, sedulo adimpleant. Ad quæ adimplenda, tum Superiores, tum Patres Professores Mysticæ efficacia Spiritualis admonitionis et Doctrinæ illos alliceant, ac etiam castigatione si opus fuerit adigant.

9no Fratres Laici in Conventibus particularibus serio admonentur, ut Ordinationem ab antecedenti V.V. Definitorio factam quo ad porrectionem Libri in Refectorio quo ad Intonationem Jube Domne Benedicere. Deus Charitas & in principio Refectionis. Et Tu autem Domine & post Refectionem exequantur. Et quidem non stantes in suo loco, sed in medio Refectorij. Sic enim Ordinarium pro Acolythis /: etiam si fuerint Sacerdotes :/ praescribit; Sic proin se gerere, et Fratres Laici non negligant, nec erubescant.

10mo. Omnes Patres et Fratres memores sint tum paupertatis, tum ei cognatæ parsimoniæ, ad quas virtutes sectandas, vel ipsa temporum acerbitas nos impellit. Hinc singuli paucis debeant esse contenti, defectum commoditatum quæ olim haberi poterant, patienter sufferant, contra Superiores non murmurent, nec ab illis, hæc quæ ob caristiam temporum haberi nequeant ultro pie requirant. Ipsi verò Superiores Divinæ Providentiæ confisi veris et inevitabilibus Fratrum necessitatibus provideant, qualis est Victus et Amictus, ideò serio illos admonemus, ut Elemosynam pro Pannis taxatam contribui curent, subtrahendo expensas pro alijs minus opportunis commoditatibus, si quidem ob non solutionem aliquorum Conventuum notabilis in cassa Pannificinæ resultat defectus. Et hæc sunt quæ Vobis Patres et Fratres Dilectissimi ex Voto VV. Definitorij proposuimus observanda. Quæ vel ex ipsis temporum circumstantijs pullulant, ac ideò tum a Nobis recommendari, tum a Vobis adimpleri merentur.

Tandem V.V. Definitorium pensatis meritis et per multos Annos in Officio Prædicatoris laudabiliter exactis laboribus A.V. Pris Benvenuti Penkoszewicz. Eundem inter Prædicatores Emeritos juxta Statuta Sambucana adnumerandum statuit, Nosq; eundem sic adnumeratum, ac omnibus privilegijs praecedentijs gaudere declaramus, atq; ut talem ab omnibus agnosci haberi, et honorari debere decernimus.

Deniquè tristem cogimur agere nuntium de morte Illustrissimi Comitis Joannis Cantij Morsztyn Conventus nostri Vielicensis per HH. Annos Syndici Apostolici. Qui continuæ erga Ordinem nostrum benevolentiæ, ac optimæ propensionis praestabat argumenta, undè à nobis tantam gratitudinem promeruit, ut non tantum dum in Vivis

in Vivis ageret intime Eum prosequeremur amore, Ejusq nostris in Orationibus memores essemus, sed etiam post fata animæ ejus Suffragia ferre obligatos nos esse sciremus. Hinc licet ab Anno 1772. quo præfato Illssmo Comiti Instrumentum pro Syndico Apostolico fuerat oblatum, Conventus Vieliczensis longiori tempore à Nostra Provincia fuit segregatus, tamen VV. Definitorium censuit pro Anima p. d. Illssmi Comitis Ioannis Cantij Morsztyn in vim debitæ gratitudinis absolvenda esse unius diei Suffragia, quæ injungimus, ut videlicet in uno quoq Conventu Provinciæ nostræ Officium Defunctorum recitetur in Choro et Missa de Requiem cantetur, Quilibet Sacerdos unam Missam celebret, Quilibet Fr. Clericus semel Officium Defunctorum, et quilibet Fr. Laicus 100. Pater et Ave ac totidem Requiem æternam recitet. Præsentes Litteras nostras Patres Locorum Superiores suis respectivè Communitatibus publicatas, clare et ad captum omnium lingva vernacula in plena Communitate explicatas, Protocollo ingrossatas, ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ à foris notatum transmittant. Valete Patres et Fres in Christo Dilectissimi, necessitatum Sanctæ Ecclesiæ, Ordinis ac Provinciæ, nec non nostri ac Benefactorum in Vestris Orationibus memores. Datt: in Conventu Nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Conf: Patroni Regni Poloniæ Die 12. Augusti Anno Dni 1810.

L: S. Fr. Stephanus Refor: Minis: Provlis mpp

Fr. Stephanus de Medem Ord. Minoru S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ Ssæ V. Mariæ Angelorum in Minori Polonia Minister Provincialis et in Dno Servus.

Admodum Reverendis Reverendis Multum Venerandis Venerandisq Patribus ac Dilectissimis in Christo Jesu Fratribus Salutem et copiosissimam Divinarum Gratiarum affluentiam.—

Quamquam muneris nostri partes adimplendo, in visitationibus canonicis plurimum fueramus solliciti spiritualibus alloquiis excitare vos Patres et Fratres Dilectissimi ad digne ambulandum vocatione qua vocati estis, ut nimirum Sanctæ vocationis gratiam æstimantes in observantia Votorum Præceptorum Regulæ, proficientes, Spiritum Dni in Vobis metipsis custodientes, Vitam omnimode Spiritualem, Religiosamq agatis; Tamen censuimus etiam per litteras Vos commonere, priusquam in iminenti Annua Congregatione de Vobis juxta opportunitatem boni Communis Provinciæ, quidquam disponere fuerimus aggressi. Porro præsentis per litteras alloquii nostri sumpsimus motivum, ex iis quæ foris in mundo aguntur, quæ nos intus perterbant, ut ex inde mentem sursum ad Deum /: sine cujus nutu, nihil quidquam evenire potest:/ sciamus elevare, atq cum Sancto timore extensam manum Domini venerari, nec non propitiationis gratiam promereri. En! siquando

quando, tum vel maxime hisce nostris temporibus illud verificatur de mundo, quod totus sit in maligno positus, nec unquam suæ malignitatis venenum atrocius evomit, sicuti nunc, quâ moribus discolis doctrinis perversis effrænata conscientiæ libertate, ac subdola politicæ influxu prævalentia, sacris, rebusque Divinis exterminium comminatur. Hunc Divina inter mundanaque acerrimum conflictum, illud vel maxime dolendum conspicitur, quod etiam in sortem Dñi vocati, in Religione Sancta, veluti in civitate munita positi, saluberrimis Præceptis, Regulæ, veluti muro inexpugnabili circumvalati, fessissimo hosti ab extra pugnanti, nec minimum resistentes, victas manus tradere non erubescunt, imo impudice gloriantur; Volo hic subintelligantur Religiosi, in devia abeuntes, Sanctæ vocationis immemores, veluti errantia sidera, vento vanitatis agitati, vel irreligiose vivunt, vel ad caduca mundi aspirantes vanis variisque incitamentis seducti, viam veritatis, Sanctamque Religionem, ac per consequens Divinæ vocationis gratiam, ut perfidi et ingrati deserunt. Et utinam soli ditionis arripuissent, ast proch! uberrimis lacrimis haud sufficienter deplorandum! suis, partim palam præsentis conatibus, partim efficacibus gestis, dum se a suavi jugo Christi subtrahunt, ad partem inimicorum Crucis Christi evolant, alios scandalisant, ac eo ipso bellantibus contra Sanctæ Religionis Instituta, arma hostilia suppeditant. Hæc ubi patentius quam retroactis saeculis conspiciuntur, non absre comparare licet cum illa visione, quam sacer 2ᵘˢ Machabeorũ Codex Cap. 5ᵗᵒ refert, armatorũ videlicet exercituum congressiones in aere apparentes, quas ubi populus cerneret, sacro attestante textu „ Omnes rogabant in bonum monstra converti „ Ita sane! Monstra sunt mundanæ sapientiæ faustu elevata ingenia, quæ contra Divinæ sapientiæ oracula exurgunt, servos Dei persequi aggrediuntur, ac in ipso fraudulento conflictu tum minaci terrore, tum seditiosis persuasionibus, impugnant, minusque cautos, nec in spiritu bene fundatos, debellant, suosque nunc asseclas, et ne dicam, futuros tandem suæ perditionis socios, efficiunt. Optandum itaque et fervidis a Deo precibus continuo exorandum, ejusmodi monstra in bonum converti, ut videlicet Nos potenti Gratiæ Divinæ auxilio suffulti, in servitio Dei simus stabiles, nec vereamur qui nos persequuntur, nec imitemur, qui a sanctis propositis recedunt, nec fluctuemus veluti aut modicæ fidei, aut plurimum nobis metipsis fidentes, sed fide viva, spe firma, charitate intensa, invocemus Cælestis auxilij robur, humiliter confisi non nobis defuturum, quo ab interitu præservemur quemadmodum discipulis inter procellas maris fluctuantibus, dum ad Dominum clamarent „ Domine salva nos perimus „ miseratus Dominus imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna Matth. 8. Sic enim Divinæ Providentiæ placuit, ex malis bona potius facere, quam nulla mala permittere „ dummodo Divinis intentis sciamus nostrum animum accomodare, sicque nosmetipsos gerere, ut in tempore tentationis velut aurum probati, non ut Zyzania, ast ut bonum triticum appareamus. Servus ovilem simplicitatem Spiritus, et bonus Pastor a rabie lupi nos proteget, atque defendet. Meminerimus Deum qui nos in sortem sui vocavit vocatione Sancta, in suis propositis esse immutabilem, nobis incumbit immutabiliter Deo adhærere, atque hæc quæ sunt nostræ vocationis adimplere. Nos porro cuncta quæ nos, statumque ac Officium nostrum concernunt, Divinis miserationibus plenissime committentes, annuam Congregationem

celebrandam statuimus eamq Vobis Patres et Fratres Dilectissimi intimamus, pro die 2ª Julij A. C. in Conventu Nostro Sandomiriensi, ad quam, sicuti et pro opportunis consultationibus humanissime invitamus. R.P. Maximianum Stupniewicz Custodem Vocalem. R.P. Ladislaum Dzierzanowski R.P. Joachum Ryziewicz R.P. Crescentianum Kasprzycki. R.P. Henricum Zarembski Actuales Provinciæ Definitores quorum adventum pro die 29. Mensis Junij cum Missis mane salutare cupimus, una cum M.V.P. Antonio Kaczorkiewicz Secretario et Actuario Jurato Provinciæ. Cæteris vero speciali a Nobis facultate non munitis ad præfatum Conventum accessum, sub pœnis Apostasiæ interdicimus. Ut autem Consilia nostra ipse Deus per Spiritum S. dirigere, atq ad cognoscendum quæ sibi placida sunt, quæve recta, justa ac universis Vestrum Patres et Fratres Dilectissimi salubriter profutura, mentes nostras Cælestis luminis illustrare dignetur, injungimus, ut in quolibet Conventu Provinciæ Nostræ duabus ante diem Congregationis Septimanis, solita persolvantur Suffragia videlicet: Veni creator cum Versibus et Orationibus, quotidie post Laudes, Tertiam, et Vesperas recitetur. Ipsa vero Congregationis die Missa Votiva post Primam de Spiritu S. decantet, in qua Fratres Clerici et Laici devote Communicabunt; Cæteri autem Sacerdotes in Missis privatis Collectam de Spiritu S. addant, pro hac etiam die Omnibus Sacerdotibus ad excipiendas Confessiones Fratrum approbatis, facultatem a Casibus reservatis absolvendi impertimur, ac omnibus liberam Confessarii electionem ex approbatis ut supra concedimus. Præcipimus etiam ut Patres discreti Conventuum prævia revisione et accurata perlustratione in Schedis pro Congregatione mittendis descripta subscribant, sicut et singuli Sacerdotes de celebratione Missarum Testimonium exhibeant, juratum. Fratres vero Clerici de Officiis Fratres Laici de precibus absolutis simile Testimonium faciant. Patres etiam Resolutores Casuum et Examinatores de sufficientia, ac diligentia P.P. Confessariorum, Patres Lectores præsertim ubi terminant Studia, de profectu, capacitate suorum Studiosorum per se, quo ad moralitatem vero eorundem etiam a Discretis subscripta Testimonia respective exhibita mittent. In Conventibus quos R.R.P.P. Definitores rexerant post recessum eorum pro imminenti Congregatione, Præsidentiam M.R.P.P. bus Vicariis committimus, præcipientes in virtute S. Obedientiæ Omnibus Patribus et Fratribus ut Eos tanquam legitimos suos Superiores a nobis destinatos agnoscant, revereantur, eisq in omnibus quæ non sunt contra Animam et Regulam pareant et obtemperent. Ipsis vero Patribus Vicariis strictissime præcipimus, ut ad tempus concreditum sibi Præsidentiæ Officium, prudenter zelose ac discrete exequantur, Missas tum accessorias ad celebrandum, tum celebratas fideliter adnotent, Pariter et Eleemosynam tum relictam, quam successive oblatam non dilapident, atq in omnibus ita se gerant, ut novus ex Congregatione designatus Superior nihil habeat, de quo illos merito accusare possit. Præsentes Litteras nostras Patres Locorum Superiores suis respective Comunitatibus promulgatas, Prothocollis ingrossatas ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ a foris notatum remittant. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi Necessitatum S. R. C. Ecclesiæ Ordinis Provinciæ, Patriæ, Benefactorum, ac etiam Nostri in piis Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Sandomiriensi ad ædes S. Joseph Sponsi B.V. Mariæ Die 28 Mensis Maij Anno Domini 1817.

(L.S.)

Fr. Stephanus Reform. Mar. Prlis mppa

Fr Stephanus de Medem Ordis Minor S. P. N. Francisci Reforma
tor Prviæ SSmæ Vis MARIÆ Angelor Minoris Poloniæ Mini
ster, Provincialis et Servus

Admodum Reverendis, Reverendis, Multum Venerandis, Venerandisque Patri
bus ac Dilectissimis In Xto Jesu Fratribus salutem et Copiosissimam Divi
nar Gratiar affluentiam—

Quæ in immediata Annua Congregatione, una cum VV Definitorio, circa Officior
dispensationem, Familiarq collocationem ordinavimus, hæc ad uniuscujusq ve
strum Patres et Fratres Dilectissimi notitiam pervenisse iam certi sumus. Ac simul
etiam plurimum in vestra virtute confidimus, quod sensu religioso affecti, communi
Provinciæ bono ex corde addicti, de Nobis nihil quidquam sinistri suspicantes, cun
cta de Vobis disposita prompto acceptastis animo, ita quod sive in ijsdem Officijs
retentos, sive ad alia destinatos, sive in eodem ut prius Conventu relictos, sive ad ali
um oportune translocatos spectemus, possumus vos alloqui Verbis Apostoli Rom 6
Vestra obedientia in omnem locum divulgata est, gaudeo igit in Vobis„ Quapropter
sicut cum eodem Apostolo, 2 Tessal 3 V 4 Confidimus de Vobis in Dno, quoniam quæ præ
cipimus, et facitis et facietis„ ita pleno apprecamur corde, ut„ Ipse Dnus pacis, det Vobis
pacem sempiternam in omni loco Ibidem 16. Et sane spectato moderno rerum statu,
dum nos mala undique perturbant, nihil ardentius optandum, nihil ferventius adeo
exorandum pace; Pace inquam, illô cælitus bonæ conscientiæ bonæq voluntatis homi
nibus conferibili bonô quô cuncta adversa mitigant, superant ac servis Dei ubi visa
sunt nata nocere, in salutare degenerant emolumentum, Pacem dixi, utiq non illam quæ
frustra quærit, et nonnisi fraudulenta specie invenit ab illis, qui aut propriæ Voluntatis
nutum sequendo, potestatibus sublimioribus acquiescere nolentes, Dei ordinationi resi
stunt, aut qui cor durum gerentes, etiam dum manu Dni castigant, tamen (: ut inquit
Propheta:) Confusione non sunt confusi;;— Imo tum sibi tum alijs persuadere ni
tuntur, cum ignominia dicentes, pax pax et non erat pax Jeremi 6to. Pax itaq vera
illa est, quæ humilitate in adversis concipit, contritione cordis quærit, puritate con
scientiæ acquirit, conformitate cum voluntate Divina solidat, charitate Dei incon
cussa perseverat— Verum enim vero, dum sæculi effrenatam rabiem contra omne id
quod Divinum dicit, supramodum ebullire conspicimus, dum in diminuta Pro
vincia nostra, Religiosor numerus indies decrescit, et quod vel maxime dolendum
in multis Spiritus Religiosus langvescit, dum etiam illi, qui Divino se se, mancipa
runt obsequio, passim retro aspiciunt, passim foras abscedunt— Hæc inquam Sanctæ
Religionis infortunia, cultus Divini detrimenta, exuperantis malitiæ diluvia, licet haud
quieto fas sit considerare animo, veluti quosdam indifferentes eventus, cum potius
in his tremenda judicia Dei consideranda obveniant de quibus ut pote non obscuris
Divinæ iracundiæ indicijs, non nihil contristari, necessum sit— Ast non alia nisi salu
tari tristitia contristemur oportet, quam tum pœnitudo cordis, tum zelus Divini hono
ris pariunt, quæ proinde, haud veram pacem perturbat, imo potius fictæ fraudulen
tæque pacis delyria pellendo ad veræ pacis inquisitionem, prosecutionemq propellit.
Porro Patres ac Fratres Dilectissimi! unusquisq nostr intima sui cordis penetralia
perlustret viasq suas attentius consideret in quo nam sit statu? Num in eo unde cæte
ri Deo fideliter adhærentes dolore afficiant super attritione Filiæ Sion, videlicet super
malis, quæ sanctam Religionem ob depravatam Regularem disciplinam aggravant,
quæve Dei offensi justam indignationem provocant? Num potius in eo reperia
mur statu, unde bonæ conscientiæ testimonio gaudentes, lapsus infortuniaque
alior deplorare fraterna charitate, Religionis zelo, ac Dei offensi amore, cogamu
r? primum in statum nos Divinor neglectus, propriæq vocationis oblivio, mi
sere protruserat? En manus Domini extensa minans, disperdere servos inuti
les, minans derelinquere eos, qui se derelinquunt, duræ quietis praripiat somno
atq ad meliorem frugem excitet, ne tandem post manifesta salutis pericula con
tingat finaliter a Deo abijci, repelli, contemni! Nonne similia iam facta in alijs
Sacræ nobis Paginæ non demonstrant? Nonne hisce etiam novissimis tempori
bus similia exempla conspicere non possumus, eaq pertimescere non debemus!
Si vo (quod optimum foret:) non nos culpa argueret de his quæ iram Dei pro
vocant, sed tamen a facie Dni timere, hæc quæ ab alijs fieri novimus instruerent.—
Præstat in timore Dei custodire animam suam, Præstat pro dono finalis per
severantiæ, devotas effundere lachrymas. Præstat errantium Fratrum misereri,
illisq misericordiam Dei indesinentibus gemitibus exorare,— Præstat supplices
ad Thronum Divinæ Clementiæ diu noctuque transmittere preces ne hæredita
tem suam det in direptionem, ne nos deserat, ita, quod desolationem nostram
aliquando videntes maligni, insultent nobis dicentes, Ubi est Deus eorum„
Hinc qui in devia abierunt quive suavi jugo Dni veluti prægravatos sen
tientes, fallacibus mundi, aut suar cupiditatum persvasionibus decepti, a Regno
Dei exulant, ac veluti in medio turbidæ Babylonis pacem quærunt, videant qd

famulatu Dei

famulatu Dei, cui se sancte devoverant, abjecto, nullibi pacem invenire possint,
nullibi sive vivi, sive mortui manum Domini effugere valeant. Recte siqui-
dem præmonet Job Cap. 9 Quis restitit ei et pacem habuit? Proinde audiant ex hor
tantem Prophetam Jerem 5o Fugite de medio Babylonis /: vō a prava Divinis ob
sequijs recalcitrandi consvetudine :/ et unusquisq salvet Animam suam ;; Qui vō
semitas mandator Dei, suæq vocationis tramitem inoffenso pede percurrere student,
nec ad dexteram per elationem, nec ad sinistram per defectionem aberrent, ast Gra
tia Divina se se manuduci humiliter sinant. Confiteantq in toto corde suo: Quam
bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde ;; Mihi autem adhærere Deo bonum
est, ponere in Dno Deo spem meam Psalmo 72 En igit efficacissima inquiren
dæ, conservandæq pacis, quam Vobis Patres et Fratres Dilectissimi intimo corde
apprecamur media cordis contritio, sincera ad Deum conversio, intimus Dei
amor, humilis in miserationibus Divinis fiducia, a qua pendet finalis in bono
perseverantia. Justitia et pax osculatæ sunt, inquit sacer textus Psalm 84 Sequi
mini justitiam, et habebitis pacem. Pacem internam quæ exuperat omnem
sensum, quam præter culpam, nulla adversa perturbant, quæ bonæ conscientiæ
est indicium, ac futuræ Beatitudinis præsagium. Ut ergo Illa pax resideat in
cordibus nostris necessum est, ut cuncta quæ Deo per Religiosam Professionem
promisimus, quæ vi Vocationis nostræ adimplere sumus obligati quæ Regu
la Statuta, laudabiles consvetudines Ordinis et Provinciæ observanda præscri
bunt accurate observemus — Proinde cum in Visitationibus Nostris Cœno
biis non nulla reperta sint, cum Regulari Disciplina, non bene coherentia,
quæ in Officiosa Syndicatione ubi coram VV Definitorio produximus, ab eoq
in commissis accepimus, ut per opportuna remedia illis obviare conaremur.
Nos quamdiu Officij nostri obligatione stringimur, intendimus ac serio recom
mendamus, ut omnia et singula per nos in Canonicis Visitationibus correcta, pu
nita prohibita omnino evitent. Jam vō recommendata, injuncta, imperata, ac or
data omnimodæ executioni mandentur. — Nolumus Vos quidem Patres et Fratres
Dilectissimi novis Ordinationibus prægravare, ast non possumus subticere
antiquas Ordinationes nonnisi frustra calamo exaratas, inaniter Protocollorum
Conventuum paginas adauxisse, cum mox contrarijs non nullor actibus, seu
ipsismet actibus contra quos præfatæ Ordinationes emanarunt, obliteratæ ex
titerint. — Itaq iam ordinata non repetendo, sed tamen hic pro insertis habere
volendo, exhortamur in Dno, oēs Superiores Locales, ut illa in Protocollo Con-
ventus relegant, atq ut ab omnibus suæ curæ subjectis observent, invigilent,
ac ipsimet observent, de quor Observantia Nos quoq in futura dante Deo ca
nonica Visitatione diligentius inquiremus. —— Nunc autem specialim
recommendandum duximus Imo Ne quisquam contra prolapsos, et jam
punitos ac emendatos Fratres præsumat exprobratorijs Verbis exurgere, cul-
pamq eis, aut pœnalitatem, quam subierant objicere, cum hoc sit directe con
tra charitatem, et justitiam, proinde tales exprobratores, pacisq matitiosos
turbatores, ubi Superiores Locales invenerint, graviter admoneant, ac exem-
plariter puniant. 2do Relatum est Nobis quod in quibusdam Conventibus
quadragesima ad Festum Assumptionis B V MARIÆ quasi ex integro tollitur,
cum neque ad præscriptum Statutor, neque ad modificationem a VV Definitorio
pro immediate elapsis Annis factam, Superiores non nulli attenderant, in submini
strandis pro refectione Fratr dicto tempore cibis, licet præfata modificatio non nisi
sub conditione veræ aliquor Conventuum inopiæ procurandi lacticinales cibos,
idq sub gravamine conscientiæ ipsormet Superior localium fuerat indulta. Nos
proinde contra ejusmodi abusum, in quem nullatenus consentire nolumus, prote
stamur, atq omnibus in memoriam revocamus, quod ad præfatam quadragesimam
observandam priscor Patr nostror se se obligaverat devotio, animō specialius super
hancce Provinciam Reformatam Patrocinium B V MARIÆ exorandi, cujus moder
nis vel maxime temporibus necessitas, ex ipsa tempor, morumq corruptela adeo
manifeste evincit. Hinc futuris temporibus præfatam quadragesimam ad Festum
Assumptionis B V M. observari debere asserimus ac indicimus, cujus modificatio
nem si veræ justaq causæ superfuerint ad Successores nostros decernere spectabit 3tio
Pro impetranda Benedictione Divina super Provinciam Nostram, avertendisq
malis ab ea recommendamus ut in Missa Conventuali quotidie post solita Suffra
gia recitet Illa devota Oratio: Omnipotens Sempiterne Deus Ædificator et Custos ;;
quam etiam Sacerdotes ante vel post Missam ut recitent plurimum in Dno exhor
tamur. Nemo enim non videt, quod non sit alias qui pugnet pro Nobis, nisi solus
Deus noster, qui potens est, tum interna, tum externa mala a nobis avertere, quem
idcirco humiliter exorare oportet. — Penes hæc denuntiamus qd VV Definitorium
habita ratione meritor MVP Hugonis Kops in officio Prædicaturæ per multos
Annos usq ad præsens in senio positor, eidem gradum Emeritura conferendum cen
suit, actuque contulit. Quem MVP Hugonem Kops ut Prædicatorem Emeritum
in nostra Prvia

in nostra Provincia ab omnibus agnosci et haberi, ac solitis simili Emeriturâ gaudentibus privilegijs gaudere declaramus. — Presentes Literas Nostras Patres locorum Superiores suis respective Communitatibus promulgatas explicatas, Protocollis ingrossatas ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriæ a foris notatum remittant. Valete Patres et Fratres Dilectissimi, ac pro necessitatibus Sæ Catholicæ Ecclesiæ, Ordinis ac Provinciæ Nostræ, nec non Regni, ac eorum pro Benefactoribus, Nobisque Deum exorate. Datum in Conventu nostro Cracoviensi ad Ædes S. Casimiri Conf. P.R.P. Die 6ta Augusti 1817 Anno

(L.S.) Fr. Stephanus Reform. Min. Prov. lis

mp

Fr. Stephanus de Medem Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reformatorum Provinciæ SS^mæ V^ris MARIÆ Angelorum Minoris Poloniæ Minister Provincialis et in Domino Servus.

Admodum Reverendis Reverendis, Multum Venerandis Venerandisq; Patribus ac Dilectissimis in Christo JESU Fratribus Salutem et copiosam a Domino Benedictionem.

Quam primum excepimus Litteras Encyclicas Reverendissimi Patris nostri Ministri Generalis easdem illico Vobis Patres et Fratres Dilectissimi notas efficere non prætermittimus; Ex quibus Supremi Ordinis nostri Moderatoris, tum circa suæ curæ subjectos, tenerrimus affectus, tum circa Ordini nostro addictos optimeq; meritos, Viros atq; defunctos, religiosissima pietas ac devotæ gratitudinis sensus, brevibus licet ast energicis verbis palam elucescit. Quorum tenor est talis. – – –

Fr. Gaudentius Patrignani a Coriano Lector Jubilatus, ex Procurator Generalis, in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, Episcoporum coram Summo Pontifice Examinator, Supremæ ac Universalis Inquisitionis Consultor, totius Ordinis S. P. N. Fra[nci]sci Minister Generalis, Delegatus Apostolicus, et humilis [illegible] Servus.

Dilectis Nobis plurimum in Christo universis [illegible] perioribus, ac Subditis Nostræ Curæ subjectis se[...] in Spiritu Sancto Consolationem:

Ex quo Nos huic Supremæ Seraphici Nostri Ordinis Præfe[ctu]rio a SS^mo Domino Nostro Pio Papa VII. ad Sanctæ Sedis [be]placit[u]m præpositi fuimus, ab adversis semper, et adhuc [...]ationibus præpediti, nonnisi per totidem peculiares Encyclicas Nostras singulis Provinciis, et Nationibus aptatas, Vos Dilectissimi Patres [e]t Fratres, alloqui potuimus; quos nimirum, sive ab antecacto furente per Europam turbine sævaq; procella, sospitante Deo servatos reperimus, sive quos a dira tyrannide proprio denudatos vestitu, e Claus[tris] [e]j[ectos] et super faciem terræ in tota fere Italia, atque etiam alibi passim dispersos. Nos ipsi revocare, colligere, et in superstitibus Conventibus rursum ad hæc usque tempora congregare potuimus; sive etiam quos denuo ad paternum

sinum nostrum, et obedientiam, mira Dei Coeli opitulante gratia, reduximus. Occasionem ideo opportunam; atque propitiam quam primum nancisci summis votis cupiebamus, per quam Vos universos, et singulos per Orbem una eademque Encyclica nostra alloqui possemus, simulqz in ea fausta cuncta nunciare, ac vobiscum aliquando congaudere, et collaetari pro diebus, quibus vidimus mala. At proh dolor! Oh quam praepostera, Fratres Dilectissimi, quam dura, et quam votis Nostris opposita sese his diebus exhibuit occasio! Nec occasio quidem inquam sed necessitas inevitabilis infausta potius vobis, et super omnem modum tristia nunciandi! Namque vir Emus, et Rmus Dominus Romualdus Braschius de Honestis S. R. E. Cardinalis vigilantissimus, hactenus, et amantissimus totius Nostri Ordinis Protector, postquam diu fuerit molestissimo, et gravissimo morbo divexatus, demum die 30. Aprilis Anni currentis in osculo Domini mortem obiit, non sine omnium nostrum lacrymis, ac moerore. Quandoquidem ut erat ille magni illius, et aeterna memoria digni Pontificis Pii Papae Sexti Sororis Filius meritissimus, eundem illius erga Nos, Ordinemque Nostrum continenter fovit tenerrimum cordis affectum, studiumque vehemens ad jurium Nostrorum defensionem, ad injurias propulsandas, ad dissipandas secretas adversus Nos procellas, quarum solus ipse quandoque conscius evaserat. Itaque amisimus Fratres Dilectissimi, Patronum, qui nominis magnitudine, auctoritate, maximoque studio tantum res Ordinis publicas, privatasque juvabat, ut in eo Protectoris munere fungendo nemini censeri possit secundus. Nos ergo illi ... confestim per has Litteras Nostras, ea vobis omnibus indicimus suffra... ... quantum fieri nunc temporis potest, et Legibus Ordinis inhaere... ... conditioni Nostrae aequato moderamine congruant: Mandantes nimi... ... quam primum ad Vos hae Literae pervenerint in unoquoque totius ... Ordinis Conventu integrum in Choro Defunctorum Officium communiter ... Missa de Requiem, et consequentibus adnexis exequiis, et ritu, ... tione Locorum et Personarum, solemniori fieri potest. Seorsim ... Religio... cunctis Praesbyteris pro anima memorati, Emi Domini Car... unum offeratur Missae Sacrificium; a Clericis ... singulis aliud ... m Officium Defunctorum recitetur, et a Laicis Fratribus centies Oratio Dominica cum Salutatione Angelica, et precatiuncula illa Requiem aeternam &c. Moniales autem omnes Ordini, et Nostrae Jurisdictioni subjectae statas preces pro modo suo tanti Patroni Defuncti animae rependant, id est Choristae in Choro, quas Clericis, Conversae vero, quas Laicis praescripsimus. – Enixis demum votis, Vos universos Patres, ac Fratres in Domino dilectos hortamur, ut assiduis, ac fervidis apud Dei Clementiam precibus implorare non cessetis, ut nobis aliquando detur felicia Vobis aliqua, laeta et fausta de pauperculo

Nostro Minorum Ordine pandere, et publicare; nec amplius unquam tristia hujus generis Litteris Nostris significare cogamur. Super omnia autem ferventius bonorum omnium Auctorem Deum Nostrum deprecamini, pro diuturna adhuc, et prospera S^mi Domini Nostri Pii Papae VII. sospitate; qui nunc divino, ut semper, lumine illustratus, jam alterum S. R. Ecclesiae Cardinalem; videlicet: Em^um, et R^mum Dominum Petrum Franciscum Cardinalem Galleffi in novum Nostri Ordinis Protectorem constituere dignatus est, qui nempe proprius Defuncti virtutes emulando, perpessam illius jacturam antiquo in Nos studio suo in eodem patrocinando Ordine instraurabit. Quem idea deinceps, ut in vestris apud Deum precibus commendatum una Nobiscum habeatis vehementer hortamur. Valete interim omnes; nam universis, et singulis Vobis Nos Seraphicam benedictionem permanenter impartimur.

(L. S.) Fr. Gaudentius Minister Generalis

De Mandato R^mi in Christo Patris

Fr. Andreas a Lepriniano Secret. Generalis Ordinis.

Intellexistis itaque P. P. et F. F. Dilectissimi, quanto desiderio optaverat R^mus Noster Pr. Minister Generalis S. C. per suas Litteras alloqui omnes Seraphici Ordinis Asseclas suae Jurisdictioni subjectos, nuntiando ac cuncta prospera, illaq apprecando, ac etiam gratulando. Ast hac occasione adhuc longe posita, cogitur tristia nuntiare, mortem videlicet, Eminentissimi et Reverendissimi Domini Romualdi Braschij de Honestis S. R. E. Cardinalis Ordinis nostri per multos Annos zelozissimi Protectoris, cujus jacturam fas est, et universus Ordo deploret, ast multo congruentius est animae ejus titulo suffragetur. Itaque conformiter ad Mandatum R^ssi Generalis S. N. C. in singulis Provinciae Nostrae Co[...] Eminentissimi R^ssmi S. R. E. Cardinalis ac Ordinis nostr[...] [Ro]mualdi suffragia, more in nostra Provincia usitato unius [...] non obstantibus Statutis, tum Generalibus, tum Provincialibus, de [...] [su]ffragi[is] trium dierum, in quibus R^ssmus Pr. Minister Generalis pro temporis moderni, nostraeq conditionis aequato moderamine dispensasse dignoscitur. Praeterea fervidas ad Deum Praepotentem Patres et Fratres Dilectissimi fundite preces, ut modernum Ordinis Nostri Protectorem Eminentissimum R^ssmum Dominum Petrum Franciscum Galleffi S. R. E. Cardinalem sic suis Donis ac gratiis munire dignetur, ut sub Ejus protectione, universus Minoritico Seraphicus Ordo, dextera etiam Dei, se protectum, ac ab omni malorum infestatione

munitum glorietur. Caeterum iterum atq iterum exhortor Vos PP. et FF. Dilectissimi, ut sic Vitam vestram sancte ac religiose agatis, ut omnino etiam, is qui ex adversa est, nihil habeat malum dicere de Nobis. O! utinam digni reddamur penes Vitae sanctimoniam, quaque innocue pati pro nomine Domini Nostri Jesu Christi! sed absit a Nobis, ut rugienti, ac dentibus stridenti mundo contra Servos Dei, demus plus saeviendi ansam inexemplaritate morum, sive quovis a tramite sanctae Vocationis recessu! Oremus strenue ut Nos Deus in suo sancto servitio confortare et conversare dignetur; ut illos qui insidias Ecclesiae Dei struere intentant ad resipiscentiam, unionemq cum Ecclesia Catholica reducat. Haec Patres et Fratres Dilectissimi cordibus vestris fixa retinete. Praesentes vero Litteras Nostras Communitati promulgatas, Protocollo ingrossatas Patres Locorum Superiores ad viciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae a foris notatum indelate remittant. Valete Patres et Fratres Dilectissimi! Necessitatum Ecclesiae Dei, Ordinis ac Provinciae nostrae, Benefactorum ac etiam Nostri i Vestris Orationibus memores. Datum in Conventu Nostro Cracoviensi ad Aedes S. Casimiri Conf.^s P. R. P. Die 18. Junij Anno Domini 1817.

Fr. Stephanus Reformg. Min. Pralis

